

Casa

Gab.

R

Est.

Tab.

4


N.<sup>o</sup>


12

R

4

12






INSTITUTIONVM  
DIALECTICARVM  
LIBRI OCTO.

Autore Petro Fonseca Doctore

Theologo Societatis

I E S V.



Cum privilegio Regio, facultateq; Inquisitionis  
& Ordinarij:  
CONIMBRICÆ.

Apud Anton. Barrerium Typ. Vniversit. Anno Dñi 1590.

# Approbatio.


**E**x commissione supremi sanctæ Inquisitionis  
huius regni concilii, facultatem facio Antonio  
Barreiriæ huius alniæ Conimbricensis academie  
Typographo, denuò excudendi libros Dialecti-  
carum institutionum admodum R. P. D. Petri  
Fonsecæ , prout iam approbati à multis annis  
circunferuntur. Cal. Oct. 1590.

*D. Franciscus Pererias.*

Imprimase. Em Coimbra a 8. de  
Outubro de 1590.

Dom Afonso Bispo Conde.

AVCTOR  
IN SECUNDAM  
EDITIONEM.



EN E coactus sum à me ipso, ut  
has institutiones, tametsi doctoris  
iudicio, et multarum Academi-  
arum longo, ac utili usu cōpro-  
batas censoria animaduersione  
recognoscere. Nondum enim sex-  
tum earum librum absolueram, cum opus mihi de  
manibus propè erexit typographo traditum est:  
qua de causa coactus sum, non modo sex primos nō  
satis examinare, sed duos etiam extremos in ipsa  
penè prælo summa festinatione conscribere. Ve-  
rūm cùm totam trattationem attentius relegerem,  
et si nihil férme reperi, quod magnopere mutan-  
dum videri posset, nolui tamen prius opusculum  
de minibus deponere quam nonnulla à me fusius  
dicta in pauciora contraherem, contraque alia bre-  
vius tractata latius explicarem, quædam etiam

A. ij adij-

adijcerem, & alia detraherem, ac denique id effice-  
rem, quo Dialecticæ studiosis plus ariquid emolu-  
menti me afferre posse existimarem Ita spero reco-  
gnitionem vanc omnibus nostræ Societatis publi-  
cis gymnastis, in quibus Dialecticæ tyrones hoc  
quasi præstudio Philosophia ad Aristotelicam do-  
ctrinam instituuntur, non mediocriter pro futurā.  
Quod vero attinet ad reliquos Philosophia com-  
mentarios quos in prima editione, me conscriptu-  
rum pollicitus sum, non est quod me quisquam iure  
accusat, quod nihil hactenus ediderim. Vix enim  
absoluta explicatione Porphyrianae Isagôges, ca-  
tegoriarumq. Arist. eas res non paucis annis obire  
coactus sum, quæ nihil otij ad scribendum permitte-  
bant. Mibi vero tandem aliquando readitus, in  
eam sententiam sum addubius, ut amè omnia, cō-  
stituerim libros primæ Philosophia enarrare, atq;  
aded in publicum emittere. Quod me vt facerem  
cum aliæ causæ impulerunt, tūm vero ea potissi-  
mū quod hac scribendi ratione existimarem meam  
operam utiliorem futuram, intermissionemque  
laboris mei multorum studijs iampridem debiti  
non sine fœnore compensaturam. Etenim cum nul-  
lum sit genus auditorū Philosophia quibus primæ  
Philosophia libri (quos Metaphysicæ vocant) fa-  
miliares esse, non debeant, vt qui passim à præce-  
ptoribus citentur, et ad quos accurasier trattatio-

communium difficultatum, quæ in ceteris Philosophia libris incidentur sacerdote reiciatur, hanc ego minit ad scribendum, et Philosophia auditoribus ad intelligendum facilissimam viam esse iudicavi, si ea ante omnia exponerem, quibus totius Philosophiae principia, et quasi fundamenta continentur. His enim positis, ac stabilitis, cætera et ab eis facilius intelligi (mutuo inde accepta multarum rerum cognitione) & à me expeditius, & brevius explicari posse, nemo est, qui non videat. Itaque compendium me facturū existimavi, si à libris pizmæ Philosophiae exordirer. In quorum explicatione si me liberius progrederem aliæ nuper curæ interceperunt, non tamen committam, quomodo cœptum opus, quantum per tempus licebit, ad finem perducere festinem. Quæ cum ita sint studio forum Philosophiae auditorum erit nostri laboris in suis apud Deum precibus meminisse, ut si quem fructum ex his initijs & quasi rudimentis Philosophiae eius munere percipiunt, cum ille dignetur ijs, quos modo dixi, cæterisque commentarijs ad finem perducendis cumalare. Romæ. viiiij.  
Idus Ianuarij.

1574.

A iiij

# ARGUMENTA IN OMNES LIBROS.

**P**RIMVS liber propositis ijs, à quibus quasi fundamentis totius artis constitutio surgit, explicataque natura nominis & verbi, quæ sunt apud Dixiūticum prima orationis elementa, eas nominum, & verborum nuncupationes exposuit, quæ crebrius usurpantur.

**S**ecundus disponit nomina omnia, & verba in quasdam veluti classes, quæ prædicamenta appellantur, expositis primum, Genere, Specie, Differentiâ, Proprio, & Accidente, quibus ignoratis prædicamenta intelligi nullo modo possunt.

**T**ertius agit de oratione, etusque formæ ad cõnellas usq; enunciationes persequitur: nec omnino eas, quæ expositione indigent, prætermittit.

**Q**uartus ad diuidēdi rationem totus cōfertur.

**I**n quinto de definitione differitur.

**S**extus explicata imprimis consequentiarum & natura, argumentationem, eiusque quatuor prima genera pertractat, Syllogismum, Enthymema, Inductionem, & exemplum. Quæ in parte non tantum peritia iudicandi de apta, & utiosa argumentatione eruditur; sed etiam ostenditur generalis quedam via, & ratio ad medium, argumē-

sumūe inuenī endum.

¶ Septimus agit de demonstratione, ac syllogismo dialectico. Quorum causa locos monstrat, è quibus omnia argumentorum genera deponi possint. Tum differit de ordine. Sic enim Aristoteles eam iudicij partem appellat, que argumentorum inter se dispositio continetur.

¶ Octauus tandem explicat fallaces syllogismos (Pseudographum ille, & Sophisticum nominat) ut Dialetticus expeditè intelligat quomodo eludentiae sint sophistarum captiones. Quod ut commodius fiat, ea, quae recentiores de vnu nominu (quæ suppositionem vocant) deque alijs quibusdam nominu affectionibus utiliter tradiderunt, moderate adiungit.

A iiiij

TYPOGRAPHVS  
AD LECTOREM.



AM tibi tertio in hoc re-  
gno Portugaliæ excusam  
damus institutionem Di-  
ialecticarum quæstionum,  
emmendatius quantum potuimus,  
& ut tuæ necessitati cōsuleremus pa-  
riter & breuitati, in duos tomos di-  
uisimus totum opus; dabimus ope-  
ram ut quam citissime secūdum ab-  
soluamus Vale & fruere.

I N S T I T U T I O N V M  
D I A L E C T I C A R V M.

L I B E R P R I M V S.

*De necessitate, nominibus, & natura  
huius artis. Caput. 1.*

A



V M omnis doctri-  
na, quæ ratione per-  
ficitur, differendo (id & i mera.  
est, ex notis ignotum / .text.4g  
aliquid oratione pa-  
tēfaciendo) tradatur. Cur hec  
a indifferendo autem

ais neces-  
taria.

multi errores contingent: necessariò ars  
aliqua quærenda fuit, quæ aptas différē-  
di formas ostenderet, ne falsa doctrina  
pro vera aliquando obreperet. Hanc ar-  
tem, qui primi inuenierunt Dialecticam  
nominarunt: postea veteres Peripatetici  
Logicam appellauerunt. Et rectè quidē

Resert  
hoc Boec.  
ad Top.  
ice.

B utrique. Nam Dialectica dicitur Latinè nō nominum  
différēdīatio sine doctrina. Quod enim iūius ar-

Grecis est διαλέγεσθαι vnde dialectice  
nomen duc tur, idem est Latinis différē-  
re. Eadem nominis interpretatio, vel Ci. c Lib. de  
cerone authore in Logice verbum con- Fato.

A v uenit.

10 INSTIT. DIALECT.

uenit. Obscura, inquit, quæstio est quæ  
περὶ θυνατῶμα appellant: totaque est Lo-  
gicæ, quæ rationē differendi voco. Quin  
etiam eadem oratio facile, & expeditè na-

**F**inis Pro turā huius artis ex proprio fine declarat.  
prius hu- Nam & si ipsum differēdi opus omnibus  
ius artis. disciplinis cōmune est ( omnes siquidem  
d ignorationē aliquam ex notis, & cōfessis  
Alb. Mag. depellunt) docere tamen quonam modo  
in Prophy differendū sit, ad eamq; rem cōmunes le  
tra&. i. ges ac p̄cepta tradere, hoc sibi Dialecti-  
ca ut propriū finem, quo à cæteris distin-  
D: finitio- guitur, vendicavit. d Aptissimè igitur defi-  
Dialec- nitur Dialectica Differēdi doctrina, quasi  
tia. c Plato 7. Ars. quæ docet omnes formulas differēdi,  
de Repub. f D Aug. hoc est, incognita ex cognitis oratione pa-  
3 contra tefaciēdi. Hinc fit ut non sine causa di-  
Academ. xerint grauissimi authores, hāc vnam fa-  
& 2. de or- cultatem cæteris omnibus formandis ar-  
din. tibus esse necessariam: quā proinde aliis  
g Cicē de- apicem c disciplinarū aliis f disciplinā,  
claris or. aliis g & artiū maximam, & lucem om-  
nium appellare non dubitat.

Definitionem Dialectice ex Topicis de-  
sumptam non conuenire in totam  
hanc artem. Caput. 2.

Sed

**A** Sed aliquis fortasse parum attente In-  
grediens, in ipso itatione limine offendit, dicetq; eam, quam nostradidimus  
Dialecticæ definitionem, non esse Aristote-  
leis probandam, quod alia circunferri  
soleat ex initio Topicorum Aristotelis a  
in hunc medium desumpta, Dialectica est  
methodus, siue ars ratiocinandi de qua cūq;

**B** quæstione proposita ex probabilibus Oc-  
curses tamen Aristotelis consilium non  
esse, ut ex loco citato eliciatur totius Dia-  
lecticæ definitio (cum alibi b afferat ad  
Dialecticam pertinere ut agat de omni-  
bus syllogismis, hoc est, ut sit generalis  
quædam ars ratiocinandi, siue exprobabi-  
libus argumentis, siue ex necessarijs) sed  
ut deponatur inde definitio cuiusdā par-  
tis, quæ, quia vsu frequentissima est, suo  
quasi iure nomen totius artis velut pro-  
prium sibi vēdicat. Itaq; definitio illa, quā  
tradidimus, quasi totius artis generalis  
definitio amplectenda est.

*De subiecto Dialecticæ. Caput. 3.*

**A** Ex his facile intelliges, subiectum at-  
tributionis Dialecticæ (ad quod ni-  
mirum tota eius consideratio refertur)  
esse orationem, qua incognitum ex-

co-

Obiectio,

Cap. 1.

Dilatio-

b  
1 Rhead  
Theod. 1.

## 12 INSTI. DIALECT.

**Subiectū** cognitis aperitur. Nam quae in hac una  
**Dialect.** tradenda, & explicanda omnis Dialecti-  
 corum cogitatio curaç; coniunitur, ut ex

**a** dictis apertum est. Hanc Cicero a qualibet  
**In Orat.** aliud agens, Orationem Philosopherum  
**ad Brutā.** appellat, ea de causa (ut arbitror) quod  
 Philosopheris sit familiaris, ac pene pro-  
 pria.

**b** Alio vero loco Varronis personam  
**Academ** sustinēs, ut eam ab Oratorū perpetua, &  
**secundæ.** fusā oratione distinguat, vocat Orationē  
**redit.lib.1** ratiōe cōclusam, praeiūtum quia nihil est  
 adeò propriū rationi, quā ut ex notis ad  
 ignota progrediatur. Non desūt quoq; ex

**Recentio** recentioribus, qui Modū scīēdi appellā-  
**res.** dā putent. Verum priores duæ nūcupa-  
 tiones non nihil ob curitatis habēt: tertia,  
 si scīēdi verbum propriè accipiatur, altri.  
 Et hō est, quām res, quæ significatur. Nēq;  
 enim omnis oratio, quæ ex notis ignotū  
 aliquid patefacit, sententiam parit, cū  
 sepe opinionem, aut quandam aliam co-  
 gnitionem efficiat. Ut ergo sequentia cū

**Differen-** superioribus cōsentiat, simulq; apertior,  
**di modus** ac planior sit nūcupatio, per cōmode vo-  
 cari potest Differendi modus. Qua vero

**c** Caput. 5. ratione Argumentatio, aut Syllogismus  
 recte dicatur subiectū Dialecticæ, paulo  
 post dicimus.

*De tribus generalibus differendi modis,  
tribusq; primus Dialecticæ par-  
tibus. Caput. 4.*

- A** *T*res autem sunt generales differendi modi, qui deinde in alios, atque alios, minutius cōciduntur: Diuisio, inquam, Definitio & Argumētatio. His enim tribus quasi instrumentis omnis cognitio rei incognitæ ex notis, ac perspicuis, cōqui ritur. Nam diuisio tanquam diligēs quædam exploratrix, omnia rerum genera, & partes singulorum excurrens, totam entis confusione explicat. Tum deinde exploratis ita omnibus, & quasi ante oculos politis, accedit definitio veluti lumen ad singula illustranda, quæ cum doceat, quid quæ res cōmune habeat cū cæteris, quid sibi proprium, & peculiare, naturam, cuiusque iuis finibus circūscritbit. Ad extremum argumentatio multò efficacior superioribus, quid præterea cuique conueniat, apta ratione cōcludit, Duos tan  
cum dispe  
rendi mo  
dos posu  
it Arist.
- B** *E*x his tribus instrumentis, quibus tres primæ partes dialecticæ respondent, duo tantum posteriora posuit Aristoteles primo a Methaphysicorum libro cum dixit, omnem disciplinam, aut demōstrationem a  
Cap. 7.  
text.

(idest

48. Idem (id est argumētatione) aut definitione cō  
Alber. in parari Diuisionem verò, & si alio b̄ loco  
Forhy. quendam cognoscēdi modū esse non ne-  
tractat.  
b̄  
2. post. s. se credidit, ut ipsam facere vñū per le cō-  
parādē disciplinæ instrumētū. Quia nob-  
rem ad definitionē, cui materiam sub ci-  
nistrat, videtur cā reuocasse. Planū incertē C

c  
Vt in phæ- ha: in relocutus eit Plato, c qui diuisionē  
dro So- quasi diuerium differēdi modū ac ceteris  
phista, & distinxit. Hinc Cicero d Epicurū inscitiae  
cūli. coarguens, quod nullam Dialecticæ partē  
attigerit, eandē hanc, quā nos generalem  
d  
1. de fini- tradidimus modorū differēdi diuisionē  
bus. planē significauit. Iam in altera, inquit  
philosophie parte, que est querendi ac  
differēdi, que λογική dicitur, iste vester  
planē, vt mihi quidem videtur, inermis,  
ac nudus est tollit definitiones: nihil de  
diuidendo, ac partiendo docet: non quo-  
modo efficiatur, cōcludaturque ratio trā

e  
In p̄fā dit. Hinc etiam Porphyrius e, vt signifi-  
trone Isag. caret Isagogem suam vniuersitatem Dialecticæ  
goges. conducere, dixit, eam non modo ad  
categoriarum doctrinam (quo libro pri-  
ma omnijū modorū differēdi elementa  
tradūtur) sed etiam ad omnem definiēdi,  
dini-

**D**ividendi, ac demōstrādi rationem cōser-  
re. Hinc quoq; diuus August. t̄cūm de ori-  
gine artiū loquitur, afferi, rationē definiē-  
do, diuidendo, colligēdo, non solū digessis  
se Grāmaticā, sed etiā ab omni faſitatis  
irreptione detendisse, idque sine praſidio.  
Dilecticæ: quam primo quaſi partu edidis-  
ſet, facere non potuisse: quaſi in histrībus  
generalibus differēdi instrumentis edocē-  
dis positas it formatrix omniū artiū Di-  
alecticā. Ita ergo fit ut tres ſint generales  
differendi modi, in quibus tradendis tres  
primæ Dialecticæ partes verſantur. g

f  
2. De or-  
dine.

g  
Fo. i. inſi-  
tu top.  
Cic.

*Quod Aristoteles ſola tertiam Dialecticæ  
partē ex iſtituto tradiderit. Cap. 5.*

**A**llud tamen animaduertēdū eſt, Arist.  
I ex histrībus Dialecticæ partibus ſolam  
tertiā ex iſtituto tradidiffe. Nec enim  
de diuisione, aut definitiōe, niſi quatenus  
ad inuētionē argumētorū ſunt utiles, diſ-  
putavit Arist. b Hoc autē velea de cauſa  
feeit, quod in definitione, ac diuisione,  
quod ad Dialecticū attinet, minus nego-  
ciij eſſe credidit, quām ut p ſe tractādæ vi-  
deretur, vel quia in ſola argumētationis  
tractatiōe, quā ipſe ſibi q̄si primo autori  
arre- disputet.

a Magnus  
Albert in  
Po:phy.  
trāt. 1. b  
2. Poſt. &  
6. top.  
Cur Arist.  
de ſola ar-  
gumenta-  
tione ex  
iſtituto  
arre- disputet.

e arrogat, ex instituto laborandum sibi esse  
 g. metr. 6. existimauit. Sæpius c. enim definiendi  
 & 13. me- doctrinam à Socrate primam traditam  
 ta 4. d. affirmat. Diuidendi rationem velut Pla-  
 vt. 1. prio. tonis inuentum sæpe deprimit. d At sci-  
 32 & 2. entiam ratiocinationū, syllogismorum hē  
 post. 5. (ad quos cætera argumentationū genera  
 Socrates reuocantur) adeò asseuerat sibi ascribit,  
 primus ut se de syllogismis nihil omnino ab alijs  
 denuedi accepisse affirmet, c proinde sibi primū,  
 author. quod eorum artem ingentilabore inue-  
 Plato di nerit, magnam grat. à deberi. Itaq; ex tri- B  
 uidendi bus generalibus differendi modis, solam  
 Aristote- argumentationem, atq; adeò solam ferè  
 les ratio- eius præcipuā formam, quæ syllogismus,  
 citandi. ratiocinatione dicitur, tractandam sus-  
 e 2. cléch. verbi s. ceptit Aristoteles. Quā tamē ita tractauit,  
 f In li. post. ut nō modo eas ratiocinationes, quæ ex  
 g. In lib. necessarijs argumentis reni confirmant, f  
 Top. sed etiam eas, quæ ex probabilitibus veri-  
 Quæte- similibusue aliquid probant, g diligentius  
 nos iob. siue sit persequutus. Hinc fit, vt qui Di- C  
 iectū Dia- lecticæ aleticam ea tantum ex parte, qua ab  
 recte dicta Aristotele tradita est, considerant, meri-  
 tur Argu- mentatio to asserant, Dialecticæ subiectum esse  
 aut Sylo- mū, ad quem reliquæ argumētationum  
 gimus. formæ

formæ rediguntur. Hæc etiam ratione in h[ab]itatu Alb[er]t[us] telligendum est diuidi Dialecticam in partem inveniendi, ac iudicandi. Inuentio enim (ut authores huius diuisionis definiunt) est ratio exquirendi argumenta: Iudicium vero est doctrina accommodata h[ab]itatu ipsa ad propositum concludendū: quoru[m] vtrumq[ue] ad tractationem argumentationis pertinere luce clarius est.

**D**Quod si nomina inuentionis, & iudicij latius accipiuntur, quam ab authoribus huiusc diuisionis exponuntur, non dubium est, quin ad totam Dialecticæ artē hæc diuisio aptari possit. Nam sine inuentione, & iudicio generali significatione acceptis non solum argumentatio cōfici non potest, sed ne illa quidem definitio, aut diuisio: id quod Boëtius diligenter annotauit. Verum de ijs, vt de ceteris, que deinceps breuiter attingenda sunt, alio loco fusius disputationem.

### De partibus, huius Institutionis.

#### Caput. 6.

**A**Q[ui] Via igitur diuisio, definitio, & argumentatio hoc commune habent, quod sint orationes, partes autem orationis

B. institutionis

a Aris. 3. tio[n]is sunt nomen, & verbum (nam esse  
 Rhet. ad tera omnia, quae in oratione cernuntur, aut  
 Theod. 2. ad nomen, & verbum reuocatur, aut potius  
 Pla[to] in Sophista. suplementa orationis, & colligationes par-  
 D. Augu- triu eius, quam partes, putanda sunt) pri-  
 ini[m]o ca- mum b nos de nominibus, ac verbis age-  
 tegoria- rum Am- mus, deinde c de oratione, postea tria illa  
 monius. orationum genera, diuisione, inquam, de  
 Boet. & D. finitionem, & argumentationem ita perle-  
 Th. in pri- quemur, ut primo d loco de diuisione, pro-  
 mun p[ro]p[ri]o i ximo e de definitione, extremo f de ar-  
 b. Lib. 1. guminatione differamus. Sic enim & na-  
 & 2. turæ, & doctrinæ ordinete nebimus, quo-  
 e Lib. 3. rum ille a minus perfectis ad perfectiora,  
 d libr. 4. hic à facilioribus ad difficultiora paulatim  
 e libr. 5. progreditur. Quod si quis obiectat à literis, ¶  
 f libr. 6. 7. quæ minimæ sunt orationis particulæ, or-  
 & 8. Ordona- diendæ esse hanc tractationem, propterea  
 turæ. quod natura in rebus efficiendis à mini-  
 Ordodo mis ad maiora progrediatur: resp[on]dendū  
 & trinæ. eit, ut naturæ ordo in aliqua arte seruetur  
 Obiectio. non esse opus, ut sumatur initium ab ijs,  
 Dilato. que omnino ac simpliciter minima sunt,  
 sed ab iis, que in ea arte sunt minimæ: li-  
 teras autem, & si simpliciter sunt minimæ  
 partes orationis, tamen earum considera-  
 tionem non pertinere ad Dialetcam, sed  
 ad

ad Grammaticam. Ita non est cur à litteris,  
 & non potius à nominibus, & verbis, ordi-  
**C**enda sit artis Dialecticæ tractatio. Hanc  
 ergo de nominibus & verbis disputatio-  
 nem bipartitam faciemus. Primum gde g Hoclibb  
 nominū, & verborū varia nuncupatione  
**S** dicendū est deinde h cogēda sunt omnia h Lib. 2.  
 in decem quasi classes (que Karaylois  
 id est prædicamenta ab Aristotele i dicū-  
 eur) ut facile inueniri possint ad omnia i In præ-  
 orationum genera struenda. De usu au- tis. & ali-  
 tem nominum, & verborum, quem recen- bis se pè.  
 tiōres suppositionem vocant, de que alijs  
 quibusdam eorum affectionibus extremo I  
 harum institutionum libro, / quod com- A cap. 19.  
 modius in eum locum differri videatur,  
 differemus.

*De quibus nominibus, & verbis agendum  
 fit. Cap. 7.*

**A** Nominum, & verborū tria sunt genera: Triæ ge-  
 quædam mente fabricata, quæ edam uera no-  
 voce, alia scripta. Ea enim que sunt in minūm, &  
 voce sunt signa eorum, quæ sunt in mē, verborum  
 te, & scripta eorum, quæ in voce consistunt.

**z** Quanquam verò hæc omnia ad Diale- 21. peri.  
 cticum pertineant (tradit enim Diale-  
 ctica omnes differendi modos, qui non

B ij peri-

modo externa oratione, sed etiā internā perficiuntur) tamen ne tot genera nominum, & verborum confusionem in progressu pariant, de solis vocalibus agendum est, præterum cum omnis differēdi ratio, quæ in vocibus traditur, facile ad orati-

**Objec**tio. ones mentis, & scriptas possit accōmodari. Sed objicit aliquis in hūc modum.

s. post. 8. Vocalis oratio totam ex oratione mentis vim habet, teste Aristotele, b qui hoc ipsum usque adeo verum esse putat ut fasteatur demonstrationem, quæ omnium argumentationum firmissimā est, & omnino syllogismum, non in oratione externa, sed in ea quæ in mente perficitur, consistere: quod etiam in cæteris differēdi modis pars ratione fateri necesse est; igitur si unum tantum genus verborum,

Dilutio. ac nominum tractandum videtur, de ijs, quæ mentalia dicuntur potius, quām de vocalibus agendum est. Occurrēdum est

Vocalis oratio ex mentali vim habet tantum, & si oratio vocalis totam ex mentali vim habeat, tamē quia voces, qui in conceptus, multò sunt patentiores, & dilucidiores, in vocibus potius, quām in conceptionibus mentis, tradendam esse Dialecticam, sicq; de vocalibus potius no-

minibus, & verbis, quām de mentalibus agendum esse. Id quod Aristoteles & cæteri omnes non hac tantum ratione fecerunt, sed etiā quia interna oratione, nemo alterum docere potest, incognitāq; ex notis alij patēfacere, quod tamē quo pacto faciendum sit Dialecticus tradere debet. Eadem quoq; ratione vocalia potius nomina, quām scripta tractantur à Dialecticis, quia nimirum vocalis oratio longe clarius est, quām scripta. Accedit eō quod multo etiam cōmunior, & usū patior. Nos igitur has ob causas solam vocalem orationem tractaturi, de instantiū nominibus, ac verbis quā in voce consistunt, differemus. Sed quia perutile erit tria hæc nominum, & verborum genera prius inter se quō ad significandi rationē conferre, ante omnia cōdicendū est, quid sit significare, quamq; varia sint signorū, ac significationum genera: deinde ad appetiendum est, quo pacto conceptus, voces, & scripta significēt: tandem ē ad explicāda ea nomina, & verba, de quibus agere instituimus, aggrediendum.

De solis  
vocalibus  
nominib.  
& verbis  
agendum

Ca. 8. & 9.

Cap. 10. &

11.

ca. 12. &c.

*De signis formalibus, & instru-*

*mentalibus. Cap. 8.*

B iiij Atq;

Significa  
re quid.

**A**Tq; ut altè, & à capite significādi mo  
dos repetam, Significare nihil aliud  
est, quām potētia cognoscēti, aliquid re  
præsentare. Cum autem omnes quod ali  
quid repræsentat, sit signum rei, quæ re  
præsentatur, efficitur ut quicquid rem a  
liquam significat, sit signum illius. Quare  
cum s; qui loquitur, aut scribit, dicitur,  
significare sententiā, aut voluntatem suā,  
non aliter id accipendū est, quām quo  
pactō s; qui lignis ignem admouet, vrere  
ligna dicitur. Ut enim hic dicitur vrere,  
quia id applicat, quod vrit, sic s; qui loqui  
eue, aut scribit, dicitur significare senten  
tiā, voluntatem uē suā, quia exhibet si  
gna, quæ quid ipse sentiat, aut veit signi  
ficant: qualia sunt verba, scripta, nutus,  
& alia huiuscmodi. Porro signa duabus

Dire sig  
norum di  
uisiones.

divisionibus, dispartiūtus: altera in signa  
formalia, & instrumentalia (licet enī  
ita loqui) altera in naturalia, & ex institu  
to. Signa formalia sunt similitudines, seu  
species quædam rerū significatae in po  
tētis cognoscētibus consignatæ, quibus  
res significatæ percipiuntur. Huius generis  
est similitudo, quam mons obiectus im  
primit in oculis: item ea, quam amicus  
absens

Signa for  
malia.

**A**bsens in memoria amici reliquit: item ea, quam quis de re, quam nunquam videt in animo effingit. Dicuntur autem hæc signa formalia, quia formant, & quasi figurant potentiam cognoscētem.

Signa instrumentalia.

**C**ontrary instrumenta sunt ea, quæ potentijs cognoscētibus obiecta, in alterius rei cognitionem ducunt. Huius generis est vestigium animalis in pulvore impressum, fumus statua, & alia huiusmodi. Nam vestigium est signum animalis, à quo impressum est: fumus verò, ignis latentis: statua denique, Cæsaris, aut alicuius alterius hominis. Hæc dicuntur signa instrumentalia, vel quia his quasi instrumentis, cōceptus nostros alijs significamus: vel quia quemadmodum artifex, ut instrumento moueat materiam, necesse est, ut moueat instrumentum, sic potentie ad cognoscendum aptæ, ut hoc signorum genere rem aliquam cognoscant, necesse est ut illa percipiant. Hinc colliges apertissimum

Discrimen inter signa forma. & instrum.

discrimen inter hæc signa, & superiora: illa siquidem non sunt a nobis necessario percipienda, ut ipsorum perceptione in rei significatæ cognitionem veniamus: hæc autem nisi percipiantur, nemini

B. iiij cog-

Alreum cognitionem illius adducent. Differunt  
discrimen etiam hac ratione, quod priora illa nec  
admodum visitate nominantur signa, nec  
satis proprie dicuntur repræsentare: hæc  
vero posteriora, maximè. Vnde diuus Au-  
gust. & quasi complexus, omnia quæ po-

<sup>a</sup> Lib. de principijs Dialect. pulari sermone signa dicerentur, hoc mo-  
do signum definiuit. Signum est, quod &  
se ipsum sensu, & præter se aliquid ani-  
mo ostendit.

### De signis naturalibus, ex ex instituto.

#### Caput 9:

**S**igna naturalia sunt, quæ apud omnes A  
idein significat: seu potius quæ suapie  
natura aliquid significandi vim habent.  
Quomodo gemitus est signum doloris, &  
risus, lætitiae. Signa vero ex instituto sunt,  
quæ e hominum voluntate & quadam  
quasi impositione significant. Quorum  
rursus duo sunt genera. Nam quædam B  
significant ex impositione, ut potè voces,  
quibus homines colloquuntur, & scripta,  
quibus absentes inter se cōmunicat: alia  
ex cōsuetudine, & cōmuni usurpatione:  
Ex consu- quo pacto ea, quæ pro foribus appendū-  
etudine. tur, significant res venales. Eorum porro,  
quæ

quæ ex impositione significat, duplex est significatio: propria, & impropria. Pro-  
pria est quam sibi signa ex prima imposi-  
tione vendicant: qualis ea est, qua vox pri-  
via.

Homo significat veros homines, & Leo  
veros leones. Impropria est ea, ad quam ob aliquam rerū affinitatem signa tradu-  
cuntur: cuiusmodi est illa, qua Homo si-  
gnificat homines depictedos, & Leos viros.

**C**ofttes. Fere autem verba ad aliquem mo-  
dum ( $\tau\betaοτοp$  Græci vocant) traducta, &  
immutata, impropriam habent significa-  
tionem, ut quæ per Metaphoram, Cata-  
chresim, Metalepsim, & Metonymiam  
immutatur. Dixi autem fere, quia saltem  
quæ per Onomatopœiam significat non  
videntur impropriè usurpari. Quis enim  
dicat hanc dictiōnē Clagor imitatione  
rei fictam, impropriè significare sonum  
tubæ, & nomen Latratus vocem canis do-  
mesticæ? De Sinedoche & Antonomasia  
alij iudicent. Sed hæc quæ de propria, &  
impropria significatiōne breuiter attigi-

**D**mus a Grāmaticis petenda sunt. Eorum  
rūbus quæ proprie significant, quedam  
dicuntur Categoremata, quæd in Syncate-  
goremata. Categoremata, teste Cice-

Significa-  
tio pro-  
pria.  
Impro-  
pria.  
Fere om-  
nes tropi  
impropri  
am signifi-  
cationē  
convenit

vide Quin  
titianum  
lib. 8. cap.  
9. & lib. 9.  
cap. 1.

Catego-  
remata.

<sup>2</sup> rōne & appellātur ea, quæ de quodam, aut  
4. Tuscul. quibusdam dicuntur, ut Crœsus, diues, &  
quæst. similia. Hæc enim dictio Crœsus, de uno  
quodam homine dicitur, Diues, de multis.

Tum res, Nec refert quod Cicero nomine categorie  
cum signa matis res significatas intelligat, nos vero  
gerum, di ipsa signa rebus significandis imposita.  
cūtūr categoriæ  
goremata Veraque enim apte appellantur Categorie  
mata, quasi Dicibilis, quia devno, aut plu  
E  
ribus dicuntur. Syncategoremata vero  
Synecate-  
goremata (quasi dicas, categoriematis conductio)  
vocantur ea, quæ non dicuntur de aliquo,  
aut aliquibus, sed tamen categoriematis,  
ut certum orationis sensum efficiat, adiu-  
mentum afferunt: ut Crœsi, Divinitis, Do-  
cte, Sapienter, Omnis, Nullus, Si, Cum,  
Aut, Ab, &cætera huiusmodi. Hæc de va-  
rijs signorum & significationum generi-  
bus videntur satis. Proximum est ut quo-  
pacto conceptus, voces, & scripta signifi-  
cent, dicamus.

Primum dis-  
cernen-  
significati-  
onis con-  
ceptum  
& signifi-  
catione vo-  
cū & scri-  
pt.

*Quo pacto conceptus, voces, & scripta  
significant. Caput. 10.*

Primum conceptus sunt signa forma-  
lia: voces autem, & scripta numeran-  
tur in instrumentalibus, ut recentiores  
notant.

notant. Sunt enim conceptus quædam rerum significatarum similitudines in intellectu consignatae, quæ non necessario cognoscendæ sunt, ut rerum interuentures significatae cognoscantur: voces autem, & scripta, sunt signa externa quæ, nisi potentis cognoscentibus objiciantur, in cognitionem rerum significatarum neminem

**B**inducent. Deinde conceptus sunt signa naturalia earum rerum, quas significant: voces autem: quibus colloquimur. & scripta: quibus cum absentibus communicaimus, sunt signa ex instituto. Conceptus enim, ut ait Aristoteles *a*, sunt ipsum apud omnes hoc est, idem suapte natura apud omnes significant: voces vero, & scripta,

Secundum  
discrimen

**C**onceptus significant res immediate, id est, nullo alio interiecto signo: voces autem interuenientibus rerum conceptibus, quorum sunt proxima signa, & notæ, ut ait Aristoteles *b*: scripta vero non solum interuenientibus rerum conceptibus, sed etiam vocibus. Id enim quod scripta proxime objiciunt menti, sunt voces. Siquidem multi legendo exprimunt voces, quas scripta significant, nullum

2. peri. 1.

Tertium  
discrimenb  
peri. x.

inte-

## 23 INSTIT. DIALECT.

Notz.

interim formantes conceptum rerum significatarum, ut patet in ijs, qui latinas litteras legunt, nec tamen intelligunt. Verū non est necesse, ut cum ego audio vocem significatiā alicuius rei, duo in me ingniantur conceptus, alter ipsius cōceptus rei, alter rei significatē. Nec itē cūm lego verbum aliquod apud Aristotelem, opus est, ut tria concipiā, vocem, quæ rem significat, quæq; vocabulo responpet, cōceptum rei & rem significatā. Mens enim celeritate sua statim praeuolat ad rē, prætermis sāpe medijs signis interiectis inter primum signum, & rem significatam.

## De conceptu Medio, &amp; Ultimo.

## Caput. II.

Duo semper gignuntur concepius cum proponitur vox, aut scriptura signans ex instituto.

**I**llud tamen est omnino necessarium, ut cū audimus voces, aut legimus scripta significatiā ex instituto, duo semper in nobis conceptus gignātur, alter ipsius vocis, aut scripturæ, qui in homine etiam ignaro idiomatis gigni potest, alter rei significatē qui non gignitur, nisi in eo, qui tenet significationē vocabuli. Voces nāq;, & scripta sunt signa instrumentalia, ut dicum est, & quā necessario sunt percipienda,

enda, si ipsorum interuenient res significatae percipiendae sunt. Ac prior ille conceptus

Non vlti-  
matus.

dicit lolet, Non vltimatus, posterior Vlti-

Ultima-

matus. Aptius tamen ille diceretur Me-

tus.

dius, hic vltimus. Inter quos conceptus hoc

Discrimē-

discrimen perspice, quod Medius signifi-

inter con-

catur naturaliter ipsam vocem, aut scriptu-

scriptum,

ram, quæ proponitur, cum sit naturalis

medium

imago vocis, aut scripturæ. Ultimus vero

&amp; vlti-

ab ipsa eadem voce, aut scripturæ ex im-

mum.

positione significatur. Nam cū homines

imponunt voces, aut scripta rebus signifi-

candis, simul etiā imponunt eadem signi-

ficandis conceptibus rerum; id quod Ari-

stoteles b quod ad voces attrinet, plane si-

Concep-

gnificat cum ait, voces esse notas, seu signa

tus, medi-

conceptum, non ita tamen, ut idem apud

signifi-

omnes significant. Addunt recentiores, co-

cat exim-

ceptum medium significare ex impositione,

po &amp; con-

& conceptum vltimum, & rem, quam

ceptum vlti-

vltimus naturaliter significat. Verbi cau-

num &amp;

sa, conceptum mediū huius vocis Homo,

significare ex impositione, & conceptum

vltimum eiusdem vocis, qui quidem est

naturalis conceptus hominis, & hominem

ipsum. Nam cum voces, aut scripta im-

ponuntur rebus significandis, simile etiam ex

qua-

## 30 INSTIT. DIALECT.

quadam consecutione, videntur imponi conceptus naturales ipsorum. Cui sententia, cum vera videatur, non repugnabo. Sed missis iam hoc loco conceptibus, & scriptis, ad tractanda deinceps nomina, & verba vocata aggrediamur.

## De nomine. Capit. 12.

**N**omen est vox significans ex instituto, definita, ac sine tempore, cuius nulla pars significat separatum quaque adiunctum. Est autem non est, efficit orationem, quae verum, aut falsum significet: ut Homo, Socrates, & aliæ huiusmodi voces. In hac definitione, Vox, rejicit conceptus, & scripta. Significas, rejicit eas voces, quae nihil significant, ut Blaetri, & alias huiuscmodi. Ex instituto, rejicit voces significantes naturaliter, ut gemitus, & alias per multas intonaciones. Definitè, rejicit nomina, & verba infinita, ut Non homo, Non ualeat, quae Aristoteles non simpliciter nominata, aut verba, sed nomina infinita, & verba infinita appellanda esse censet, eo quod nullum certum entis veri, aut facti conceptum intellectui subjiciunt, cum & de ijs quae sunt, & de ijs quae non sunt, dicitur.

**C**antur. Sine tempore, reiicit verba finita,  
 & participia quæ quidem omnia tempus  
 ad significant. Nam & si pleraque nomi-  
 na significant tempus, ut Dies, Hora, An-  
 nus, nullum tamen certam differentiam  
 temporis, praesentis scilicet, præteriti,  
 aut futuri sive significationi adiungit,  
 quod quidem est ad significare tempus,  
 seu significare cum tempore. Illud vero,  
 cuius nulla pars significat separatim, re-  
 iicit orationes. Omnis namque oratio-  
 nis pars aliqua separatim, ac per se in  
 ipsa orationis structura significat, b ut in  
 his duabus orationibus, Homo albus, 3. li.ca.8.  
 Homo sedet, cernere licet, in nullo au-  
 tem nominé, etiam si compositæ figurae  
 sit qualia sunt res publica, & senatus con-  
 sultum, pars illa quicquam declarat se-  
 paratim. Illud deniq;, Quæque adiunctio  
 Est, &cætera, reiicit casus nominum,  
 ut Platonis, Platoni, & reliqua omnia  
 Syncategoremata, ut coniunctiones, &  
 præpositiones, imo etiam, ut quidam vo-  
 lunt, adiectiva adiectivè accepta, ut  
 Candidus, quoniam apposito illis ver-  
 bo Est, sive affirmato, sive negato, nun- Adiectiva  
 quam efficitur oratio, quæ verum aut adiectiva  
 falso accepta.

falsum significet, quod perspicuum erit, si dicas; Platonis est, platonis non est, & ita Qua ratio in cæteris. Quod si quis objiciat, multa ne proficio esse pronomina, quæ adiuncto verbo sunt et ciantur à efficient oratione, quæ verum, aut falsum definitio. significet, quales hæ sunt, Ego sum, Tu es, ne nomi- nis. Hie est, quare pronomina esse nomina, quod videtur absurdum: occurreret, pronomina non ratione sui id efficere, sed ratione nominū, pro quibus in oratione posse sint: hæc autem extremam hominum conditionem sic esse intelligentiam, ut non mē ratione sui id efficere dicatur.

*Quæ nām partes significant per se in ipsa totius vocis structura. Cap. 13.*

**V**erum quia non facile est internoscere A ré, quæ partes significant separatim, ac per se in ipsa totius vocis compositione, quæ vero minime, duo traduntur à recētioribus documenta, quibus id deprehēdere possumus. Alterū est, Ea pars vocis, quæ, ut est in tota voce, peculiarem ingenerat in mente notionē, significat per se ineiusmodi voce. Hinc colligimus nec Do, nec Minus significare per se in hac dictione Dominus. Nam cùm tota dictio auditur,

in nullius mente duo significantur conceptus,  
quorum alter respondeat parti Do, alter  
parti Minus. At vero quia audita hac oratione,  
Vir sapiens duæ in nobis producuntur notiones quæ duabus his partibus,  
Vir, & Sapientis, repondeant, intelligimus  
eadem partes per se in ipsa totius vocis  
strætura significare. Alterum documen-

Secundum  
documen-  
tum.

tum est: Ea pars totius vocis cuius significatione qui tolleret efficeret ne tota vox significaret id, quod antea significabat si-  
gnificat per se in ipsa totius vocis compo-  
sitione. Hinc colligimus partes harum di-  
ctionum Dominus, Respublica, & aliarum  
huiusmodi, siue simplicis, siue compositæ  
figuræ, quæ significant extra ipsam totius  
compositionem, non significare quicquam  
in iis dictiōnibus, quarum sunt partes.  
Quoniam & si quis huiusmodi partiū in si-  
gnificationem tolleret, non idcirco tamē  
efficeret ut totæ ipsæ, ac integræ dictiōnes  
suas amitterent significatiōnes, quod cō-  
tra omnino dicendum est de partibus hu-  
ius orationis Homo sapiens, & in cætera-  
rum vocum huius generis. Causa est, quia

Causa vtris  
usq; docu-  
menti.

voces prioris generis totæ ac integræ im-  
ponuntur ad significandum, quæ autem

in posteriori genere numeratur, non, nisi per partes. Hinc enim primum fit, ut cuique illarum vnu tantum respondeat conceptus, harum autem singulis, plures. Deinde hoc sequitur, ut ille non desinat significare, etiam si à singulis partibus suis alioqui significantibus tollatur significatio, hec vero defioant. Veruntamen multæ

erationes sunt voces, quæ, & si simpliciter orationes in opia vo sunt multasq; notiones in mente gignut, cabulorū tamen in opia vocabulorum pronomini- pronomi- bus usurpantur, ut Sūmus pontifex, Ale- nibus usur- pantur. xander Magnus, Corpus animatum, & aliæ huiusmodi: quibus proinde auditis sim- plices formamus conceptus.

### *De verbo. Cap. 14.*

¶ 1. Per. 3 **V**erbum est vox significans ex instituto, definite ac cum tempore praesenti, cuius nulla pars significat separatim, & semper eorum, quæ de alio praedicatur, est nota, ut Valet, Disputat. **a** Omnes particulæ huius definitionis perspicuae sunt Thomas, ex dictis, præter extremam, cuius hic est ad eundem sensus, Et semper, cum in enunciatione problemum. nitur, est signum eius, quod in ea prædicatur, seu, ut p. anius dicam, **b** Et semper cū in

**b** Ammonius & D.

in enunciatione ponitur prædicatur loco  
sui significati. Exempli causa, in hac enū-  
ciatione, Socrates disputat, hoc verbum  
Disputat prædicatur de Socrate loco rei,

**B** quam significat, & sic cætera. Enunciatio  
verò, ut obiter dicā, est oratio, quæ verū,  
vel falso significat: prædicari autem est Prædicar-  
ti.  
tu.  
Subiectū:  
sationis  
affirmari, aut negari de aliquo, siue id  
vere fiat, siue falso. Vnde prædicatum  
dicitur id, quo l de aliquo affirmatur,  
aut negatur: subiectum verò id, de quo  
affirmatur, aut negatur aliquid. Sed de  
hisce inferius. **b** Hac igitur extrema defi-  
nitionis particula reiciuntur verba præ-  
seatis temporis, quæ non sunt indicati-  
ui modi: ut Disputa, Disputare, & parti-  
cipia eiusdem temporis, ut disputans,  
quæ quidem superioribus particulis re-  
ici non possunt. Reiciuntur ergo, quia  
quædam eorum reperias, quæ nunquam  
prædicentur, ut Disputa: alia verò, quæ  
& si nonnunquā prædicentur, aliquando  
tamen non prædicantur, ut Disputare,  
Disputans, & similia. Si enim dicas,  
Disputare est de quæstione proposita cū  
altero contendere; itemque Disputans  
loquitur, nec illud Disputare, nec illud

**Verba in definitio-** Disputans prædicabuntur. Sola igitur, ac omnia verba finita præsentis temporis in dicatiū modi cōprehenduntur in hac definitione, ut Disputo, Disputas, Deābulo, Deambulas. Quod si quis obijciat, in hac **C**

**Obiectio.** enunciatione, Deambulo est verbū, illud Deambulo non prædicari, ergo non esse verū id quod docuimus, nunquam verbum in enunciatione poni, quin in eadē prædicetur: occurrendum est, id, quod di-

**Dilutio.** ximus verum esse cum verba ponuntur, & accipiuntur in enunciatione pro rebus, quas significant: verbum autem Deābulo in proposita enunciatione, nec poni, nec accipi pro suo significato. Neque enim sensus enunciationis est, quod res, quam signifi-  
cat vox Deambulo sit verbum, sed

**Dilutio al-** quod ipsa vox Deambulo sit verbum. Eodem fere modo occurreret, qui opposuerit, verbum Est in hac enunciatione, Ada- **D**

**Verbum**  
**Est qua ra-** mus est animal, non prædicari. Dices eti-  
**tione dica-** num, id non esse mirū, quia non accipitur  
**tur copu-** pro suo significato, quod est existere, ut  
**la verba-** accipitur in hac enūciatione, Adamus est,  
**lis.** sed exercet tantum officium syncatego-  
rematis copulantis prædicatum cum sub-  
iecto qua ratione copula verbalis appellari

Iari solet. Itaque hoc est verborum proprium, ut, cum in enūciatione pro suis significatis capiuntur, semper eorum loco de subiecto aliquo dicātur. Id quod ex ipsa verborū natura nascitur. Verba enim, quā verba sunt, hoc peculiare habent, ut ipsa per se, ac sine ullo vinculo extrinsecus assumpto, prædicari possint. Exempli causa, ut verbum Disputat de Socrate prædicitur, non est opus ut queratur externum aliquid vinculum ad prædicationem perficiendam: quoniam ipsum per se nomini adiunctum enūciationem absolvet, ut si dicas, Socrates disputat. Quod tamē satis non erit, ut aliud quod cunq; categorēria de subiecto proposito dicatur. Nam si nomini Socrates solum adiuxeris exempli causa nomen Philosophus, aut participium Disputans, dixerisque, Socrates Philosophus, aut Socrates disputans, non absoluueris haud dubie enūciationem, sed necesse erit ut asciendas vinculum Est, cuius interpositu fiat alterius partis de altera prædicatio. Quia igitur hæc est verborum propria natura, ut per se ipsa prædicari possint, nec egant nisi subiecto, de quo dicantur, hinc est quod in enūciatione

## 38 INST. DIALECT.

Non tol-  
lit verbi  
predica-  
tione par-  
tium ora-  
tionis con-  
siderata  
tio.

tione posita, & pro suis significatis accepta  
semper de altero prædicentur, quo cumque  
modo mutentur partes enunciationis.  
Veluti si dicas, Plato disputat, Disputat  
Plato, Plato disputat in Academia, Plato  
in Academia disputat, In Academia Pla-  
to disputat, aut alio quo quis modo enun-  
ciationem extruas.

*De iis, quæ ad nomen, & verbum reno-  
cantur. Cap. 15.*

**C**VM autem præter nomen, & verbū, **A**lliae multæ voces in oratione reperi-  
antur; aduertēdum est, earum quasdam  
apud Dialecticū non esse partes orati-  
onis, sed partium vincula, quasdam vero,  
partes. Partium autem, quasdam esse mi-  
nores orationes, & si simplices partes esse  
videantur, quasdam vero, non esse orati-  
ones, sed simplices partes. Denique, earū,  
quæ sunt simplices partes, alias directò re-  
uocari ad nomen, & verbum: alias obli-  
voces quæ apud Dialecticū non  
sunt vin-  
cula doc-  
tarum par-  
tium ora-  
tionis. Voces, quæ apud Dialecticū non  
cēsentur partes orationis, sed vincula par-  
tiōm, sunt permulta, ut Ab, Abs, Si, Vel, &  
fere propositiones, & coniunctiones. In  
his etiam numeratur adverbium Non, &  
ver-

**V**erbum Est, qua ratione copulat prædicatum cum subiecto. Numerantur item signa vniuersalia, & particularia, quæ qui dem certo quodam modo extendunt, aut contrahunt coniunctionem subiecti cum prædicato, ut Omnis, Aliquis, & alia huiusmodi, de quibus infra dicendum est.

**B** Voces quæ videntur esse simplices partes orationis, & tamen cœsentur minores orationes sunt illæ, quæ non continent expressè multas dictiones distinctas inter se, sed tamen ingenerant conceptum aliquem cōplexū in mente, ut Nihil, cū idem significat atq; Nulla res : item q; Semper, Nunquam, & alia quā plurima aduerbia: adde l'apè, Apagè, & alias interiectiones.

**C** Atq; hæc duo genera vocū, quæ ha&entis numerata sunt non reducūtur ad nomen, & verbum. Simplices autē partes orationis, quæ directò, ad nomen & verbum revocātur, sūt cætera categoriemata præter nomen & verbum iam definita. Verum hoc est discrimen, quod, quæ tempus non ad significant revocātur ad nomen, vt nomina infinita, adiectiva adiectiū accepta & pronomina: quæ vero tēpus ad significat, revocantur ad verbum, vt verba infinita

C iij nita

nita te npora præteriti, & futuri indica-  
tiui modi, tēpora infini iui modi, & par-  
ticipia. Voces Deniq; simplices, quæ obli-  
mē, & ver- que ad nomen & verbum reuocātur, sunt  
bum redu ea omnia syncategoremata, quæ sūt par-  
cantur. tes, & non vincula tantum partiu. n ora-  
tionis. Sic tamen distribuuntur, vt quæ  
tempus non adsignificant, reuocentur ad  
nomen quæ adsignificant, ad verbum.

Quò fit vt ad nomen oblique reducantur  
casus nominum, etiam infinitorum,  
& adiective acceptorum, itemque prono-  
minū, tum e iam quædam aduerbia quæ  
more casuum ex nominibus deducuntur,  
vt Docte, Sapienter: ad verbum autem  
omnes casus verborum, etiam infinitorum,  
qui non sunt categoremata, ite nq casus  
participiorū. Quæ autem voces sint ca-  
tегoremata, quæ syncategoremata, supe-  
rius dictum est. b Itaque omnes partes o-  
rationis, quæ nō sunt minores orationes,  
nec vincula duntaxat, nexusū partium,  
aut sunt nomina, & verba aut ad hæc mo-  
dò aliquo reuocantur, directo, videlicet,  
aut oblique.

*Num voces significatiuæ sint  
partes orationis. Cap. 16.*

Sed

**A** SEd obiectat aliquis, voces non significatiuas, ut Bictri, & Scyndapis, esse partes orationis, nec tamē esse nomina, aut verba, aut ad nomen & verbum modo ullo reuocari, ergo id, quod diximus, non esse vñq; quaq; verum. Quod enim huiusmodi voces sunt partes orationis, satis apertum videtur ex his orationibus, quas cōsicere solemus, Bictri est dictio duarum syllabarum, Scyndapis nūihil significat, & similibus. Quod vero non sunt nomina, aut verba, nec ad ista reuocantur ex dictis facile peripicies. **a** Huic obiectioni, sic occurrendū videtur: has voces non esse partes orationis. Nam cum dicimus, Bictri est dictio duarum syllabarū, illud Bictri non videtur subiectum enunciationis, ut aliquis fortasse putauerit, sed aliqua alia particula, qua illud Bictri ostenditur. ut Hæc vox, hic sonus, aut alia huiuscmodi quæ quidem aliquando exprimitur, ut in hac enunciatione. Hæc vox Bictri est dictio duarū syllabarū, aliquando vero, quia facile intelligitur, subiectetur, ut in superiori. Exemplum sumi potest in alijs rebus. Nam siue scribas totum hoc, Hæc figura O est circulus, siue hoc tantum, O est circulus

**a Cap. 15.**

Prior solutio.

Voces nō significatiuas non esse partes orationis.

C v culus

## 42 INSTIT. DIALECT.

culus, neutra in scriptura illud O erit su  
biectum enunciationis, sed illud, Hæc fi  
gura, quod in priori oratione exprimi  
tur, in posteriori subauditur. Item siue di  
cam totum hoc, Hic homo (ostendes di  
gito Socratem) est Philosophus, siue ostē  
so eodem, addam hæc tantum verba. Est  
philosophus, neutro modo fecerim ipsum  
Socratem, qui ostēditur subiectum enū  
ciationis, sed ea tantum verba Hic homo  
quæ in priori oratione exprimuntur, in po  
steriori perspicuitatis causa omittuntur.  
Cui quidem doctrinæ fatis tauet consue  
tudo. Ferè enim vocibus huiusmodi non  
significatiuis, imo & significatiuis, cùm p  
rebus significatis non accipiuntur, præpo  
nuntur aliæ particulæ quibus illæ indicē  
tur, vt cum dicimus, Vox Eliætri nihil si  
gnificat, Verbum Disputo est primæ con  
iugationis: nec verò subticetur, nisi cum  
ex consuetudine intelliguntur, vt apud  
grāmaticos. Suffragatur huic sententiæ cō  
mune illud Dialecticorum proloquium,  
Significationem totius orationis conflari  
ex significationibus suarū partium: quo  
fit, vt voces non significatiue partes ora  
tionis censeri nō debeant. Ita q; vno mo  
do

do occurrere possumus has voces nō esse partes orationis, sed esse res significatas, atque ostētas alijs dictionibus, quae sunt orationis partes, quæque sere præponuntur, & si cum facile intelliguntur, prætermittantur.

**C**tantur. Alter quoq; occurri potest, nēpe huiusmodi voces, & esse partes orationis, & non esse nomina, nec verba, nec ad nomina, aut verba reuocari, ut obiectio sumit: id autē quod dictum est *in omnes*, b Cz. 15. inquā, si plices partes orationis esse nomina, aut verba, aut ad hæc reuocari) nō vniuersit accipiēdū esse, sed solum cum partes orationis sunt significatiōe. Quo pacto, qūi obiectiōē soluerit, illud dialecticorum pronunciacioni inficietur necesse est significationem totius orationis confari ex significationib; partium.

*Enumerantur variae nuncupationes nominum & verborū. Cap. 17.*

**A**Xplicatis nomine & verbo ijsq;, quæ ad nominē & verbum reuocātur, iam nunc de varia nominum, & verborum nuncupatione agendum est. Verum cum multæ ad modum sint horum nuncupationes, eas tantum nos, quæ crebrius

in ore versancur, persequemur. Nomina  
igitur, & verba fere dicuntur. Äquiuoca,  
Vniuoca, Concreta, Abstracta, Conno-  
tiua, Absoluta, Denominatiua, Denomi-  
nantia, Cōmuniā, Singulāria, Transcen-  
dentiā, non transcendentia, Positiua. Ne-  
gatiua, Repugnantiā, non repugnantia,  
Primiæ intentionis, & secundæ. At vero ne  
in singulis nuncupationibus explicandis  
geminantur vocabula Nominis, & verbi  
(hoc enim fastidium simul, & confusionē  
pareret) comprehendenda prius sunt no-  
mina, & verba vocabulo aliquo cōmuni,  
ut de vtroq. generet anquā de uno loqua-  
mur.

*De nomine, qua ratione verba, &  
catera omnia categorematā cō-  
plebitur. Cap. 8.*

Possent quidem nomina, & verba ge- A  
nerali quadam verbi appellatione cō-  
prehēdi. Vlurpatum est enim apud Lati-  
nos, a ut etiā nomina verba nominētur,  
Sed hæc appellatio latè admodum fundi-  
tur, quippe cū ad omnes omnino dictio-  
nes extēdatur: quo in sensu, ait quidam,  
Horat. in b Verbaq; prouisam rem nō intuta sequē-  
arte poet. tur. Possent quoque appellari. Dictiones,  
iuxta

\* Quint.  
lib. 1. ea. 9.  
Horat. in  
art. poet.

b

Horat. in b Verbaq; prouisam rem nō intuta sequē-  
arte poet. tur. Possent quoque appellari. Dictiones,

juxta illud Aristotēlis c. ae nomen quidē,  
& verbum dictiones sunt tantūmodo, &  
c. I. Peri.  
cetera. Verum & que fūla est hāc appellā-  
tio, atque superior. Sed neque placet recē-  
tiorum consuetudo, qui iam hinc ab ini-  
tio nomina, & verba sub termini vocabu-  
lo pertractant. Terminus enim nihil est  
aliud, quām prædicatum, aut subiectum  
propositionis, ut postea dicemus: d. prædi-  
cata verò, & subiecta sēpissimè lunt ora-  
tiones, de quibus hoc libro non agimus.  
Accedit eo, quod termini appellatio, qua-  
ratione ab Aristotele inuecta est, non co-  
uenit nominib; & verbis ut sunt pr. mæ-  
partes, elementa uē cuiusq; modi differen-  
di, Diuisionis, inquam, Defitionis, & Ar-  
gumētationis, ut à nobis in præsentia tra-  
ctantur, sed solum ut in ea terminari po-  
test resolutio syllogismi simplicis, ac pro-  
inde cuiusq; argumētationis. Hinc enī di-  
ctus est terminis. Neq; verò Aristoteles,  
& si omnia ab initio Dialectice ad Syllo-  
gismi simplicis doctrinam cōtulit, ullam  
Termini mentionem, n. si post aliquot li-  
bros, fecit, ut potè cūm tandem ad syllo-  
gismi structurā deuenit. d. Potius ergo cō-  
prehendenda sunt nomina & verba voca-  
bulo

Recentio-  
res.c. Lib. 6.  
cap. 9.Vnde di-  
ctus termi-  
nus.d. I. Prio. x  
Nomen  
generali-  
ter accep-  
tum.

**F**t. peri 3. **bulo Nominis** latè accepto, qua nōmī-  
Nōmēge nōs significatione sic ait Aristoteles f. Ver-  
neraliter, ha ipsa per se dicta, nomina sunt, & ali-  
idē quod significant. Quo in loco, ut vno ver-  
categorē. **bo rem exponam**, Nomen idem est quod  
ma.

**g Cap. 12.** **categōrem a** siccq; non modo nomina, &  
& 14. verba, ut supra g definita sunt, sed etiā ea  
**omnia complētūr**, quæ directo ad nō  
men, & verbum, reuocātur. Et hac quidē  
hvt præd. usurpatione nominis tam sāpe vtitur Ari-  
stoteles hvt ei, qui vel mediocriter in eius  
1. & 5. lectione versatus fuerit, plurima occur-  
1. peri. 7. s. post. 10. rānt exēpla. Itaq; Nominis vocabulo hac  
1. top. 13. significatione accepto, iam institutū per-  
2. top. 2. sequamur.  
1. Elēch. 1.  
4. meta. 4.

### De nominibus casu æquiuocis.

Caput. 19.

**N**omen æquiuocū, seu multiplex, est, A  
ex præd. quod diuersis ratiōibus sua significa-  
cap. 1. ta significat. « Nomine Rationis intellige  
b 4. meta. métalē rei significatæ definitionē, quam  
7. nōmen significat: iuxta illud Aristotelis,  
b Ratio quā nōmen significat, est defi-  
nitio, mente scilicet fabricata. Hec enim  
significatur nomine et si confūse. Quan-  
quam Rationis vocabulo etiam simplex  
cōceptus rei, cuius nōmen est signum, ut  
cūnq;

et unq; intelligi potest. Hac de causa nomen Canis dicitur æquiuocum, quia alia ratione significat canem domesticū, alia piscem, alia sidus. Nominum porrò æqui uocorum, quedam casu, fortunāe sunt æquiuoca, quedā consilio, & ratione. Ea

**B** sūt casu æquiuoca, quæ diuersis omnino rationibus suis congruunt significatis, ut nomen Gallus homini natione Gallo, & Gallo aut, & vocabulum Alexander Ale- xandro Paridi, & Alexandro Macedoni, & verbū Predo ei, quod est amitto, & ei, quod est destruo, & inuestigabile ei, quod vestigari potest, eq;, quod vestigari non

**C** potest. Atq; huius quidē classis nullū æ- quiuocū vocabulū censetur vñū nomen, sed mulea, quippè cum nullum sit, quod multas, omninoq; diuersas significatiōes non habeat. Vnde sit vt enūciatio ex verbo aliquo huius generis composita nō sit vna, sed plures, & vt si dicas, Gallus cātar, Alexander à rege progenitus est. Crœsus Halym ingressus perdet quam plurimare

**D** gna. Viæ Dei sunt inuestigabiles. Dicun- tur autem hæc nomina casu æquiuoca quia in his imponēdis nulla habetur ra- tio cognitionis, conuenientiæ rerum signi-

Casu æ- quiuoca.

Nomen æ- quiuocum non est v- num no- men, sed multa.

c. i. peri. 7.

d. Vtr. de significatarum. Atque hæc æquiuoca pro  
gen. 6. & 4. priè æquiuoca cœlentur apud Aristot. d.  
met. 2.

*De nominibus consilio æquiuocis,*  
*Item Analogia. Caput. 20.*

**E**A sunt cōsilio æquiuoca, quæ diuersis A  
quidem rationibus, sed tamen ita di-  
uersis, ut quodammodo sint exdem, suis  
cōuenient significatis, ut nomen Homo,  
Ex 1. eth. quod quidē eadem quodammodo ratione  
6. & ex 4. dicitur de homine vero & depicto. Homo  
meta. 2. enim verus est animal rationale, depictus  
autem est animalis rationalis imago. Hęc B

**C**ur dicantur consilio æquiuoca, quia  
iur consi- non temere, & casu sed consilio, & ratio-  
lio æqui- ne rebus diuersis imponuntur, spectata  
uoca. iūmirum cognatione aliqua eārum inter-  
fesse. Neque enim hoc genere complecti  
volumus ea, quæ solū ob memoriam, aut  
spēm consilio æquiuoca dicuntur, vt si  
quis Pauli nomine filium appellat, aut in  
memoriam Divi Pauli: aut sperans filium  
Duo Paulo simile futurum, quoniam hæc  
simpliciter sunt casu æquiuoca cum non  
imponantur rebus diuersis ob aliquā ea-  
rum inter se cognatiō nem. Aigitur, quæ  
ob affinitatē rerum significatur cōsilio  
æqui-

**æquiuoca** vocatur, aut relatione, aut cōparatione relationum talia dicuntur *b.*

*b. i. eth. 6*

**C** Relatione quidem, vno è quatuor modis  
vel ad vnum finem, quo pacto hoc nomē  
Sanum æquiuocum est habenti sanitatē,  
efficienti, & conservanti: vel ab uno effi-  
ciente, quo pacto hęc vox Medicū æqui-  
uoca est habenti artem medicinæ, & om-  
nibus instrumentis, quibus medicus uti-  
tur: vel ab via forma, quo pacto hęc vox  
Animal est æquiuoca habenti formā ani-  
malis, & animali depictō, & fictili: vel ab  
vno subiecto, quo pacto hoc vocabulum  
Ens æquiuocum est subitatiæ, quæ per se  
existit, & accidentibus, quæ per subitan-  
tiā, cui inhærēt, existunt. Comparatio-  
ne verò relationū, quæ Græcè ἀναλογία

*æquiuo-  
ca relatiq  
ne.*

**D** Latinè proportio nominatur, æquiuocū  
est exempli causa nomen Pes pedi ani-  
malis, & móris, & nomen Aspečtus aspe-  
ctui oculorum, & mentis: quia nimirū vt  
se habet pes animalis ad animal. sic pes  
montis ad montē: itemq; vt aspectus ocu-  
lorum ad corpus, sic aspectus mentis ad  
animū. Atq; hęc extrema æquiuoca apud  
Aristotelē, & veteres eius interpretes A-  
naloga dieuntur, quasi dicas proportio-

*æquiuo-  
ca propor-  
tione.**Cic. de v-  
niuersita-  
te.**Analoga  
que dicantur.*

*c.*  
*Vt 2. post.  
i6. & 1. e-  
thic. 6. &  
& 5. me-*

*D. nalia. t2.6*

Vide Ca- nalia. Sed recentiores longo vsu obtinue-  
ie, de Ani runt, vt iam nunc omnia consilio æqui-  
logia no- uoca analogorū nomine cōprehendātur.  
minum.

*De nominibus vniuocis. Cap. 21.*

**N**omen vniuoeum est, quod eādem **A** omnino ratione sua significata signi-  
ficat, & vt vox Homo comparatione om-  
nium verorum hominum: omnes siqui-  
dem dicūtur homines, quia sunt anima-  
lia rationalia. Sed animaduertēdum est, **B**  
Occurrit ob non ita æquiuoca ab vniuocis distingui,  
iēctioni. vt nullum æquiuocum sit aliqua ratione  
vniuocum. Nam hoc nomen Gallus, quod  
casū æquiuocū esse diximus, vniuocū etiā  
est, si ad gallos tantum gallinaceos, quos  
eādem omnino ratione significat, refera-  
tur. Hoc item nōmē Homo, quod paulo  
superius ad homines tum veros tum depi-  
ctos analogum diximus, nunc cōparatio-  
ne verorum duntaxat in exemplū vniuo-  
corum attulimus. Itaq; nō hæc distinxī-  
mus quasi diuersa vocabula, sed quasi di-  
uersas nuncupationes nominum, quem  
admodum instituimus. Nullum autē est  
incommodum, si propter diuersas consi-  
derationes, diuersae eidem voci nūcupa-  
tiones

**C**ipationes tribuantur. Si tamen nomina respectu omnium suorum significatorum considerentur, nulla pene vniuoca repe riatur. Nam ut omittam casu æquiuoca quæ non pauca sunt, omnia iam fermè vocabula tritus sermo analoga fecit, b  
Omnia pè né nomina sunt a qui uoca.  
b i. de gen. 6.

*Comparantur inter se casu æquiuoca  
analogæ, & vniuoca. Cap. 22.*

**A**PROTÉ caiu æquiuoca, & vniuoca sunt Analogæ omnino aduersa, & quasi cōtraria in intersese: analogæ vero sunt media inter vtraq;. Nam casu æquiuoca diuersis omnino rationibus sua significata significat, vniuoca eadē omnino, analogæ nec omnino diuersis, nec omnino eadem. Vnde cum omne mediū inter contraria modo aliquo vtriq; extremo repugnet, & cum utroque modo aliquo conueniat, meritò Aristoteles ita de Analogis loquitur, vt nunc & ea rejiciat ab æquiuocis, nūc h ab vniuocis & rursus modo c appelleat æqui uoca, modo d vniuoca, Sed cum analo-  
ga diuersis simpliciter rationibus suis cōveniant significatis, non item simpliciter eadē, sed quodāmodo eadē, vt diximus, nō dubiū est, quin maiorē cū æquiuocis.

D ij à casu

sunt media  
inter casu  
æquiuo-  
ca, & vni-  
uoca.

b i. de  
gen. 6.

Analogæ  
sunt media  
inter casu  
æquiuo-  
ca, & vni-  
uoca.

Cap. 20.  
2.22.

3. meca, 1

4. Præ d. x

c Præ d. x

d  
2. Met. I.

## 52 INST. DIALECT.

Plus con- à casu, quām cū vniuocis habeant so-  
uenientia- ciētatē: id quod in causa fuit, vt ab Ari-  
natologa cū stotele initio categoriarum eadem defi-  
æquiuocis nitione cum æquiuocis à casu, sub cōmu-  
æcasu, qua nī nomine æquiuocorū definirentur, nō  
cū vniuo item cum vniuocis sub vniuocorum no-  
cīs.

mine. Illud tamen aduerte aliter nos hoc

e locis loco, aliter Aristotelē de æquiuocis, & vni-  
nūc circa uocis differere: ille siquidem c de rebus, B  
tiss. Res & nos de vocibus loquimur. Res æquiuocæ  
quiuocæ, sunt, quæ vocibus æquiuocis significātur:  
& vniuo- vniuocæ, quæ vniuocis, Rēcētiōres appell  
ex. lant voces æquiuocas, & vniuocas. Äqui-  
uoca æquiuocantia, & Vniuoca vniuocā  
tia: res autem, Äquiuoca æquiuocata, &  
vniuoca vniuocata. Ergum his vocabulis,  
Magis p cūm res perspicua sit, non est necessē uti.  
priè res, illud obiter ex Grēcis vocabulis intelli-  
quam vo- ge, magis propriè res, quām voces, dici  
ces dicunt æquiuocas, & vniuocas. Nā & ομωνυμα  
tutæ & quæ nos æquiuoca dicimus, & συνώνυμα,  
vniuocæ. quæ appellamus vniuoca, ex ipsa voca-  
bulorum vidicuntur quasi Habentia idē  
cōmune nomen: quod haud dubie de re-  
bus intelligitur, à quibus ad voces appellatio traducitur. Itaq; voces dicuntur æqui-  
uocæ, quia res æquiuocas significat, vni-  
uocæ

vocæ autem, quæ significant res vniuersitatis.

*De nomine Concreto, & abstracto,*  
*Caput. 23.*

**A** Nomen concretum est, quod compo-  
situm habet significandi modum: ut  
Candidū, vt Homo Nam Candidū signi-  
ficat candorem quasi adiacentem alicui  
rei subiectæ, sicq; rem etiam subiectam de prædi-  
quodammodo significat: & Homo signifi-  
cat humanitatē, ut existentem in suppo-  
sito, veluti in Socrate aut Platone, sicque  
etiam suppositū quodammodo significat. a D. Thos.  
opus 48.  
cana. ca. 2.

**B** Nomen abstractum est, quod simplicem  
habet modum significandi: ut Candor, ut  
Humanitas. Nam Candor solum cando-  
rem significat quasi per se existentē extra  
subiectum: & Humanitas solam humani-  
tatem quasi per secohārentem extra hu-  
mana supposita Illa dicuntur concreta,  
quasi dicas cōposita: hæc abstracta, quasi  
à compositione libera: vrraq; autē appellat-  
lato ex modo significandi orta est. Atque  
abstracta dicuntur principalia, siue pri-  
maria, quod ab alijs non deducantur, sed  
ipsa sint quasi capita, & fontes aliorum,  
si non Grammatica cōsideratione, certè

à ratione & natura rerum ducta Concreta verò dicuntur minus principalia, quoniam ab illis derivantur, siue proxime, ut Candidum à candoris nomine, siue remote, ut Candidatum, quod cum proxime à candido dederatur, à candoris tandem vocabulo remote oritur.

*De nomine Connotativo, & Absoluto.*

*Caput. 24.*

**N**omen connotatiuum est, quod signifi-  
citat aliquid adiacens quasi adiacēs  
alicui: ut candidum, Vestitum, Cæcum,  
Nonuidens, Candidum enim significat  
candorem, qui adiacet cygno, papyro, &  
ceteris rebus candidis Vestitum, signifi-  
cat vestem, quæ adiacet homini: Cæcum,  
negationē aspectus, quæ adiacet animali  
ad videndū apto: & hæc vna dictio Non  
uidēs, negationem aspectus, quæ adiacet  
omnibus non videntibus siue illa entia  
sint, siue non sint. Accipio enim in defini-  
tione particulas Aliquid, & Alicui latissi-  
mè, vt non solum omnia entia, sed etiam

Quid sit non entia complectar: idq; intelligo sig-  
nifica re aliquid adiacens alicui, quod sig-  
nificare aliquid adiacens alicui, quod sig-  
nificat formā, aut quasi formā accidētariā  
alicui. Rursus hæc eadē vocabula signifi-  
cant

cant sua significata, non quasi per se subsi-  
stentia, sed quasi adiacetia, quoniam sic  
ea significant, ut ex modo suæ significati-  
onis de ijs, quibus illa adiacent, dicantur.

Id enim intelligo significare aliquid quasi  
adiacens alicui. Exempli causa, dixerim Quid sit  
significa-  
re aliquid  
cés alicui.  
hoc nomen candidum significare cando-  
rem quasi adiacentem corpori (seu per quasi adia-  
modum adiacentis, ut dici solet) quia ita  
significat candorem, ut ex modo suæ signi-  
ficationis de corpore, cui candor adiacet,  
dicatur. Atq; ita cætera. Quo tamen pa-  
cto candoris nomen, non significat can-  
dorem, nec Vestis vestem, nec Cæcitas ne-  
gationem aspectus, nec Nonuisio negati-

Connota-  
tiuum, ali-  
ud signifi-  
cat, &c de  
alio dici-  
tur.  
B onem visionis absolute, Neq; enim dicu-  
tur de ijs, quibus hæc adiacent. Ita fit ut  
nomina connotativa aliud significant, &  
de alio dicantur. Significat enim formas, aut quasi formas, & dicuntur de rebus,  
quibus illæ accidunt. Neque vero idem  
sunt significare aliquid, & dici de aliquo,  
Etenim si idem essent hoc absurdum pla-  
nè admittendum esset eandem esse signi-  
ficationem harum vocum Musicum, Can-  
didum, & Homo ut Aristoteles cōcludit, 4 Meta. 4.  
4. tex. 11.  
eo quod omnes de eodem homine dicātur.

Itaque aliud significant nomina Cōnotatiua, & de alio ex modo suæ significatio-  
nis dicuntur. Reiciuntur ergo primum à  
definitiōe ea nomina; quæ non significāt  
aliquid adiacens alicui, vt Plato, Alcibi-  
ades, Homo, Animal, & ferè vocabula pri-  
marum, & secundarū substatiarum atq;  
adeo illorum abstracta, vt Humanitas, &  
Animalitas. Dico autem ferè quia quædā  
eorum significāt aliquid adiacens alicui,  
vt Æneum, & Ligneum, qua ratione de  
figuris dicuntur. Hæc enim duo vocabula  
significant æs, & lignum tāquam formas  
accidentarias figurarum: id quod in alijs  
etiam quibusdam cernere est. Reiciuntur  
deinde illa, quæ significāt aliquid adiacēs  
alicui, non tamen vt adiacens, seu per mo-  
dum adiacentis, vt Candor, Vestis, Cæci-  
tas, Nonuisio.

Nomen  
absolutū.

Cur dica-  
tur nomē  
connotati-  
uum.

¶ Nomen absolutum est, quod significat C  
aliquid non quasi adiacens alicui, qualia  
sunt omnia quæ à definitione connotati-  
uorum reiecimus. Exeo autem nomina  
videtur dici cōnotatiua quia præter id,  
quod significant, aliquid etiam aliud cui  
quasi adiaceat formale significatum, & de  
quo ipsa dicantur, notant, & vt ita dicam  
in-

insinuant: absoluta vero, quia praeter id, Cur abso-  
**D** quod significant, nil aliud tale inuunt, lutum.  
 Iudicamen hoc loco prætermittendum non  
 est, latius patere Concreti nominis nūcū  
 pationem, quam Connotatiui: & Con-  
 notatiui, quam eius, quod apud Grāmati-  
 cos Adiectiuū dicitur. Quanquam enim  
 omne adiectiuum est connotatiuum re-  
 specti alicuius & omne cōnotatiuum cō-  
 cretum (id quod animaduertenti facile  
 patebit) non tamen omne concretum est  
 connotatiuum, aut omne connotatiuum  
 adiectiuum. Hæc enim vocabula, Sogra-  
 tes, Homo, Animal, & pene omnia pri-  
 marum, & secundarum substatiarum te-  
 stibus etiā Theologis & concreta sunt, nec  
 tamen connotatiua dici possunt. Hæc itē  
 verba. Pater, Dominus, Præceptor cōno-  
 tatiua sunt, nec tamen adiectiuā sed sub-  
 stantiua. Contra vero dicēdum est de op-  
 positis nominibus abstracto videlicet, ab-  
 soluto, & substatiuo. Latius .n. patet sub-  
 stantiuum, quam absolutum, & absolutū,  
 quam abstractum, ut ex dictis perspicuū  
 esse potest. Quòd sit, ut perperam à qui-  
 busdam cōcretum, & cōnotatiū, itemq;  
 abstractū, & absolutum confundantur, &

D v pro

Latius pa-  
 ter concré-  
 ti nomi-  
 nis nūcū-  
 patio, quā  
 connotati  
 ui, & con-  
 notatiui,  
 quam ad-  
 iectiu.

a D. Tho.  
 1. p. q. 39.  
 & aij. 1.  
 d. 4. & 34.

*De nomine Denominatio, & Denominante. Caput. 25.*

**N**omen Denominatum est connotatum, quod à priori aliquo vocabulo, voce, ac significatione deducitur: <sup>a</sup> ut Cādīdām, Iuitūm Vtrūq; enim connotatiūm est, & illud à Cādōris nomine, hoc ex. 2. top. à Iustitiæ vocabulo, voce, ac significatione deriuatur. Verbo Deducitur non intelligentias hoc loco deriuationem Grāmaticam (hac enim potius Iustitiæ nomen ex genitivo Iusti deducitur) sed rationalē, & ex natura rerum petitam, de qua supra lo-  
<sup>b</sup> Albert. quuti sumus. <sup>b</sup> Priori ergo parte definitiō-  
<sup>Magnus</sup> onis excluduntur omnia nomina absolu-  
<sup>in præd.</sup> ta. Posteriori rei ciuntur ea connotatiua,  
<sup>trācta. 1.</sup> quæ aut voce, aut significatione, à nullo  
<sup>Cap. 2. 3.</sup> priori nomine deducuntur. Hinc fit <sup>c</sup> vt  
<sup>c Præd. 8</sup> verbum Officio Officis non sit denomi-  
natum. Nec enim deducitur voce, ac signifi-  
catione ex aliquo priori nomine, cū sōla  
voce trahatur ex nomine officij, nec  
aliud nomen extet, ex quo voce, & signifi-  
catione oriatur. Fit etiam, vt Cursor, Pu-  
gil, &cetera huiusmodi, qua ratione sig-  
nifi-

Ibidem.

nificat vires quasdam naturales non sint denominatiua. Anullo enim priori simpliciori; vocabulo voce ac significatione deducuntur. Nam & si voce tenus ex nominibus actuum trahuntur, ut Cursor ex cursu, & Pugil ex pugilatu, significatione tamen à nullo derviantur, siquidem virtibus naturalibus, quas significat, non sunt adhuc abstracta villa nominā imposita.

Ex his perspicuum sit, latius patere nominis connotatiui nuncupationem, quam denominatiui quādoquidem ex dictis intelligimus omnia denominatiua esse cōnotatiua nec tamen omnia connotatiua.

B esse denominatiua. Nomen denominā est, à quo denominatiuum voce, ac significatione deducitur. Ad hoc genus pertinere possunt non solum abstracta vocabula, ut Candor, Iustitia, sed etiam concreta, ut Candidum, Ignis. Nam à candido tú voce, tú significatione deducitur Candidatū, & ab igne Ignitū. Illa vocari possunt primaria denominatiā, hæc secundaria. Ex quo sit ut idem nomen possit esse denominatiuum ac denominans diuersū respectu. Cādidū enim cū cādoris vocabulo cōparatū, denominatiū est, cum

Latius patet connotatiuum, quam denominatiuum.  
Denominans.

Etiam cōcretū denominatiā es se possunt. Primaria denominatiā. Secunda-

Duplices respectus requiritur in quouis denominatio-

nate. Cādīdatum, denominās. Verūm, ut quæ dixi melius intelligas, aduertere, in quois denominatiō duplē respectū requiri; alterum ad vocabulum denominans, à quo voce, ac significatione deducitur; alterum ad rem denominatam, cui aliquid adiacere significat, seu, cuius est connotatiū. Propter priorem respectū omne denominatiū dicitur ab aliquo denominante denominatiū. Propter posteriorem, alicuius rei denominatæ denominatiū. Vnde efficitur, ut quemadmodum omne denominatiū est denominatiū a certo quodam, & designato vocabulo, sic etiam sit denominatiū certæ alicuius rei, aut aliquarum. Id quod

D  
Nullum enim genus prædicatur de nominatiū de sua specie, vt Arist. ait 2. Top. c. 2. D. Tho. 1. p. q. 13. & alijs Theo. 1. d. 22. ideo collegerim, vt mirari desinas, si videris nomina denominatiua non de omnibus, de quibus dicuntur, denominatiū prædicari. Reenīm vera Coloratum prædicatuū denominatiū de corpore, cuius non est connotatiū: de albo autem, cuius non est connotatiū, denominatiū prædicari non potest. Hac itē nomina Bonus, Sapiens, Iustus, prædicatur denominatiū de hominibus, quibus bonitas, Sapientia, & Iustitia accidentaria est: de Deo autem

tem in cuius simplicissima essentia huius modi perfectiones continentur, non denominatiuā, sed essentialiter, dicūtur ut theologi docēt. *Aeneum quoq; Ligneum, & huiusmodi*, dicuntur donominatiuē de figuris, ut de circulo, & triangulo: essentialiter autem, non denominatiuē de rebus ex figura & materia compositis, ut de triangulo aeneo, & ligneo circulo. Rationale denique dicitur denominatiuē de anima li, essentialiter de homine, ac Socrate.

### *De nomine Communi & Singulari.*

#### *Caput. 26.*

**N**omen commune, seu vniuersale est, quod eadem ratione de pluribus prædicatur: ut Homo. Singulare autem, seu Discretum, seu Individuum, est quod non prædicatur de pluribus, ut Plato, Conimbrica, Deus. Prædicari hoc loco pressius, quam supra, intelligendum est, ut potè pro vere affirmari, Nam si accipiatur pro affirmari, aut negari, siue verè, siue falso, ut supra exposuimus, nomina singularia erunt communia. Plato enim ea ratione, qua Platonem Aristotelis præcep- torem significat, prædicatur de pluribus

Prædicari  
pressius,  
quam su-  
pra.

Plato

Platonibus tū verē, ac negatiuē, tum falso & affirmatiuē. Cum vero in definitio-  
ne audis De pluribus, nomine pluriū in-  
tellige plura secundū idem nomen. Nam  
ut nomen aliquod dicatur commune, nō  
satis est si prædicetur de ijs, quæ dicātur  
plura secundū aliud nomen. Sic enim  
nomina singularia cōmūnia esse indica-  
buntur, Platonis siquidē nomen vna so-  
la ratione acceptum prædicatur de plu-  
ribus attributis Platonis, vt potè de hoc  
Aristonis filio de hoc Philosopho, de hoc  
Aristotelis præceptore. Nomen etiam Co-  
nimbricæ prædicatur de pluribus attribu-  
tis Conimbricæ, vt de hac vrbe prope Mō  
dam sita, de hac bonarū artium cultrice.  
Hoc quoq; nomen Deus prædicatur de  
pluribus personis, diuinis, & tamen singu-  
lare est, modo nomine Dei id intelligam?  
quo maius aliquid, perfectiusne cogitari  
non potest, quo pacto Theologi a Dei no-  
tionē describunt. Hac enim spectata sig-  
nificatione sic ait Sapiens, *a* Affectui, aut  
regibüs deseruit̄es homines, incōmuni-  
cabile nomen (scilicet Dei) Iapidibüs, &  
lignis imposuerunt. Ratio deniq; eādem  
significatione accipitur in definitione no-

De pluri-  
bus.

A  
D.Theo. I.  
par.q.1,&  
alij.i.d.3.  
*b*  
Sap. 14.

minis

minis communis, qua in definitionibus  
æquiuocorum. <sup>b</sup> Cum ergo in ea definiti-  
one dicitur. Quod prædicatur de plurib<sup>z</sup>,  
excluduntur omnia nomina singularia,  
<sup>b</sup> <sup>Cap. 19.</sup> cæt.

quia nullum eorū prædicatur de ijs, quæ  
secundūm ipsum dicantur plura, hoc est,  
quia nomē Platonis, quatenus singulare,  
est non prædicatur de pluribus Plato-  
nibus, nec Conimbrica de pluribus Co-  
nimbricis, nec Deus de pluribus Dijs.  
Cūm vero additur; Eadem ratione, ex-  
cluduntur omnia nomina æquiuoca, nisi  
quòd analoga, quodammodo comprehē-  
duntur, quatenus eādem quodammodo  
ratione pluribus conueniunt. Id quòd in  
causa est, vt apud Aristotelem & pleraque  
analogia tum communia, tum vniuer-  
salia dicantur. Duo tamen hic aduer-  
te. Alterum, nomina communia vocari  
apud Grammaticos Appellatiua, singu-  
laria verò, Própria. Alterum, loco no-  
minum propriorum, quibus maxima ex-  
parte caremus, duo potissimum genera  
periphraseos usurpari. Vnum est cūm no-  
mini communi addimus pronomen de-  
monstratiuum, vt si dicam, Hic homo,  
Hic equus: quæ orationes Individua ex-

Analogæ  
sunt quo-  
dammodo  
comunia.

Vt. 1. de  
partibus  
animal in  
fine, &c.  
Meta. 3, &c  
10. met. 4  
Appellati  
ua Pro-  
pria.

Duobus  
modis po-  
tissimum in  
diuidua  
periphrá-  
si signifi-  
cati. Ex  
Porphyr,  
de specie.

demō.

**I**ndividua demonstratione dicuntur. Aliud est, cum ex demonstratio communis, ob aliquam hypothesin stranua. vni tantum rei accommodatur, vt si dicā filius Sophronisci, Filius Ioānis principis. Posito enim quod Sophronico nō fuerit alius filius, quam Socrates, & Ioanni principi Ioannis tertij Lusitanę regis filio aliis, quam Sebastianus, sane illis orationibus Socrate Philosophum, & Sebastianū Regē significabo. Sed huiusmodi orationes, quia re vera communes sunt, nec vni rei soli, nisi ex hypothesi conueniunt, individua nō simpliciter, sed ex hypothesi dicuntur. Mitto hic orationes ex nominibus communibus, & signis particularibus constructas, vt Quidam homo, Quidam equus (que individua vaga nominatur) quia non de uno tantum, sed de pluribus dicuntur.

*Diluuntur quædam obiecta contra definitionem nominis communis.*

*Capit. 27.*

**O**biecit. **S**ed contra definitionem nominis communis sic licet argumentari. Omnia nomina equiuoca sunt communia teste a Præd.i. Aristotele, & qui res equiuocas definiens sic ait, *Æquinoea sunt, quorū nomen cōmuñē* A

mune est; nomina autem æquiuoca non  
predicantur de pluribus eadem ratione;  
(quod dicitur Aristoteles, Ratio vero lub-  
stantiae diversa; id quod etiam ex di-  
ctis satis perspicuum est) igitur definitio  
nominis cōmuniæ non complectitur om-  
nia nomina cōmuniæ, licet etiam sic  
argumētari. Hæc nomina Mundus, sol,  
Luna, Mercurius, & cætera huiusmodi  
sunt cōmuniæ (Phyli liquide, & Altro-  
logi, qui differunt de mundo, sole & cæ-  
teris huiusmodi, non agunt nisi de rebus  
cōmuniib; cum singularia omnium Phili  
lophorum consensu a discipline pliniis repiciā-  
tur; his autem nominibus non congruit  
definitio nominis cōmuniæ, quia nō præ-  
dicantur de pluribus (neq; enim vere di-  
cimus plures esse mundos, aut soles, aut lu-  
nas, aut mercurios) igitur definitio no-  
minis cōmuniæ non cōuenit omnibus no-  
minibus cōmuniib;. Quare nō est recte  
tradita. Priori obiectioni occures, Altero  
è duobus modis nomina dici posse cōmu-  
nia, aut sola voce, aut voce, ac significati-  
one simul: atque æquiuoca quidé omnia  
voce sola esse cōmuniæ, nos autē ea tan-  
um definuisse, quæ & voce, & significa-

tione sunt communia, quare non mirum es-  
se si definitio nominis communis comunia  
prioris generis non comprehendat. Posteri-  
ori respondebis, Nomina illa & esse vere B  
teriori communia, ut a nobis definita sunt, & præ-  
dicari de pluribus. Nam cum hoc nomen

Mundus non significet primò Hunc desig-  
natum mundum, sed mundum absolute,  
ac simpliciter, quo pacto Philosophi de  
mundo differunt, dubium non est, quin ex  
modo iuæ significationis prædicari possit  
de pluribus mundis, qui sub mundo abolutè,  
ac simpliciter concepto, apprehendi, &  
cogitari possunt. Itaq; si mente appre- en-  
das tres mundos, iam de singulis vere emu-  
ciabis hoc nomen Mundus, & si plures in-  
rerum natura non sint. Id quod de catego-  
riis huiusmodi nominibus dicendum est. C

Emergit At duu ita respondeo video plane retexere  
obieccuo. id, quod suprà dixi. Hoc nomen Deus esse  
singulare, non commune. Ut enim hoc no-  
men Mundus non significat primò hunc  
mundum, sed mundum abolutè, sub quo eō  
cipi possunt plures mundi, sic nomen Deus  
non videtur primò significare hunc Deum,  
sed Deum absolute, sub quo prout inde con-  
cipi possunt plures Dei; quare si nomen  
Mun-

Mundus quia significat, mundum absolu-  
tē, cōmūne est, par ratione nōmen Deus  
commūne erit. Verū si rectē attendis,  
nil retracto. Nām longē aliter sentiendū  
est de nomine Deus, atq; de nomine Mū-  
dus, deq; cæteris huiusmodi. Hac namq;  
significant res finitæ perfectionis, quæ  
quidem communi conceptū concipi pos-  
sunt, additionēq; singularis perfectionis,  
recipere; illud autem significat rem per-  
fectionis infinitæ, quæ, cū additionē perfe-  
ctionis admittere nullo modo valeat, non  
potest cōcipi nisi ut designata, & singula-  
ris. Quod si quis adhuc vrgat dicatq; Me  
taphysicū differere de Deo, ergo si singula-

Solutio:

Deus non

potest mē

te cōcipi

nisi ut sin-

gularis!

Obiectio:

ad. C. 5

Obiectio:

ad. I. p. 51

ob. 5. 5

**D**ria, ut dictum est, rejiciuntur a disciplinis,  
nōmen Dei non esse singulare, sed cōmu-  
ne: occurs, meritò ab hac regula excipi  
endā esse rē eam, quæ propter suam perfe-  
ctionem communi, vniuersaliūe conce-  
**E**ptū apprehendi non potest. Non negane-  
rim tamen hoc nōmen Deus-tum voce,  
tum etiam quodammodo significatione,  
commune esse Deo, & ijs hominib⁹s, qui  
in sacris literis cb indicandi munus, aut  
gratiā, qua Deo sunt similes, vocātur dij.  
Sed hæc communio analogia est, nec cōmūne

dissimilis ab ea, qua nomen Hectoris Troiani cōmunicatur viris fortibus, & Ciceronis, eloquentibus, & Iobi patientibus.

*De nomine transcendentē, & non  
transcendentē. Cap. 28.*

**N**omen transcendentēs, & si non eadē si A gnificatiōe apud omnes sumitur, tñ iuxta cōmuniōrem usurpationem sic definiti potest. Nomen transcendentēs est, qđ de omnībus, ac solī veris rebus dicitur. Sex porro transcendentia esse dicuntur, & a D. tho. Ens, Vnūm, Verūm, Bonū, Aliquid, & Res: B de quorum significatione alibi disputandum est. Reliqua iuxta hanc sententiam sunt non transcendentia in quibus numeris cap. 2. rāntur ea, quæ à recentioribus dicuntur supertranscendentia, ut Opinabile, Cogibile, Apprehensibile, & si que sunt alia, secundētia, quæ nō tantum de omnībus rebus veris, sed etiam de quibuscunque alijs vere affirmantur.

*De nomine Negatiōe, & Positīo.*

*Caput. 29.*

Duplex nomen ne gatiōum. **N**omen negatiōum est, quod signifi- A cat negationē alicuius, Quod duplex

est. Aut enim significat negationem aliquius in subiecto certo, ac determinato, ut Cæcum, Tenebrosum, Imprudens: aut in quocumque subiecto, ut Nonuidens, Non collistratum, Non prudens. Nam cæcum significat negationem aspectus in oculis, Nonuidens autem negationem aspectus in quocunque subiecto, siue illud sit ens, siue non ens. Vnde fit ut falso quis dixerit siue lapidem, siue hircoceruum esse cæcum, vere autem esse nonuidetem: quod idem discrimen in ceteris facile perspicitur. Ac

**B**priora illa quidem nomina dicuntur Priuatiua, siue priuantia latè accepta priuatium appellatione (complectuntur enim pleraque quæ minus propriè dicuntur priuatiua, ut alio loco dicemus) posteriora vero retento cōmune nomine, Negatiua tantummodo, seu negantia vocantur. Atque huius generis ferè omnia dicuntur ab Aristotele, & Infinita, eo quod tam de ipsis, quæ sunt, quam de ijs, quæ non sunt id est, tamen de rebus veris, quam de ijs, quæ vera res non sunt, vere affirmantur; ut Non homo, Non chimæra. Illud enim dicitur de omnibus tum non veris rebus, tum etiam veris, preterquam de homine: hoc autem

Priuatiua.

Negatiua.

In finita.

a 1. peti.  
2. & 3.

de omnibus similiter, præter quā de Chimaera. Quæ verò ex hoc genere aut cū solis veris rebus, aut cum ijs, quæ veræ res non sunt, reciprocantur, ut Nonnihil, & Nonens, ea, quia non dicuntur tam de ijs, quæ sunt, quam de ijs, quæ non sunt non dicuntur ab Aristotele infinita. Nomina positiva sunt, quæ non significant negationem alicuius, ut Homo, Chimaera, Videlis, prudens, Indutus, & similia.

*Diluuntur quædam obiecta contra definitionem nominis negatiui. Cap. 30.*

- Obiect. 1.** **S**ed cōtra hæc obiectat fortasse aliquis, Hoc nomen Negatio significat negationem alicuius (significat enim negatio, omnis autem negatio aliquid negat) & tamen non est nomen negatiū, cum nec sit priuatuum, nec numeretur in ijs negatiuis, quæ ex aduerso à priuatius distinguuntur (nam nec est infinitum, nec cum solis entibus, aut non entibus reciprocatur) ergo definitio nominis negatiui accommodatur alicui nomini non negatio, quod absurdū est. Præterea hæc vox
- Obiect. 2.** Non homo significat negationē alicuius, ut sat: apertum est, & tamen non est no-

men

men negatiūm, sed oratio, quippe cū ex  
audita duo in nobis significatur coceptus. v. l. Obiect. 3.  
simi, alter particule. Non, alter particule  
Homo, agitur definitio nominis negatiūi  
cōgruit anciū orationi, quod etiā est in  
cōmodum. Idem aperiū ostendit in  
voce Non nihil, quam inter negatiūa no-

B mina recensimus. a Componitur enim b Cap. 15.  
ex voce Nihil, quam supra b orationē esse  
affirmamus. Prima tamē obiectio facile  
diluetur, si dicas, hoc nomen Negatio nec  
esse negatiūi vt probatum est, nec signifi  
care negationē alicuius. Quanquam enim  
omnis negatio specialis, vt negatio aspe  
ctus, negatio hominis, negatio entis, & ne  
gatio hippocæturi neget aliquid, hoc est  
significatum alicuius nominis, tamen ne  
gatio in cōmune nihil omnino negat. S. Petri. 2.

C cūdē obiectio respōdebis, vocē Non ho  
mo non esse orationē, vt Aristoteles c pla  
nē facietur. Quanquam enim particula  
Non, & particula Homo proprias habeat,  
peculiaresque significationes extra to  
tam vocem, tamen in unius dictiōnis  
compositionem coniuncte eiusmodi si  
gnificationes amittunt, tota ue ipsa di  
ctio ex utraque voce conflata significat

E iiii ne-

Cap. supe  
ri.

Sola nega  
tio specia  
lis aliquid  
negat.

Solut. 2.

c

Idem si  
ca cap. 13.

E. 20. 2.

E. 20. 2.

Occurrit negationē eius rei, quā vox Homo extra  
 tur in epte totam vocem significat. Neq; vero illa est  
 obiectio hæc concretio, quam quis fortasse extru-  
 xerit, Non homo significat negationem  
 hominis, ergo significat negationem &  
 hominem, quæmodum nulla sit con-  
 sequentia si ita colligas hoc nomen Pater  
 significat respectum ad filium, ergo signi-  
 ficat respectum & filium. Cur autem duō D  
 in nobis gignantur conceptus audito no-  
 minis Non homo, negationis scilicet, & ho-  
 bis gigni in his, causa est, quia negotio specialis cō-  
 tractus concepi non potest, nisi concipiatur id, quod  
 prius. negatur, non autem quod una pars nomi-  
 nis infiniti inquit, ut unum conceptum,  
 altera alterum. Non secus enim audito  
 nomine Pater concipimus & filium, pa-  
 trem quidem directo, filium vero ut ter-  
 minum respectus paterni: non quod pars  
 altera nominis gignat virum cōcepit, um,  
 altera alterum, sed quia respectus paterni  
 non absque termino percipi nullo modo E  
 Solut. 3. potest. Tertiū obiectio occurrit, vocem  
 Nihil aliquando idem valere quod Nulla  
 res et sīdicas, Nihil est albus si nul, &  
 nigrum: aliquando idem quod Nonē, et  
 sīdicas Inane, seu vacuum est nihil. Pri-  
 hil ri

**C**oigitur modo. Nihil est oratio posteriori autem, non en negatiuum, non quidem significans negationem & ens, ut modo ostendimus, sed negationem entis. A que hec negatio potest negari alia negatione, quam significat vox Non nihil.

*De nominibus Repugnantibus, & non repugnantibus. Cap. 37.*

**A**NONI repugnacia sunt, quæ de eadem re usque affirmari non possunt: vt Album, & Nigrum: Ambulat, ac Non ambulat: Doctus, & indoctus: Lapis, & Lig-  
nū. Cum audis. Que affirmari non pos-  
sunt intelligis nulli, seu in eodem tempore,  
& eode n modo. Cum additur, de eadem  
re, in ellige de eadem se singulari, secun-  
dum eadē partem & respectu ejusdem.  
Alioquin nulla sunt proptermodum nomi-  
na quæ de eadē reverē affirmari nequeāt,  
vt animaduertenti facile patebit. Nomina

**B**non non repugnacia sunt, quæ eadem de re  
verē affirmari possunt: vt Doctus, & Mo-  
destus: Simplex & Prudens, Diues, & Mi-  
ser. In qua definitione intellige omnes  
particulas quas in definitione repugnan-  
tium intelligendas esse diximus. Porro

E v no-

Repugna-  
tia.

Non repu-  
gnacia.

**D**ao gene nominum repugnantium duo sunt gene  
ra repugnata. Alia namque sunt opposita, alia non op-  
pugnantia, seu disparata. Opposita sunt, aut  
**O**pposita Contradicteria, seu contradictoria, ut Ius-  
tus, & Nonius: aut priuatiue opposita,  
ut Videns, & Cæcus: aut contrarie, ut  
Album, & Nigrum: aut relatiue, ut Præ-  
ceptor, & Discipulus: quæ quidem respõ-  
dent quatuor generibus oppositarum re-  
rum, ab aristotele traditis, de quibus po-  
stea & breviter agemus. Reliqua nomina  
repugnantia sunt non opposita, seu dispa-  
rata, ut lapis, & lignu: Caro, & Spiritus.

*De nominibus Primæ, ac Secundæ inten-  
tionis, quæ ex primæ, ac secundæ im-  
positionis discuntur. Cap. 22.*

**P**rioris. **D**uplici significacione usurpatum hæc A-  
picio ex nuncupatio nominum primæ, ac se-  
cundæ intentionis. Quidam ita loquun-  
tate, origi-  
nat. Aristoteles  
et logos  
dicuntur, ut nomina rerum dicant primæ inten-  
tionis, quasi primi propositi, & institu-  
ti eorum, qui nomina imposuerunt, no-  
mina vero nominum appellant secundæ  
intentionis, propositiue. Prinus enim im-  
ponenda erant rebus nomina, ut alia vo-  
caretur Homo, alia Equus alia Platanus,

& aliæ alijs vocabulis, deinde ipsis rerum vocabulis, ut nimirum aliud appellatur Nomen, aliud Verbum, aliud partici-  
pium, & alia alijs nominibus. Læcta hunc loquendi morem sola nomina imposita vocibus significantibus ex impositione, qua ratione ex impositione significantur, sunt secundæ intentionis, cetera omnia sunt primæ, etiam si veras res non signi-  
ficent. Atque hoc significatu satis apertu-  
est cur nomina primæ intentionis primæ  
etiam impositionis dicantur, secundæ au-  
tem intentionis, secundæ impositionis.

**C**Alij vocant nomina primæ intentionis ea, quæ significant primas intentiones; secundæ autem intentionis, quæ signifi-  
cant secundas. Nominе autem primarum intentionum intelligunt ea omnia, quæ conueniuntur rebus veris, etiam si eimodi res à nemine concipiantur; quod vocant conuenire à parte rei; quo pacto conue-  
nit Socrati quod sit homo, quod discipli-  
næ capax, quod Socrates, quod Philoso-  
phus, quod fortassis cæcus, &c. non iustus.  
Nominе vero secundarum intentionum intelligunt ea, que conueniunt rebus ve-  
ris ob aliquam earum apprehensionem,

quod

huc &  
vñ, 104  
.modi

Posterior  
surpatio  
ex D. Tho-  
ma de na-  
tura gene-  
ris. 1. 2. &  
de uni-  
versali-  
bus, & de  
poten- q.  
7. art. 9.  
modi

quod dicitur per operationē intellectus: quo pacto accidit huic voci Homo naturaliter spectatæ quod sit nomen, & huic Disputo quod sit verbum. Nisi enim hæ voces apprehendantur ut signa rebus imposita, nec prior erit nomen, nec posterior verbum. Eodem modo accidit homini quod sit species, quod definiatur, & similia: quoniam nisi apprehendatur imagine quadam communi omnibus, nec species erit, nec definietur, ut alibi ostendemus.

<sup>a</sup> Apud  
Porphy-  
rium.

<sup>a</sup> Atque illa quidem meritò dicuntur intentiones primæ, hec secundæ, quia cum illa sint horum fundamenta, intellectus noster prius in illa, quam in hæc intendit. Ita satis perspicuum relinquitur, cur nomina illorum dicantur primæ intentionis, horum autem secundæ. Et quia ea, in quæ prius intendimus, prius etiam nominare possumus, non est alienum ab hac usurpatione nominum, ut priora dicantur primæ impositionis, & posteriara secundæ.


Num sig-  
mentorū  
nomina  
sint pri-  
mæ inten-  
tionis.

Quanquam vero figmentorum nomina ut Sphinx, Chimera, & similia non sint primæ, nec secundæ intentionis posteriori acceptance, ut ex dictis patet, possunt tamen reductione quadam dici primæ in-

ten-

tentionis, quia res ficte & si res veræ non sunt, tamen finguntur esse veræ. Id quod addiderim ne aliquod nomen sit, quod utroque modo prima, aut secundæ intentionis non dicatur. Hæc de varia nomenclatione nominum, ac verborum dixisse sit satis. Quæ pars instituti nostri respondet initio categoriarum Aristotelis, ubi ille de æquiuocis, vniuocis, & denominatiuis, de complexis, & incomplexis, de vniuersalibus, & singularibus, antequam ingrediatur ad categorias, pauca præfatur,

(•)



## INSTITUTIONVM

## DIALECTICARVM

LIBER SECUNDVS.

*Quid agendum sit in hoc libro,  
itemq; quid sit uniuersale.*

*Capit. I.*



ROxiū sequitur ut infinitam nōminū,  
& verborum multitu-  
dinēm in de. em ordi-  
nes, & quasi classes, ut  
in prōptū habeantur,  
redigamus: Hos ordi-  
nes s̄epe vocat Aristó-

Ut in sc̄ri teles κατηγορίας, hoc est prædicamenta,  
pt. prædi. a. quòd in his categorematā, seu quæ præ-

dictā. p̄t dicantur in ordinem coacta, ac disposita  
28. & .1. s̄int. Vocat etiam nonnunquam συστο-

Top. 7.

bias quasi elementorum series, b quòd

Vt. i. pos̄t prima ad differendū elemēta in has quasi

11. classes redacta, ac digesta s̄int. Sed quia

c prædicamenta nullo modo intelligi pos-

Porphyr. sunt, e nisi quid sit genus, quid species,

in p̄fici. quid differentia, quid propriū, quidq; ac-

cidēs

et id est intelligatur; nec collatio haec quinq;  
antè explicanda sunt, quam quid si p̄d̄  
dicamentum, quod item, & quæ prædi-  
camēta exponamus. Quoniam vero hac  
quinq; in eocōdō. ien. tnt quādā sint vniuersi-  
talia, prius quid sit vnt. erit, ut eit horū  
cōmōne genus breuiter d̄cendū eit. Uni-  
uersale ut ex Porphyrio v de cōsideriō solet  
est id, qđ p̄d̄icatur de p̄u. ious: ut vero  
ab Arist. c explicatur, est id quod aptū est  
ut de plurib⁹ p̄d̄icetur. Subaudi eāde  
oī ho rōne, ac secundū naturā vt homo ani-  
mal. Q id sic p̄d̄icari de plurib⁹ eālē  
omnino ratione, superiori libro d̄ exposi-  
tū est. Quid autem & quotuplex sit p̄d̄ica-  
tiones illi oppōnuntur, pauēis a cīpe. Ea  
p̄d̄icātio dicuntur secundū naturā, sive na-  
turālis, quæ rerum naturā cōgruit. Id au-  
tem potissimū naturāe rerum congruit, vt  
quilibet res dēsē ipsa dicatur, vt si dicas  
Socrates est Socrates, quandoq; idem hil-  
magis naturaliter cuiq; rēi cōtiēnit, quā  
ipsa. Deinde illid est naturāe accēmodatū,  
vt id, quod est quasi forma dicatur de eo,  
quod est quasi māteria, vt si dicas, Homo  
est animal, aut Cynus est albus: cuius rēi  
OGRA

libri  
habet  
1. 2.  
3. 4.b Cap. de  
generē, &  
de cōmu-  
nitatibus.d cap. 19.  
& sequen-  
tibus.Prädica-  
tio natu-  
ralis.libri  
1. 2.  
3. 4.

rationē apud Porphir. facilior intelligeſſ.

Ita fit et duplex sit naturalis prædicatio.

sive ſecundum naturam, vna identica, i.e.

qua prädicatum, & ſubiectum ſunt un-

nus idem, altera, quæ directa dicitur,

(que quidem formalis non incommode vo-

eari poſſet) in qua id quod eſt quafit or-

ma prädicatur de eo, quod ſe habet, ut

materia. Porro identica & ſi in axiome na-

turalis eſt, tamen ea ratione, a nobis pre-

termiſſa eſt in prima edicione, quia nata-

habet artis. Nunc autem conſultioſea in

comprehēdimus, quia Porphyriana lit

gōes, quam priori parte huius libri adu-

brare conamur, nō excludit identicam,

ut eo loco patebit. Naturali prädicatioi

cōtraria eſt ex quæ tum cōtra naturam,

tum etiam indirecta dicitur, in qua uide-

licet id quod eſt quafit materia prädicat-

ur de eo quod eſt quafit forma, ut ſidi-

cas, Animal eſt homo, aut album eſt Cy-

gnus. Inter his vero media eſt alia quæ-

dam, quæ & præter naturam, & per acci-

dens appellatur, in qua nimirum nec id,

quod prädicatur, eſt veluti forma eius,

quod ſubjicitur, nec id quod ſubjicitur,

eſt veluti forma ei⁹, quod prädicatur, ſed

ambo

Prædictio identi-  
ca.

Prædica-  
tio direc-  
ta.

Prædictio cō-  
traria

Prædictio  
præ-  
naturam

Ambo vnius cuiusdā alterius: ut si dicās,  
 Album est dulce, vel, Dul. e est albū. Ne  
 trum siquidem est qualī formā alteritūs,  
 sed ambo sūt veltūti formē cūtis dāterij;  
**C** vt lactis, aut, fachari. Vnuersale igitur,  
 quod generi, speciei, differētiæ, proprio,  
 & accidēti cōmuniū est, & in hac quinq;  
 mēbra adēquata divisione diuiditur, ita  
 præd catur eadem omnino ratione, sūt  
 vniuoce de rebus, quatū respectu dici ut  
 vniuersale, vt de illis non præd cetur con  
 tra naturam, aut præter naturam, sed se.  
 cundum naturam. Quod tamen nunquia  
 accidit nisi direc̄te, cum nihil omnino pos  
 sit idētica prædicatione de plurib⁹ dici,  
 vt perspicuum est. Illud tamen hoc loco  
 aduerte, superiori libroe explicatum esse  
 nomen Vniuersale, sive Communiū, hic au  
 tem describi rem vniuersalem; p̄essius  
 tamen hic accipe rem, quam illic nomen.  
 Vt enim nomina dicātur cōmunia, & vni  
 uersalia cōparatione plurium rerū, parū  
 turari solet nū de illis dicātū sc̄dm natū  
 rā, an secus: at vero vt resdicantur vniue  
 sales qua rōne vniuersale cōe est soli Ge  
 heri, Speciei, Differentiæ, Proprio, & Acci  
 denti id non segniter attenditū;

Cap. 26.

E

82 INST. DIALECT.  
Uniuersalia multis modis prædicari.

Caput. 2.

Porph. de genere. Porro uniuersalia & aut prædicantur A  
in quæstione Quid est, aut in quæsti-

one Quale est: & iterū, aut essentialiter,  
aut accidentaliter: & rursus, aut neces-

Prædica- sariō, aut non necessariō, seu contingē-  
tio i Quid ter. Ea prædicātur in quæstione Quid est,  
est.

b quæ aptè redduntur cùm, quid nam ali-

Porph. ibi quid sit, quæritur. b Hoc modo prædica-  
dem ex. 1. tur virtus de iustitia, & homo de Socra-

Top. 4. te: quia si quis querat quid sit iustitia,

Prædica quid Socrates, aptè respondebit qui di-  
tio i Qua xerit, iustitiam esse virtutem, & Socrate  
le est. esse hominem. Ea prædicantur in quæsti-

c one Quale est, quæ aptè reddūtur, cum

Porphyr. quale nam aliquid sit, quæritur. c Hoc  
ibidem. modo prædicantur rationis particeps,  
rectum, & alia huiusmodi de Socrate.

Nam si quis roget quale nam animal sit  
Socrates, aptè respondebit qui dixerit  
Prædica esse rationis particeps, rectū, & huiusmo-  
tio essen di. Ea prædicantur essentialiter, quæ per-  
tialis. tinent ad essentiam subiecti. Hoc modo

Prædica- prædicātur de homine tuim animal, tum  
tio acci- rationis particeps. Ea prædicantur acci- B  
dentalis, dentaliter, quæ nō pertinent ad essentiā

sub-

subiecti. Quo pacto rectū prædicatur de homine, & eandidū de cygno. Ea prædicātiō necessarij (ut hoc loco necessaria pre-  
dicatio accipitur d) quæ ita affirmātur

de subiecto, ut de eodē negari nō possint  
absq; subiecti euersione. Quo pacto discei-

plinæ capax p̄dicitur de homine. Siquis ut lib. 3.  
enim negauerit hominē esse disciplinæ cap. 5.

capacem, consequens est ut neget eundē  
esse hominē. Hæc iecirco tam firma præ-

dicatione de subiecto dicuntur, quia vel  
pertinet ad essentiam subiecti, vel ex inti-

mis essentiæ principijs nascūtur. Ea de- Prædica-  
niq; prædicantur non necessarij, seu cō- tio cō:ina-

ttingēter, quæ ita de subiecto affirmātur,  
ut de eodē negari possint absq; subiecti

euersione. Quo pacto cādidū p̄dicatur Porph. de  
non modo de homine, sed etiā de cygno. accidētē.

Vt enim nō negat hominē esse hominē,  
qui eū, qui candidus est, candidū esse in-

ficiatur, sic non negat cygnū esse cygnū,  
qui negat esse candidū. Quanquā enim,

hoc faliō dicitur, hinc tñ nō sequitur ut  
cygnus dicatur nō cygnus, quippē cū cā-  
dōc cygni nec ad eius essentiā pertineat,

nec ex intimis eius principijs profluat.  
Sed hæc diligentius persequi non adhuc

locū attinet.

F ij

**G**enus itaq; est vniuersale quiddam, A  
sub quo species collocatur <sup>a</sup>: vt animal.

**Porph.** Sub hoc enim collocatur homo, qui  
**de gener.** in speciebus animalis numeratur. Defini-

**b** tur etiam hec modo, Genus est id, quod  
**Porph.** de pluribus specie differentibus in quaesi-

**de gener.** one. Quid est prædicatur. <sup>b</sup> Dicimus nāq;  
**ex. i. Tō.** anima esse genus hominis, & equi, quoniam  
**pic. 4.** est vniuersale, quod apte redditur, cum

quid sit homo, quid equus, quæritur. Ea B

**C** vero dicuntur differre specie, quæ aut sunt  
**Quæ di-** diuersæ species, vt homo, & equus: aut sub  
**fferit spe-** diuersis speciebus continentur, vt Alexan-

der & Bucephalus Alexandri equus. Iam C

**c** **Porphy.** vero genus duplex est c: aliud summum,  
**de specie** aliud subalternum, vt vocant. Ea res dici-

**Genus su-** tur genus summū, quæ supra se nullum ge-  
**mum.** nus habet: &, Quæ cum sit genus, non est

**Genus su-** etiam species, vt substantia, qualitas, &  
**balternū.** alia, de quibus inferius dicemus, Ea vero

dicitur genus subalternum, supra quam  
aliud genus assignatur, & quæ, cum sit ge-

nus, est etiā species, vt corpus. Hoc enim  
comparatione substantiæ est species, com-  
paratione corporis animati est genus.

Latin tamē s̄pē numero nomen generis  
pro

pro' quacūq; re vniuersali (late etiā acce-  
pto nomine vniuersalis) v'surpāt: vt cum  
dicunt, multa esse animaliū genera. Ho-  
minem, Equum, Leonem, &cetera: item  
Medicinæ duo esse genera subiecta, Sa-  
num, & Aegrum. Quo loquēdi charakte-  
re, quoniam v'surpatissimus est tāpissi-  
mē vtimur.

Nomē ge-  
neris quā  
late v'sur-  
petur apd  
Latinos.

*De Specie, Caput. 4.*

**S**pecies est id, quod proximē sub ali-  
quo genere collocatur: a vt homo; pro-  
ximē siquidem sub animali, quod genus  
est, continetur. Est autem duplex species  
altera infima, altera subalterna. Ea res di-  
citur species subalterna, sub qua est alia  
species: seu, quæ cum species sit, est etiā  
genus: vt animal, corpus animatum, cor-  
pus. Nam horum quodq; habet sub se spe-  
cies, quarum cōparatione sit genus, & su-  
pra se genus aliquod, cuius respectu sit spe-  
cies. Ea verò res dicitur species infima,  
sub qua non collocatur alia species seu,  
Quæ cum sit species, nō est etiā genus: vt  
homo. Siquidem homo nullam sub se ha-  
bet speciem, sed sola indiuidua, quorū ne  
quaquā genus est. Quò sit, vt aliam re spe-

a  
Porph. de  
specie.  
Species  
subalter-  
na.

Species  
infima.

Etu eorum fortioriatur speciei appellatione,  
 qua sic species definitur. Species est, quæ  
 Species vt  
 vniuersa. tantum de ijs pluribus, quæ solo differunt  
 le quiddi numero in questione Quid est prædica-  
 cts. tu: ut homo de individuis tantum ho-  
 minibus, qui solo differunt numero. Indi  
 Individu- um est id, quod de vno solo prædica-  
 um. tur: seu, cuius omnes simul proprietates  
 multis rebus conuenire non possunt. His  
 de causis dicimus Socratem esse indivi-  
 duum, tum quia de se solo prædicatur, tum  
 etiam quia omnes eius proprietates siue  
 accidentia simul accepta in alia etiam re-  
 Quæ dif- inueniri non possunt, Ea dicuntur differ-  
 ferant nu- re numero, quæ in numerando differunt,  
 mero Bo- vt Socrates & Plato, itemq; ut homo &  
 et. in Por- phy. ad c. equus: non ut homo & animal. Qui enim  
 de gen. dicit hominem, simul etiam dicit animal,  
 Quæ diffe- quādoquidem homo, quā homo, animal  
 rant solo est. Ea vero differunt solo numero, quæ &  
 numero. individua sunt, & sub genere suo nullo v-  
 niuersali discrimine dissident. Hoc mo-  
 do differunt Socrates & Plato, quia & in-  
 dividui homines sunt, & sub genere suo,  
 quod est animal nullo vniuersale discri-  
 mine distinguuntur, sed tātum quod So-  
 crates sit hic, Plato ille, quamquam sub  
 alio

alio genere vniuersali aliquo discrimine distingui possint: ut si Socrates sit albus, Plato verò niger. Non hoc modo differunt Alexander, & Bucephalus, quia sub animali, alio etiam discrimine, quod vniuersale est, multisq; individuis commune, distinguuntur: ut quod Alexander sit rationis particeps, Bucephalus rationis ex-

pers. Cicero dicit nomine speciei ita inquit. Quæ nos species Cā  
Formæ sunt, quas Græci id ēos vocant: cer. in Tō  
nostrī si qui hæc fortè tractant, species pīcis com  
appellant; non pessime id quidem, sed modius  
inutiliter ad mutandos casus in dicēdo. formas  
Nolim enim, ne si Latinè quidem dici  
possit, specierum, & speciebus dicere, &  
sæpe his casibus vtendūm est: at formis,  
& formarum velim. Cum autem vtroq;  
verbo idem significetur, commoditatem  
in dicendo non arbitror negligendam.  
Hæc Cicero. Verūm Dialectici non tan  
ta verborum religione obstringuntur.

*De differentia. Caput. 5.*

**D**ifferentia dici potest ea forma, qua  
res aut à se in alio, & alio tempore, aut  
ab alia re, differt. a Ea verò triplex est, cō  
munis, propria & maximè propria. d. differē  
Communis differentia est ea, quæ nec tia.

pertinet ad essentiam rei, nec inseparabilis ab ea est, ut sedere, stare, & huiusmodi.

**Propria.** Propria est, quae inseparabilis quidem est, sed tamen ad essentiam non pertinet, ut habere cicatricem, quae iam calum obduxerit: habere oculos caesios: esse

**Maxime propria.** disciplinæ capax, & similia. Maxime vero propriæ, quæ & specifica dicitur, est ea, quæ & inseparabilis est, & ad essentiam rei pertinet, ut corporeum esse, animatum sensuum, rationale, & cetera huiusmodi.

Inter haec differentiarum genera est latè **Primum** discriben. Communibus enim, B crimen. ac proprijs differentijs, a cidentaliter tantum res discrepant: maxime autem proprijs,

**Secundum**. essentialiter. Item communibus, & proprijs nec dividuntur genera in species, nec definitiones specierum assignantur: ijs vero, quæ maxime propriæ dicuntur, maxime.

**Tertium.** Ac ille quidem priores, vel proprietates sunt, vel accidentia, de quibus adhuc dicendum est; haec vero a ceteris omnibus universalibus distinguuntur. Harum igitur

**Duo** differe **rētiarum officia.** quæ huius loci sunt, duo numerantur officia alterum quod diuidant genera, alterum quod constituant species. Nam quæ admodum æs, cum sic unum quid, diuer-

sis

sis tamen figuris, ac formis distrahitur, ut ex ipso, & accessione diuersarum formarum hanc diuersas res artificiosas, ut statua & sphera, sic animal, quod est genus hominis, & belluae, cum unius naturae sit, tam rationali, & irrationali, ut poteris diuersis differentijs, diuiditur, ut ipsarum accessione homo, & bellua, quae sunt diuersae species, efficiantur. Hinc fit ut differentia apte definitur hoc modo. Differentia est id, quo species suum genus excedit. Constat enim species generis, ac differentia generi adiuncta, qua tamen non constat genus. Item hoc modo. Differentia est id, quod separat species sub eodem genere, ut ad eorum essentiam pertineat. Item hoc modo. Differentia est id, quod praedicatur de pluribus specie differentibus in quaestione Quale est, necessariò & essentialiter. Verum hæc definitio non complectitur eas differentias, quæ proximè species infimas constitunt, ut rationale. Omnes tamen complectetur, si expunxeris illud Differentibus specie. Si enim quis te rogarerit, qualia nam animalia sint Socrates, & Plato secundum differentiam necessariò utrique conuenientem, & ad utri-

Prima de  
finitio dif  
ferentiarum.

Secunda.

Tertia.

usque essentiam pertinentem, aptè respondebis, esse rationalia: atque ita in cæteris. Et autem duplex differentia; alte-

**D**  
Generalis  
differentia ra generalis: altera specialis. Generalis constituit rem, quæ non tantum est species, sed etiam genus: qualis est corporeum, quæ constituit corpus, & animatum, quæ constituit corpus animatum, & sensituum, quæ constituit animal.

**S**pecialis. Specialis proximè constituit rem, quæ soli est species, ut rationale. quæ homi-

**Differen-** nem efficit. Prater has est alia quædam, tia indiui quæ proximè constituit indiuiduū, quæ duās s. c. o. indiuiduans differentia nuncupatur. Exē-  
**2. d. i. q. 6.** & Caret. pli causa differentia, quæ homini cōmu-  
in librum ni adiuncta efficit Socratem, dicitur dif-  
de ente. ferētia indiuiduans Socratis: quæ vero & essent. efficit Platonem, dicitur differentia in-  
**q. 5. art. 4.** diuiduans Platonis: & ita reliquæ.  
ad finem.

<sup>2</sup>

Topic. 5.

*De proprio. Cap. 6.*

**P**roprium apud Aristotelem <sup>2</sup> duplex **A** extremis est, complexum, & simplex. Comple-  
pene ver- xum, cùm sit oratio, in definitionem q.;;  
bis septi- ac descriptionē diuidatur, aliò pertinet.  
mi. <sup>b</sup> Simplicis vero nomen si pro acciden-  
Ad libr. 5. tario sumatur (essentiale enim ad tertiam  
vni-

universalis speciem pertinet) quadrifaci-  
tiam accipitur. Nam & id, quod soli ali  
qui speciei accidit, non tamen toti, pro-  
prium eidem esse dicitur, ut homini grā-  
maticum esse: & id etiam quod toti non  
tamen soli, ut homini esse bipedem: & id  
quoq; quod soli ac toti, non tamen sem-  
per, ut homini canescere: & id demum,  
quod soli ac toti, ac sem p, ut homini esse  
aptum ut rideat. Harum usurpationum  
extrema præcipua est. Nam id maximè  
dicitur proprium rei, quod cum ea re-  
ciprocatur: quicquid autem dicitur pro-  
priam quarto modo, id omne recipro-  
catur cum re, cuius est proprium, ut  
si dicas, quicquid est homo, est risus ea-  
pax, & vicissim, quicquid est risus ea-  
pax est homo: atque ita in alijs huius  
generis: quod tamen in tribus superi-  
oribus nunquam verè dixeris, ut satis

B apertum est. Ac superiora illa ad acci-  
dens, quod mox explicabimus, transmit-  
tenda sunt, quod non prædicetur neceſ-  
sariò de specie, sed contingenter, excep-  
tis quibusdam secundi generis, quale est  
sensitium esse, pro facultate, seu poten-  
tia ad sentiendum, & alia huiusmodi.

Primus,  
secundus,  
& tertius  
modus ad  
accidens  
pertinent  
quibusdā  
exceptis.

Hęc

Quarta  
proprietate  
ceptio p-  
cipua est.

Porph. de  
proprio.

1

2

3

4

## 92 INSTIT. DI ALECT.

Hæc enim necessariò prædicantur, & ex ipsa rei essentia nascuntur: quæ conditio-  
nes accidenti non conueniunt, vt dice-  
mus. Horum tamen nullum est propri-  
um quarti generis apud Porphyrium,

<sup>d</sup> Ut ex ea -  
pit. de ge-  
nere, & ex  
communi-  
tate. parr.  
quia nullum reciprocatur cum specie in-  
fima, quam ille, cùm de proprio loquitur,  
nomine speciei solā intelligit. Dialectici  
ergo vt complectantur omnia propria,  
quæ ad quartum vniuersale, de quo nunc  
agimus, spectant, sic proprium definiunt, C  
Propriū est, quod prædicatur de pluribus  
in quæstione Quale est, accidentaliter, ac  
necessariò, vt aptum esse ad sentiendum,  
ad capessendas disciplinas, & huiusmo-  
di. Si quis enim abste querat, qualis nam  
sit homo secundum id, quod ipsi cōuenit  
accidentaliter, ac necessariò, apte respon-  
debis, esse aptum ad sentiēdum, ad capes-  
sendas disciplinas, & alia huiusmodi. Est  
Proprium autem duplex propriū, alterum generale D  
generale. quod reciprocatur cū re, quæ est genus:  
Speciale. alterum speciale, quod reciprocatur cum  
re, quæ est species infima. Vtriusque exé-  
pla modò attulimus. Nam aptum esse ad  
sentiendum reciprocatur cum animali,  
aptū verò esse ad capessendas disciplinas  
re-

reciprocatur cum homine. Lucullus Ciceronianus ait d Dilucide doceri à politioribus Physicis, singularum etiam rerum, id est, individualium, singulas esse proprietates, Quod mihi non placet: nisi nomine proprietatis intelligat differentiam individualitatem, aut totam collectionem communium accidentium, quæ in una re tantum reperiatur.

Academ.

q., primæ

## editionis

lib.2.

*Quo pa-*

*videatur.*

## **Figures singularis**

*ferum fin*

gulas esse

propriet.

*De accidente. Caput. 7.*

**A** Nōmine accidentis interdum intelligimus & quicquid de re accidentaliter prædicatur: quā significatione dubiū non est, quin proprium etiam accidentis vocabulo comprehendatur. Interdum verò id solum intelligimus, quod non tantūm accidentaliter prædicatur, sed etiam contingenter: quo sānē modo accidens à proprio distinguitur. Accidens igitur hac significatione acceptum, definitur *b* esse id, quod adest, & abest sine subjecti corruptione. Item quod cōtingit eidem inesse, & non inesse. Et rursus. Quod non est genus, nec species, nec differentia, nec proprium, inest autem rei. Quartum omnium definitionū idem est sensus. Sed planius

I.Phy.3.

tex. 28. &c.

J. metoph.

30. EX-35

• 18 •

卷之三

**B**ronchitis

For you see  
accident.

ex. i. Top

4.123-110

b.i. Top. 4. **Quid ac-  
cideat.** definitur hoc modo. Accidens est, quod  
prædicatur de pluribus in questione Qua-  
lè est accidentaliter, & contingenter: ve  
album, nigrum, & similia. Siquis enim  
roget qualis nám sit Socrates secundum  
id, quod ei ac cidentaliter, ac contingen-  
ter conuenit, aptè respondebit, qui dixe-  
rit esse album: atq; ita in cæteris. Accidé-  
tium & verò quædam re ipsa separari pos-  
sunt, ut sedere, aut album esse à Socrate:  
quædam re ipsa separari non possunt, ve  
Omnia ac albus esse à cygno, & nigrum esse à cor-  
cidentia se parat. **c Porphy.**  
**ibid.** **cogitatio-  
ne.** Omnia tamen cogitatione se iungo  
possunt, hoc est negari absq; abolitione  
essentiae subiecti, cum de ipso dicantur  
d cap. 2. contingenter: suprad enim definitius  
id prædicti contingenter, quod ita affir-  
matur de subiecto, ut de eodem negari pos-  
sit absque ipsius subiecti eversione. Sed  
Non esse plura vni-  
uersalia. quæret aliquis, qua ratione colligi possit,  
vniuersalia nō esse plura, quam ea quin-  
que hæc. q; quæ à nobis explicata sūt. Cui questi-  
oni hæc ratio reddi potest. Vniuersalia  
aut prædicantur in questione Quid est,  
aut in questione Quale est. Si in questi-  
one Quid est, aut continent in se totam  
naturam communem individuorum,

aut partem: si partem, sunt genera: si totam, sunt species. Si vero predicantur in quæstione Quale est, aut prædicantur essentialiter, aut accidentaliter: si essentia-  
liter, sunt differētiae: si accidētaliter, aut  
prædicatur necessariō aut contingenter:  
si necessariō sunt propria: si cōtingenter,  
sunt accidentia. Hac igitur ratione patet  
non esse plura vniuersalia, quā ea quinq;  
quæ à nobis sūt exposita. His ergo vtcūq;  
explicatis ad prædicamenta ingrediamur.

*Quid sit prædicamentū. Cap. 8.*

**A**PRædicamentum est alicuius generis a Ex Pē-  
summi realis, & eorum, quæ sub ipso ph. de spe  
sunt naturalis dispositio: & ut tota series  
substantiarum, quæ constat ex ipsa sub-  
stantia in commune, & ex omnibus mi-  
nus communibus substantijs ordine quo-  
dam naturali dispositis vsq; ad singulares,  
quæ nullas vltterius sub se continet. Nam  
sub substantia in eōmune proximè collo-  
cari debet substantia corporea, & incorpo-  
rea: sub corporea, corruptibilis, & incor-  
ruptibilis: sub corruptibili, animata & in-  
animata: sub animata, animal, & planta:  
sub animali homo, & brutum animal:

sub

cīe, & Ari-  
stot. pīqd.  
2. & 1. post.  
18.

## 66 INSTIT. DIALEC.

sub hominē, Socrates, Plato, & cæteri hōmīnēs individui: sub quib⁹ non sunt aliæ inferiores substantiæ, quæ ad modum nūc sub alijs individuis, ad quæ diuisione aliarum specierum, quas re lequitur, naturali descensu deuenire necesse est: Ge-

b  
Cap. 5.  
Reale ens

nus summum quid sit iam supra explicatum est. b Reale vero id vocari solet, cuius esse ab operatione intellectus minimè pendet, ut lapis, lignum, & cæteræ omnes res, quæ in mundo existunt. Dixi ergo Generis realis, quia res, quæ per se ponuntur in prædicamentis debent esse reales, ut Phīlosophis placet. c Unde fit ut entia rationis, quia, nisi ab operatione intellectus, nullū esse habent, non ponantur per se in prædicamentis, sed per ea entia realia, quibus beneficio intellectus tribuuntur. Verbi causa, hoc ipsum quod est esse genus summū prædicamenti substantiæ, esse prædicatum, atque subiectum eiusdem prædicamenti, & alia huiusmodi, non ponuntur per se ipsa in prædicamento substantiæ, quia sunt entia rationis, sed propterea modo aliquo ad illud dicuntur pertinere, quod res, quibus tribuuntur, ut substantia in communione, & cetera, quæ diximus, in eo

collo-

**B** collocantur. Ea vero intelligo sub genere. Quae posse summo naturaliter esse disposita; de natura ratiō quorum quolibet ordine quodam genus generis suum, ut de parte subiecta, essentia-  
liter predicatur; ieu (ut Aristotelis ver-  
bis dicitur) ut de subiecto. Et quoniam hæc  
hō sunt aliā, quam species, & individua. <sup>d</sup> Præd. 2. &  
rei illius maxime communis, quæ genus  
summū dicitur sit, ut solum genus sum-  
mū, speciesq; ac individua illius ponan-  
tur per se in prædicamento. Qua propter Differen-  
tiae hō posse  
natur perte  
re in Præ-  
dic. Nec  
aliæ quæc-  
summū non predicatur ut de subiectis, per  
se ponuntur in prædicamento; sed per ea  
tota, quæ constituunt. Propria tamen, &  
accidentia eorum, generum, specierum,  
& individuum quæ per se in prædica-  
mentis ponuntur, poterunt si fuerint eni-  
tia realia, pertinere per se ipsa, ad aliquod  
prædicamentum. Nam esse aptum ad ri-  
dendum, quod est proprium hominis, &  
albū esse, quod est accidentis Socratis;  
sunt quædam species prædicamenti qua-

litatis: item esse in insimo loco, quod est proprium terræ, & calefieri quod est accidens aquæ, sunt species aliorum prædicamentorum, hoc passionis, illud existet in loco: &c, ut in summa dicam omnia, quæ per se ponuntur in cæteris prædicamentis, sunt propria, vel accidentia substantiarum, cum omnia in substantijs ut in subiectis inhærent. e

Notæ.

Fræd. 5.

*Decem esse prædicamenta, ad quæ omnia  
omniuo præter Deum Optimum  
Maximū modo aliquo per-  
tineant. Cap. 9.*

Arist. præ-  
dic. 4. &  
sc̄pteri.

**N**umerantur vero à philosophis<sup>a</sup> de- A  
cem prædicamenta vnum substan-  
tiæ: alterum, quantitatis: tertium qua-  
litatis: quartum, relationis: quintum  
actionis: sextum passionis: septimum  
existentiæ in loco: octauum situs: nonū  
existentiæ in tempore: decimum, indu-  
menti, sive integumenti, quod habendi  
prædicamentum appellatur: ad quæ per-  
tinent res omnes, quæ quo modocunq;  
aut esse, aut fingi possunt, Itaque quædā  
pertinet per se, ut animal, & homo: quæ-  
dam

dam per sua tota, ut differētiæ, materia. Quod pās  
& forma: quædam per suas partes, ut ho<sup>mo</sup> ad p̄dī  
mo albus, per hominem, & albedinem, carentia  
& quoddammodo chimæra per partes  
carum rerum; sex quibus composita finge- pertineat  
tur: quædam per ea, quibus tribuuntur, ñonia præ-  
ut esse genus, esse speciem, prædicatum,  
subiectum, & cætera entia rationis, per  
ea, quæ dicuntur genera, species aut ab  
alio ente rationis cognominantur: alia  
B alijs modis<sup>b</sup>. Omnia igitur ad has rerū  
classes modo aliquo reuocantur, prater trad. cō-  
Deum optimum Maximū, ad quem po- rium nega-  
tius, ut ad infinitum pelagus totius esse, tium per  
hæc ipsa prædicamenta quasi flumina positiū.  
C recurrunt. Et quoniam nomina vice re- de quibus  
rum habetur, dubium non est, quin eadē cap. 17.  
prædicamenta ex nominib<sup>s</sup> etiā ipsarū Ex vobis  
quasi constituta intelligi possint, ex alijs et cōstitui  
quidē per se, ex alijs reductiōne, ut de reb<sup>9</sup> autur quo  
diximus. Atq; hoc modo Dialecticus pre dāmodo  
dicamēta potissimum cōsiderat, vt in his p̄dīcā-  
menta. Quo pās  
et dīales  
dīcūs p̄dī  
menta cōs  
ideret.

in rebus explicare. Quod tamen pingui  
(vt aiunt) Minerua faciendum est, ne  
instituti nostri oblii videamur.

*De substantia Caput. 10.*

**S**Vbstantia, quæ in primo prædicamen A

Ex præd. 2. & 7. Me existens : vt angelus, homo, lapis. Dixi tam. .D. Reale (quod ve. bum deinceps in omni Thosopis 48. d præ dic. cap. 1. ) quia cæterorum entium nullum per se pertinet ad aliquod prædicamentum, vt paulo superius diximus. Addidi Per se existēs,

Per se ex-  
stens.

hoc est non existēs in alio vt in subiecto inhæsionis, quia hoc differt substātia ab accidentibus, quæ pertinēt ad alia prædicamenta, quod accidentia nisi in subiecto inhæsionis sint, naturaliter existere non possunt, ipsa vero substantia naturaliter per se ipsum coharet, ac existit. Substantiarū autem quædam sunt primæ, quædam secundæ. Primi substantiæ sunt ea entia, quæ nec in subiecto sūt, nec de subiecto dicuntur, hoc est, quæ nec coharent in aliquo subiecto inhæsionis, nec de viro, vt de parte subiecta, es- sen-

In alio e-  
xistens.

Primæ su-  
bstantiæ.

b  
Præd. 5.



fentialiter prædicantur: vt Socrates, & Plato. Priori particula excluduntur accidentia, posteriori excluduntur genera & species substantiarū Itaque solas, ac omnes individuas substantias complectitur hæc definitio. Secundæ substantiæ sunt genera & species, sub quibus collocatur prime: vt animal, & homo, sub quibus continentur Socrates, & Plato Ordo species substantiarū ex supradictis & vtcūnq;

Secundæ  
substantiæ.

**B** patet. Iam ad proprietates substantiarū per se pertinentium ad hoc prædicamentum veniamus; quarū quatuor insignia restanduntur. Prima est, Nō esse in subiecto: quæ patet ex definitione substantiæ. Secunda est, Non habere contrarium. Nam cum omnia contraria sint in subiecto inherētis, vt virtus, & vitium, candor, & nigror: nulla autem substantia sit in subiecto, vt dictum est, efficitur ut nihil substantiæ sit contrarium. Tertia est, Non suscipere magis, & minus, hæc est, quod non dicatur magis, aut minus talis. Non enim dicimus Socratē esse magis, aut minus hominem, quam sit ipse in alio tempore, aut quam si aliquis aliis. Id quod in ceteris substantijs cernere est.

c  
Cap. 2.

Prima p.  
prietas.

Secunda.

Tertia.

**Quarta.** Sed he proprietates, seu affectiones, alijs etiam plerique conueniunt. **Quarta**  
**d** igitur proprietas, quam maximè substā  
**Prædic. 5.** tia conuenire affirmit Aristoteles & hæc  
 est, Ut cùm una eademque numero fuerit,  
 possit in se contraria recipere, ut hic  
 lapis calorem, & frigus.

*De quantitate. Caput. II.*

**Quætitas** **quid.** **Q**uantitas est ens per se extensum, A  
 vt superficies tabulæ, & binarius  
 hominū. Tabula enim non per se ipsam,  
 sed per superficiem, quam habet, extensa  
 est. Socrates item, & Plato non per se ip  
 sos, sed per binarium, qui in ipsis cer  
 nitur, extensionem habent numeralem.  
 Ipsa vero superficies, & ipse binarius per  
 se ipsa sunt extensæ. Quantitatem in  
 duas proximas species diuidit Aristote  
 les, a in continuam & discretam. Quan  
 titas continua est, cuius partes comiu  
**Prædic. 6.** ni aliquo termino copulantur, vt partes  
**a** concinna. lineæ puncto: partes superficie, lineâ:  
 partes corporis, superficie: partes tem  
 poris, puncto temporis, seu instanti.  
 Hæ vero traduntur species quantitatis B

CON-

continuae, linea, superficies, corpus, tempus, & insuper locus. Verum Aristoteles, quod ad locum attinet, videtur loqui ex aliorum sententia suo tempore vulgarata, quam ipse alibi non probat. Accipit enim locum pro spacio, quod a quo-uis corpore occupatur, aut occupari potest, quod veteres rem quandam diversam ab omnincorpore esse dicebant, cum tamen nulla sit. Num autem continua motus sicutalia quedam species quantitatis continuae, alio loco discutiemus.

Species  
quantitatis  
continuae.

De loco,  
quo pacted  
loquitur  
aristot.

b  
4. Phy. 4.

De motu  
alibi.

Quantitas  
discreta.

**C** Quantitas discreta est, cuius partes nullo communis termino copulantur, ut quaternarius. Nihil enim reperias, quo duo binarij, ex quibus ille constat, copulentur, & quasi compingantur. Huius quantitatis duæ feruntur species, numerus, & oratio: quas alibi, num vere sint species quantitatis ad hoc prædicamentum pertinētis, examinabimus. Quantitatis porro traduntur affectiones, Prima est,

Species  
quantitatis  
discretae.

Prima af-  
ficioquæ  
titatis.

**D** Nil habere cōtrarium, Contraria namque maxime distat sub eodem genere: nullæ autem duæ quantitates reperi possunt, quæ sub genere quantitatis maximè distent. Secunda est, Non suscipere magis,

Secunda.  
G. iiiij &

& minus. Neq; enim dixeris magis, aut minus bicubitum, aut tricubitum aliquid esse quod in plerisq; alijs quantitatibus

**Tertia** aperte cernes. Tertiae est secundum qualiter etiam res dici aequales, & inaequales.

**H. t. x. 29.** Nam aequalia sunt, quorum qualitas est una: inaequalia, quo. unde diuersa. Atque haec affectio dicitur maxime propria qualitatis, quia soli quantitatibus, omni ac perpetuo conuenit.

### *De qualitate. Caput. 12.*

**Q**ualitas est, qua dicuntur res qualles: a nepe in peculiari, ac propria questione qualitatis accidentalis, ut iustitia, Scientia, Candor, &cetera huiusmodi. Nam si quis te roget qualis nam sit Socrates secundum accidentes, quod proprietas qualitas dicatur, aptissime respondebis, esse iustum, Scientem, Candidum, aut aliud huiusmodi. Qualitatis quatuor sunt proxime species: ad quarum primam pertinent habitus, & dispositio. Habitus est firma quædam, & constans qualitas, qua rei natura bene, aut male afficitur, ut virtus, & vitium. Dispositio est qualitas bene, aut male afficiens subiectum, quæ

Habitus,

Dispositio.

fa-

facile abiisci potest, ut sanitas, & ægritudo  
Ad secundam speciem pertinent natura-

Naturalis  
potentia.

lis potentia, & impotentia, Naturalis po-  
tentia, i.e. naturalis vis, est qualitas que-  
dā, qua facile quæq; res agit, aut resistit,  
ut vis naturalis ad currendum, & ad per-  
ferendos labores. Naturalis impotentia,  
seu imbecillitas est qualitas, qua ægrē  
quæq; res agit, aut resistit, ut infirma va-  
letudo Socratis, & mollitudo butyri. Ad  
tertiam speciem pertinent, patibilis qua-  
litas, & passio. Patibilis qualitas, est diu  
permanēs qualitas, quæ aut sensum mo-  
uet, aut ex motu aliquo nascitur ut color  
diuturnus in corpore, & amentia in ani-  
mo. Passio est fluxa quædā, & breui trā.  
siēs qualitas, quæ aut mouet sensum, aut  
ex motu oritur, ut rubor ex verecūdia, cō-  
tractus pallor ex metu, ira, gaudium, &  
alii huiusmodi. Ad quartam speciem per-

Naturalis  
impoten-  
tia.

Patibilis  
qualitas.

Passio.

C continent formā, & figurā. Forma, ut hic ac-  
cipitur est qualitas quæ resultat ex termi-  
natione quantitatīs in re aliqua naturali  
spectat: ut ea forma hominis, aut leo-  
nis, quæ ex lineamentis corporis nascitur.  
Figura est qualitas quæ resultat extērii  
natione quantitatīs simpliciter, ac in se

Forma.

Figura.

G v spe-

spectatæ, ut figura trianguli, quadrati, & cæteræ aliæ, quæ à Mathematicis tractantur. Qualitatis tres sunt affectiones. Præfatio qua prima est, Habere contrarium. Nam virtuti contrarium est vitium, & alijs plerisque qualitatibus alia reperiuntur contraria. Secunda est. Suscipere magis, & minus ut esse magis, aut minus iustum, magis, aut minus album. Tertia quæ maxime propria qualitatis affectio dicitur, hæc est, Ut secundum eam res dicantur similes, ac dissimiles. Similia enim sunt ea, quorum qualitas est una: dissimilia, quorum diuersa.

b

y. Meta

35. lex. 20.

*De relatione. Caput. 13.*

<sup>a</sup> Ex præp. <sup>A</sup> Relatio est, qua aliquid hoc ipso quod est, ad aliud se habet: *a* ut æqualitas, dominatus, seruitus. Nam a quale, quatenus a quale est, æqualitate refertur ad aliud sibi a quale, & dominus, quæ dominus est, dominatu refertur ad seruum, qui vicissim, quæ seruus est ad dominum refertur seruitute. Relata verò sunt quæcūq;, hoc ipso quod sunt, ad aliud se habet: *b* ut æquale dominus, seruus. Relatorum autem quædam sunt æqualis comparationis siue eius-

b

Ibidem.

Relata æ  
qualis cō-  
paratio-  
nis.

eiusdem appellationis (recentiores vocat  
æquiparatiæ) ut æquale, simile, inæquale,  
dissimile. Nam æquale ad æquale refertur,  
simile, ad simile inæquale, ad inæquale, &  
dissimile, ad dissimile. Itaq; ea, ad quæ hu-  
i usmodi relata referuntur, sunt eiusdem  
appellationis, ac naturæ cum illis. Quæ-  
dam vero sunt inæqualis comparationis,  
seu diuersæ appellationis ( illi appellant  
disquiparantiæ) quorū duo sunt genera.  
Alia enim dicuntur maioris comparatio-  
nis, quæ vocant superpositionis, vt pater  
dominus, præceptor, &cætera omnia, quæ  
sunt digniora ijs, ad quæ referuntur: alia  
ex altera parte hisce respondent quæ mi-  
noris cōparationis dici possunt, vt filius,  
seruus, discipulus, & cætera minus digna  
ijs, cum quibus conferuntur: que vocari

Relata in  
æqualis  
compara-  
tionis.

Maioris  
compara-  
tionis.

Minoris.

**B** solent suppositionis Relatorū tres præci-  
pue tradūtur proprietates. Prima est Om-  
nia relata dici ad ea, quæ conuertentur,  
hoc est, ad ea quæ vicissim ad ipsa dicun-  
tur, vt pater ad filium, qui vicissim ad pa-  
ter dicitur. Ut enim Pater dicitur filij pa-  
ter, sic vicissim filius dicitur patris filius.  
Secunda est, Omne relatum esse simul na-  
tura, cum eo, ad quod refertur. Ea verò  
dicuntur

Prima  
propri-  
etas.

Seconda.

**Præd. 12.** dicuntur esse simul naturā quorū alterū secum ponit, ac tollit alterum, cūt domi-  
nus seruum, & seruus dominū. Si enim  
dominus nullus sit, nullus erit seruus, &  
vice versa, si nec seruus, nec dominus. Ter-  
tia proprietas est, Omne relatum eius es-  
se naturae, ut si illud noveris, etiam id, ad  
quod refertur, cognoscas, & vicissim si hoc  
ut etiam illud. Si quis enim nouerit Sophro-  
niscum esse patrem Socratis, necesse est  
etiam cognoscat Socratem esse filium So-  
phronisci, & vicissim si nouerit Socratē

**Relata se-  
cundū est:** esse filium Sophronisci, etiam Sophro-  
niscum esse patrem Socratis necessariō in-

**Relata se-  
cundū dīci.** telliget. Ceterū hæc, quæ diximus, pro-  
priè sunt relata, & vocantur secundūm es-  
se. Alia sunt, quæ relatione aliqua expli-  
cantur ipsa tamen ad hoc prædicamen-  
tum non pertinent. Atque hæc à Diale-  
ticis relata quidem appellantur, verūm  
non simpliciter, ac propriè, sed cum ad-  
iectione, relata secundūm dīci, quasi dicas,  
quo ad naturae explicationem duntaxat,  
non quo ad ipsam naturam: qualia sunt,  
habitus, scientia, & alia hoiusmodi. Hæc  
tamen alio loco plenius dicemus.

De

**A**ctio est agentis quatenus agēs est,  
actus, seu perfectio. **P**assio verò est  
actus, perfectiōne patientis, ut patientis, a  
Suntque actio, & passio, vna, eademque 3. Phy. 3.  
res, que cāmen, ut est perfectio agentis,  
dicitur actio, ut vero patientis, dicitur  
passio. Verbi gratia: caloris motus, quo  
ab igne afficitur aqua, quatenus est id,  
quo ignis est agēs, actio est, & actio dici-  
tur: quatenus vero id, quo aqua est pa-  
tiens, passio est, & passio nominatur.

Actiones autem, & passiones partim sunt **D**uplex  
à corpore ut calefacere, & calefieri: par-  
tim ab animo, aut ab alia superiori cau-  
sa, ut nutriti, augeri, cupiditatis, aut iræ

**B**motu agitari, & huiusmodi alia Actioni  
& passioni due affectiones tribuuntur. b Præd. 9.  
Prior est, Habere contrarium. Nam cale Prior affe-  
facere, & frigescere, calefieri, & frigescie-  
ri, voluptatis motu affici, & doloris, con-  
traria sunt. Posterior est, Suscipere ma- Posterior  
gis, & minus. Nam & id, quod calefacit,  
aut calefit, magis, aut minus calefacere,  
aut calefieri dicitur: id etiam quod do-  
loris, aut voluptatis agitatione mouetur,

110      *INST. DIALECT.*  
magis, aut minus dicitur voluptate,  
aut dolore affici.

*Quid sit ubi, & situm esse*  
*Caput. 15.*

**V**BI, seu esse alieubi, est loco contine-  
ri, aut templo, aut vase. **D**uobus enim  
modis res dicuntur esse in loco uno ut  
communi, quo pacto Socrates dicitur es-  
se in templo: altero ut proprio, quo pacto  
aqua dicitur esse in vase. **H**uius generis  
species dicuntur suprà, infra, antè, retro,  
ad dextram, & ad sinistram. **S**itum esse  
est, habere partes corporis certo quodam-  
modo affectas ad partes loci, ut stare, se-  
dere, cubare: quæquidem appellantur po-  
sitiones: partim q; sunt naturales, ut quæ  
dictæ sunt: partim non naturales, ut si-  
quis conuersis ad cœlum vestigijs mani-  
bus nitatur.

*Quid sit quando, & habere. Cap. 15.*

**Q**uando seu esse in tempore est tem-  
pore contineri, ut fuisse anno supe-  
riori, esse in presenti, fore in futuro, esse  
in mense, in die, in hora, & huiusmodi  
**H**abere. **t**emporibus. **H**abere (ut nunc utimur **B**)  
hoc

hoc verbo ) est indumento aliquo, aut ornamento indutum, aut ornatum esse ut togatum esse, lorica indutum, mytra redimicium, & anulatum. In his igitur decem classibus infinita rerum, & nomi nū multitudine ita distincte, distributaeq; continetur, ut facile sit cernere, quæ ad quam categoriam pertineant, & in qua cunq; categoria, quæ quibus communiora sint, aut minus communia.

Cōclusio:

*De oppositis. Cap. 17.*

**S**E D quoniam in hac categoriarum tractatione s̄epe contrariorum minimus, restat ut contrariorum naturā ut cunq; explicemus, et amplioris doctrinæ causa reliqua oppositorum genera persequamur. Ea igitur quæ opponuntur, uno e quatuor modis dicuntur opposita, ut pote aut relatiue, aut contrariæ, aut priuatiue, aut contradictoriæ. Relatiue opposita sunt, quæ quicquid sunt oppositorum esse, aut aliquo alio modo ad illa dicuntur: ut pater, & filius, & duo similia. Nam pater dicitur filij pater: & filius patris filius: hoc vero similē, dicitur illi simili simile,

Præd. 18.

Præd. 19.

Relatiua  
opposita.

&amp;

**Cōtraria.** & illud huic. Contrariē opposita sunt  
 ipsa contraria. Contraria verò dicuntur **B**  
 ea, quæ sibi eodem genere maximē di-  
 stant, & eidem subiecto vicissim insunt;  
 nisi eorum alterum insit à natura: ut  
**b** **Pre. 6.** scientia, & error, virtus, & vitium: calor,  
 & frigus: candor, & atror. Nam sibi habi-  
 tu, quod est genus quoddam qualitatis,  
 maximē distant cum scientia, & error,  
 cum etiam virtus, & vitium: sub patibili  
 autem qualitate cum calor, & frigus, cum  
 candor & atror. Hæc item ut patet, in eo-  
 dē subiecto in hæfsonis vicissim insunt,  
 cum mutuō ab eodem se expellant. Ad-  
 ditum est, Nisi eorum alterum à natura  
 insit, quia in locu eius, cui à natura de-  
 terminatum, & quasi præscriptum est, ut  
 insit, non potest alterum succedere: qua-  
 ratione nec ignis frigere potest, nec cy-  
 gnius esse niger, nec coruus albus, nec sa-  
 xum molle, quippe cum hæc omnia al-  
 terū ex contrarijs naturæ præscripto sibi  
 vendicent. Iam verò cōtrariorū, quæ  
 dam immedia sunt, quedam mediata. **C**  
**Cōtraria;** Immediata dicuntur, quorum alterum  
 immedia sunt, quorum alterum  
 necesse est inesse proprio subiecto, ut sa-  
 nitas, & morbus cōparatione animalis

Mediata vero, quorum heuitrum necesse  
sit inesse proprio subiecto, nisi alterum  
naturam insit. Ut albus color, ac niger co-  
paratione corporis misti & virtus, ac vi-  
tium comparatione hominis. Dantur e-  
bum media inter huiusmodi contraria,  
quibus affecta esse possunt propria con-  
trariorum subiecta remoto utique co-  
trario. Quae quidem media partim no-  
minata sunt, ut flavius color, & fuscus  
inter candorem, & nigorem: partim  
hominem carent, ut quod inter virtutem, &  
vitiositatem interiectum est, quo affectos  
dicimus homines naturam amentes. Sed  
quae media nomine caret, negatione ex-  
tremorum nominari possunt: ut si dicas  
id quod nec probitas, nec vitiositas est,  
medium esse inter virtutem, & vitium.

**D** Priuatiū opposita sunt habitus, seu for-  
ma, & priuatio forme. Nominē habitus,  
sive forma intellige quicquid modo ali-  
quo rei adhæret, ut aspectus oculis, audi-  
tus auribus, locutio lingue lumen aeri,  
**E** pilicapiti, vestis corpori. Priuatio vero  
presse, ac propriè sumpta est negatio e-  
iusmodi formæ in subiecto naturam apto,  
& in tempore à natura constituto ut for-

Media  
minata.  
Media Ho-  
minata  
812.

Priuatiū  
opposita.  
Habitus

exposita  
opposita.

Priuatiū

ma insit: cuiusmodi sunt cæcitas, surditas, mutum esse, tenebrosum, caluū, nudum. Dixi in subiecto natura apto, quia negatio formæ in subiecto suapte naturæ minimè apto, non est propriæ prænatio. Vnde nō dicimus lapides cæcos, surdos, aut mutos, quia naturâ non sunt apti ut videant, audiant, aut loquuntur. Ad-didi. Et in tempore à natura constituto ut forma insit, quia subiectum ante id tēpus, quo à natura constitutum est, ut ha-

beat formâ, non propriæ dicitur illa pri-  
plin. de uatum. Vnde fit ut cœtulus ante septimū  
mat. hist. diem, quod minimum à natura constitu-  
li. 8. cap. tū est ut oculos aperiatur, & non sit appellâ-  
40. dus cæcus: nec puer ante septimū annū  
si mente non vtatur, demens dicendus  
est, quia tū primum ferè præscriptū est  
à natura vt mente, ac ratione vtatur. Pri-

Duplex priuatio. tuit fieri naturaliter, ad habitum regres-  
sus, ut cæcitas, caluitiū: altera à qua na-  
turaliter sit regressus, ut tenabré, nudi-  
tas, & alia huiusmodi. Quæ omnia pau-

Contradi- lulum animaduertenti perspicua sunt.  
ctoriæ op Contradictoriæ opposita dicuntur, inter-  
posita, quæ comparatione cuiusque nullum da-

tur medium, id est, quorum alterum de quo quis siue ente, siue non ente dicatur necessarie est. Exempla sunt homo, non homo; lapis, non lapis; album, non album. Nam et equus chimera, & quicquid aliud modo aliquo esse, aut hinc potest, est homo, aut non homo; lapis, aut non lapis; album, aut non album: & ita in ceteris; id quod in superioribus oppositorum in generibus nequaquam accidit. Equus enim, ut uno exemplo rem intelligas, nec est dominus, nec seruus, nec ite virtute praeditus, aut viciositate, nec rursus loqui potens, aut mutus.

Hæc de coactione, ac dispositione nominum, & verborum in deceim categorias. Esset autem proxime agendum de usu nominum, quem iuniores suppositione terminorum appellant, nili commodius videretur hanc, & quasdam alias nominum affectiones ad eam partem differre, in qua de eludēdis sophistarum captiōnibus differendum est. <sup>d</sup> Quia propter institutum ab initio ordinem tenentes ac cap. 19, iam de oratione dicamus.

INSTIT. DIALEC.  
INSTITUTIONVM  
DIALECTICARVM

LIBER III.

Quid sit oratio. Capit. I.

2. peri. 4.



RATIO est vox A  
ex instituto signifi-  
cans, cuius aliqua  
pars significat sepa-  
rationem: ut Socrates  
est Philosophus, So-  
crates sapiens, Om-  
nis homo, Liber Ari-

stotelis & cæteræ huiusmodi voces aliquo  
nexu grāmatico copulatæ. Nam multæ  
dictiones nulla constructione grāmatica  
coniunctæ, ut Cœlum, Terra, Lapis, Li-  
guæ, ut nullo modo sunt una vox, sic nul-  
lo modo sunt oratio. Posteriori defini-  
tionis parte rei ciuntur nomen & verbū,  
& aliæ simplices voces significantes ex in-  
stituto, quia nulla pars eiusmodi vocum  
significat separata in ipsa totius vocis  
structura: at in compositione orationis  
semper aliqua pars significat, Quod nō  
sic

sic intelligas, quasi vna sola oratiois pars  
 debeat separatim significare, aut qd vna  
 saltē. omnes enim dictiones, quæ assumū  
 tur ad orationē construendā, significātes  
 esse debent, si verum est quod Dialetici  
 afferunt, Significationē totius orationis  
 consistari ex significationibus partiis, hoc  
 est, dictionum, ex quibus oratio cōstitui-  
 tur. Sed iecirco id Aristotelē dixisse in-  
 tellige, vt orationem a nomine & verbo  
 distingueret: ad quod sanè discrimen cō-  
 stituendū satis est, si vna tantū orationis  
 pars per se significare cōcedatur, ad quā-  
 do nulla nominis, aut verbi pars separa-  
 tim significat. Itaq; licebit dicere oratio-  
 nem esse multarū dictionū, ex instituto  
 significantium comprehensionē. Aduer-  
 te tamē duobus modis orationem cōpo-  
 ni posse ex dictionibus per se significanti-  
 bus in ipsa, altera explicitē siue expressē  
 vt si dicas, Nullus homo, Nulla res, In om-  
 ni loco, In omni tempore: altero impli-  
 citē, seu, virtute, vt si dicas, Nemo, Nihil,  
 Vbiq;, Semper. Nam & si hæ posteriores  
 voces expressē nō cōstant eisdē partibus  
 quibus superiores, tamen quia idem om-  
 nino, atq; ille significant totidēq;, quod

118 INSTI. DIALECT.

ille conceptus in animo imprimunt; vir-  
tute eisdem partibus constare dicuntur.

Quanquam igitur voce non sint orationes,  
significatione tamen orationes sensibiles  
sunt, ac proinde simpliciter orationes,  
nisi cum earum aliqua imprimat in ani-

**b** Lib. o. 1. mo simplicem conceptum, quod supra  
cap. 30. diximus non unquam accidere in verbo  
Nihil. Causa huius rei est, quia apud dia-  
lecticos significatio potius, quam vocis,  
ratio habenda est. Hinc enim sit, ut ora-  
tionis significatio, que multos habet ieiuss, qualis est  
illa, Aio te! Eacida Romanos vincere pos-  
se, simpliciter non sit oratio, sed orationes,  
non haben-  
tur. quemadmodum non men quod multa signi-  
ficiat, ut Gallus, non est simpliciter nomine,  
sed nomina, ut supra diximus. Itaque om-  
nibus sen-  
tientiis non est  
simpliciter  
oratio  
sed ora-  
tiones.

Oratio  
multos ha-  
bit etiam in oratione, & partibus eius, signi-  
ficationem magis, quam vocem, esse spe-  
candum.

*De perfectis, & imperfectis ora-  
tionibus. Cap. 2.*

**O**RATIONUM DIVERSA QUÆDAM PERFECTÆ A-  
sunt, quædam imperfectæ. Perfecta  
oratio est, quæ integrum sententiam de-  
clarat; ut Deus est summum bonum. Im-  
perfecta

perfecta, quæ nō declarat integrum sententiam. Ac imperfecta quidem duplex ēta. videtur esse. Quædam enim imperfectā, & quasi mutilam sententiam significat, ut dicitur vos non vobis Deum timere. Si tamen muerimus Deū, & aliæ huiusmodi, quibus auditis aliquid ultra expectamus. Quædam verò nullam sententiam significat, etiam imperfectā, & trunca tam: ut Animal rationale, Quantitas continua, Liber Aristotelis, Tractatio de oratione, & aliæ huius generis, quas cùm aliquis profert, non videtur eo sermonis genere significare se viceris velle progredi. Significant enim huiusmodi orationes more nominum, & verborum, quæ, ut ait Aristotèles, eam intelligētiam impri mūt in animo, et quia audit quiescat. Prior res constat verbis, aut coniunctionibus, alijsnōe particulis, quarum vis non finitur in ea tantum oratione, quæ profertur: posteriores ferè nomine substantiō, & adiectiō, aut casu recto, & obliquo. Quia enim adiectiū in suo substantiō finitur ac terminatur, & sēpe vis obliqui in suo recto non suspendunt huiusmodi orationes animum.

## INST. DIALECT.

audientis, quemadmodum nec nomen  
per se aut verbū, ut Aristoteles de verbis, **B**  
a: nominibus ait. Perfectarū autem aliæ  
optatiuæ. ut, O mihi præteritos re-  
terat si Iupiter annos. Aliæ interrogati-  
uæ, ve Sed vos qui tandem? quibus aut  
venistis ab oris? quoꝝ tenetis iter? Aliæ  
de precatiuæ ut Parcite Dardanidæ de-  
tot, præcor, hostib; vni. Aliæ imperati-  
uæ, ut Disce puer virtutem ex me, verūq;  
laborem, fortunam ex alijs. Aliæ enunci-  
atiuæ, ut, Vulgas amicitias utilitate pra-  
bhat. At vero ex perfectis orationibus de  
solis enunciatiuis (quæ cum enunciatio-  
nes, tuis effata, cum pronunciata, sèpè  
etiam propositiones dicuntur) agit Dia-  
lecticus ceteris omisis, quoniā ad Ora-  
tores & Poetas pertinent. **b** Nam quod  
interrogatiuas non omnino rejicit, c id  
propterea facit, ut à respōdente obtineat  
enunciationes, quibus id, quod vult, illi  
persuadeat.

**b**  
Et docet  
Arist.

**c**  
B. peri. 4.

**d**  
Ut patet.

**e**  
1. Post. 9.

& 1 Top.

8 & 10 Top.

10. 11. 12. 13.

**fīz.** Cōtrarie igitur ex dicto singulari sunt, B quæ constant modo eodem vniuersali, & dictis contradicentibus ut necesse est Socratem sedere, Necesse est Socratem non sedere, Non possibile est Socrate sedere, Non possibile est Socratem non sedere, Non contingens est Socratem sedere, Non contingens est Socratem non sedere, Impossibile est Socratem sedere, Impossibile est Socratem non sedere. Sub contrarie sunt que constant modo eodem particuliari, & dictis contradicentibus, ut Possibile est Socratem sedere, Possibile est Socratem non sedere: Contingens est Socratem sedere, Contingens est Socratem non sedere: Non necesse est Socratem sedere: Non necesse est Socratem non sedere: Non impossibile, & cetera. Contra-

gradicentes sunt, quæ cōstant eodem dī. Contradicto, & modis cōtradicētib⁹ ut Necesse cōn̄tes, eit Socratem sedere. Non necesse eit Socratem sedere: Possibile eit Socratem nō subalter-  
fedece. Non possibile eit Socratem non subalter-  
sedere: & sic in cæteris. Subalternæ sunt,  
quæ cōstant & modis, & dictis contra-  
dicētib⁹: ut Necesse eit Socratem else  
hominem, Non necesse eit Socratem nō  
esse hominem: Non possibile eit Socrate  
sedere, Possibile eit Socrate non sedere:  
Non contingens eit Socratem sedere, Co-  
tingens eit Socrate non sedere: Impossi-  
ble eit Socratem esse hominem, Non im-  
possible eit Socratem non esse hominē.

### Descriptio oppositarum dicti singularis.

#### Ex necessario.

|                     |                                |
|---------------------|--------------------------------|
| Subalternans        | Subalternans,                  |
| Necesse eit Socrate | Contraria. Necesse eit Socrate |
| tem sedere.         | tem non sedere.                |

Subalternæ.

Contra  
dicentes.

Contra  
dicentes.

Subalternæ.

K v

Non

Non necesse est so- Subcontrarie. Non necesse est so-  
cratē non sedere. cratē non sedere.

Subalternata.

Subalternata.

## Ex possibili.

Subalternans.

Subalternans.

Non possibile est So- Contrarie. Non possibile est So-  
cratē non sedere. cratē non sedere.

## Sub alterne.

Contra

dicentes.

Contra

dicentes.

## Subalternaz.

Possibile est Soeratē Sub contrarie. Possibile & So-  
non sedere. cratē non sedere.

Subalternata

Subalternata.

## Ex contingenti.

Subalternans.

Subalternans.

Non contingēt est So. Contrarie. Non contingens est So-  
sedere. cratē non sedere.

## Subalternaz.

Contra

dicentes.

Contra

dicentes.

## Subalternaz.

Com-

Contingēs est socratē subcontrarie. Contingēs est socratē non sedere. Subalternata.

Ex impossibili.  
Subalternans. Subalternans  
Impossibile est socratē non sedere. Contraria. Impossibile est socratē non sedere.

|             |               |                           |
|-------------|---------------|---------------------------|
| Subalternæ. | <i>Contra</i> | Subalternans<br>dicentes. |
| Subalternæ. | <i>Contra</i> | Subalternans<br>dicentes. |

Non impossibile est Soc. Subcōtr. Non impossibile est Soc. non sedere. sedere.

Subalternata. Subalternata.

Oppositio autē earum, que constare dicitur communi, duobus breuissimis documentis, quae tamen longiorem exercitationem requirunt, explicari potest. Alterū quod ad modos spectat, huiusmodi est. Cōtraria modales ex dicto cōmuni constare debent modo eodem vniuersali: sub cōtraria eodem particulari: cōtradicētes & subalternæ modis cōtradicētibus, Alterū quod pertinet ad dicta, sic habet, Contraria, subcontraria, & subalternæ,

si ex


156 INSTIT. DIALECT.

si ex necessario fuerint, constare debebunt dictis contradicentibus, aut contrarijs: si vero ex possibili, aut contingenti, aut impossibili, opus est ut constent dictis contradicentibus, aut sub contrarijs contradicentes denique idem omnino dictum habeant necesse est.

*Descriptio oppositarum dicti  
communis ex necessario.*

1 Necesse est omnem Contrariæ, Necesse est aliquem hominem esse animal.

2 Necesse est hominem non esse animal.



3 Non necesse est ali Subcontrarie Non necesse est quem hominem esse animal.

4 Non necesse est omnem hominem esse animal.

Item,

5 Necesse est omnem hominem esse animal. 6 Necesse est nullum hominem esse animal.

<sup>3</sup> Non necesse est nullum hominem esse animal. <sup>4</sup> Non necesse est omnem hominem esse animal.

## Ex possibili.

<sup>1</sup> Non possibile est omnem hominem esse animal. <sup>2</sup> Non possibile est aliquem hominem non esse animal.

<sup>3</sup> Possibile est aliquem hominem non esse animal. <sup>4</sup> Possibile est omnem hominem esse animal.

## Item.

<sup>1</sup> Non possibile est aliquem hominem esse animal. <sup>2</sup> Non possibile est aliquem hominem non esse animal.

<sup>3</sup> Possibile est aliquem hominem non esse animal. <sup>4</sup> Possibile est aliquem hominem esse animal.

## Ex contingenti.

<sup>1</sup> Non contingens est omnem hominem esse animal. <sup>2</sup> Non contingens est aliquem hominem non esse animal.

<sup>3</sup> Contingens est aliquem hominem non esse animal. <sup>4</sup> Contingens est omnem hominem esse animal.

## Item.

<sup>1</sup> Non contingens est aliquem hominem esse animal. <sup>2</sup> Non contingens est aliquem hominem non esse animal.

<sup>3</sup> Cōtingēt est aliquē ho <sup>4</sup> Contingēt est aliquē ho  
minē nō esse animal. minē nō esse animal.

## Ex impossibili.

<sup>1</sup> Imposibile est omnē ho <sup>2</sup> Imposib. est aliquē ho  
minē nō esse animal. minē nō esse animal.

<sup>3</sup> Nō impossib. est aliquē <sup>4</sup> Nō impossibile est omnē  
homine nō esse animal. hominem nō esse animal.

## Item.

<sup>1</sup> Imposibile est aliquem <sup>2</sup> Imposib. est aliquē ho  
hominem esse animal. minē nō esse animal.

<sup>3</sup> Non impossibile est ali- <sup>4</sup> Non impossibile est ali-  
quem hominem non esse animal. quem hominem esse animal.

Si quis autem contra prescriptū poste-  
rioris documenti dixerit contrariās, aut  
subcontrariās, aut subalternās, si ex ne-  
cessario sint posse constare dictis sub cō-  
trarijs, si verò sint ex possibili, aut cōtingē-  
tienti, aut impossibili posse constare di-  
ctis contrarijs, contradicētes autem al-  
cuius modi posse constare dictis contra-  
rijs, aut subalternis, facile veterani Dia-  
lecticis quibus hac ne longior sim examē-  
nanda

panda relinquō) invenient contrarias  
simul veras, subcontrarias simul falsas,  
subalternatam veram & subalternatam  
falsam, ac de omnibus contradicentes simul  
veras, & simul falsas: quae omnia pugnant  
cum conditionibus oppositarum enun-  
ciationum. Sumptis enim vei his tantum  
duobus verbis Animal, Homo, hoc om-  
nia facile cernuntur. In contrarijs quidē  
ex necessario hoc modo, Necesse est ali-  
quod animal esse hominē: Necesse est ali-  
quod animal nō esse hominem, quae sunt  
simul veræ. In subcontrarijs autem hoc  
modo, Non necesse est aliquod animal  
esse hominē, Non necesse est aliquod ani-  
mal non esse hominem, quae sunt simul  
falsæ. Denique in subalternis hoc pacto,  
Necesse est aliquod animal esse hominē.  
Nō necesse est aliquod animal non esse  
hominem quartū prior, quae ponitur sub  
alternans est vera, posterior autem, quae  
ponitur subalternata, est falsa. Quod  
idem facile est persequi in ceteris, mo-  
do in exemplis modalium, contradicen-  
tiū, interdum homo fiat subiectum di-  
cti, & animal pradicatum, interdum è cō-  
trario. Quia propter cum de oppositio-  
nibus

nibus modahum eiusdem generis, seu quæ constant in modo eiusdem appellationis satis super quod dictum sit, sequitur ut ad equipollentiam omnium inter se veniamus.

*De equipollentia modalium enunciationum. Caput. ii.*

Premum  
documen-  
tum.

Secundū.

**V**T modales siant equipollentes duo A documenta sunt satis. Alterum ut modi omnium sint eiusdem qualitatis, hoc est, ut omnes sint universales, aut omnes particulares. Alterum, ut dicta enunciationes ex possibili, & impossibili sint eadem inter se, contradicunt autem dictis enunciationum ex necessario. Hac si obseruaueris, nullo negotio inuenies equipollentes cuiusque modalis Exempla perfice in subiectis discriptionibus.

*Equipollentes ex dicto singulari.*

Prima tabella.

Secunda.

|            |                                 |            |                                  |
|------------|---------------------------------|------------|----------------------------------|
| <b>A</b> r | Necessitate est, Soc. esse hom. | <b>V</b> e | Necessitate est So. non esse ho. |
| <b>g</b> u | No posst. est So. non est ho.   | <b>r</b> i | No poss. est Soc. esse ho.       |
| <b>t</b> u | No contingit So. non est ho.    | <b>d</b> i | No contingit est So. esse ho.    |
| <b>I</b> e | Impossib. est So. non esse ho.  | <b>C</b> a | Impossibil. est Soc. esse ho.    |

## Tertia.

**Sunt** Non necesse est So-  
crat. non esse ho.

**a** Possibile est Socr. esse ho.

**et** Contingēs est So-  
cr. esse ho.

**ni** Non impossibile  
est Socr. esse ho.

## Quarta.

**Qui** Non necesse est  
Socr. esse ho.

**re** Possibile est Socr.  
erat. non esse ho.

**fe** Contingēs est So-  
cr. non esse ho.

**runt** Nō impossibile est  
Socr. nō esse ho.

Omnis enūtiatiōes, quas cernis in qua-  
uis eadem tabella, sunt æquipollentes ut  
duobus traditis documentis continetur.

*Æquipollentes ex dicto cōmuni.*

1

**Ar** Necesse est omni-  
ho. esse animal.

**gu** Nō poss. est aliquē  
ho. nō esse animal

**et** Non contingēs est  
ali. ho. nō esse ani.

**le.** Impos. est aliquem  
ho. nō esse animal.

2

**Ve** Necesse est nullum  
ho. esse animal.

**ri** Nō possib. est ali-  
quē ho. esse ani.

**di** Nō contingēs est a-  
liquē ho. esse ani.

**ca** Impossibile est ali-  
quē ho. esse ani.

3

**Sunt** Non necesse est nul-  
lum ho. esse ani.

**a** Possibile est aliquē  
ho. esse animal.

**et** Contingēs est ali-  
quē ho. nō esse ani.

**ni** Non poss. est ali-  
quem nō esse ani.

4

**Qui** Nō necesse est omni-  
nem ho. esse ani.

**re** Possib. est aliquē  
ho. non esse ani.

**fe** Contingēs est ali-  
quē ho. nō esse ani.

**runt** Non poss. est ali-  
quē ho. nō esse ani.

L

Omnis itidem, quæ in unaq; tabella huius descriptionis continentur & quæ poliæ sunt, ut eadē documenta docent.

Quibus ita constitutis, si tenes ea, quæ de oppositione, & (ut ita loquar) de subalternatione modalium eiusdem generis dicta sunt, facile intelleges oppositionē, & subalternationē earum, quæ sunt diuersorum generū. Nam cum ex supradictis pateat, enunciationes ex necessario, quæ primum locum obtinēt in qualibet tabella, ita esse affectas inter se, ut prima, & secunda sint contraria, tertia, & quarta subcontraria, prima vera contradicat quartæ, & secunda tertiam, ac deniq; prima sit subalternans tertiam, & secunda quartam, nunc autem docuerimus omnes, quæ in eādem tabella sunt, esse & quipollentes. necessario efficitur, ut omnes, quæ sunt in prima, sint contraria omnibus, quæ sunt in secunda, & omnes quæ sunt in tertia sint subcontraria omnibus, quæ sunt in quarta, itemq; ut tota prima tabella contradicat toti quartæ, ac tota secunda toti tertiae, deniq; ut tota prima sit subalternans totius tertiae, & tota secunda totius quartæ.

Que

Quo comperto, si quis abste petierit enunciationem aliquam contraria illi prima. Necesse est Socratem esse hominem, facile poteris quatuor contrarias assignare hanc enim rūeius dein generis, Necesse est Socratē non esse hominem, & alias tres reliquorū generū huic equipollentes, ut potest, Nō possibile est Socratē esse hominem, Non contingens est Socratē esse hominem, Impossibile est Socratem esse hominem. Id quod nullo labore facies in reliquis.

**C** Sed fortè aliquis succensebit nobis, qđ Obiectio  
non videamur in hac re Aristotelem se- 2.  
Etari. Ille enim longe alium ordinem in 2. peri. 3.  
descriptione tabellarū tenuit. Nam præ-  
terquam quod in omnibus tabellis des-  
cribēdis extremo loco modales ex neces-  
sario cōstituit, priores etiam duas tabel-  
las ex enūciationib⁹ modorum particu-  
larium coegit, posteriores ex ijs, que cō-  
stant modis vñuersalibus: quod totū nos  
contrā fecimus. Verū si animum aduer-  
tas, non pugnamus hac in re cum Ari-  
stotele, Siquidem Aristoteles ipse in cau- Dilutio:  
sa fuit, vt ordinem enunciationum, &  
tabellarū cōmutauerimus. Nam cum  
ille ~~equipollentium~~ quadrata eo ordi-  
ne ij

ne, quem nos obijciendo cōmemorauimus descripsisset, tandem ad finem tractationis sic ea , ut à nobis digesta sunt, corrigēda esse admonuit. Nec immēritò, quippè cùm hic ordo, quem seruauimus & naturis rerum cōgruat, & descriptioni absolutarum enunciationū optime respondeat, ut vel pabulum attendenti, & hanc descriptionē cū descriptione absolutatum conferēti perspicuum erit.

Et quidem ut modalium descriptio ab Aristotele tradita, memoriæ mādaretur, excogitauerunt recentiores has quatuor voces Amabimus, Edentuli, Iliace, Purpurea, quæ tabellis nondum ab illo emē datis dictionum numero, ac ipso descriptionis ordine responderent, ita nimirū ut prima dictio significaret primā tabelam, secūda secundā , & reliquæ reliquas cōdem ordine, itemq; ut primā vocalis cuiusque dictionis significaret modalem ex possibili, secunda modalem ex cōtin-gēti: tertia, ex impossibili: quarta ex necessario: deniq; ut vocalis A, significaret enunciationem affirmatiuam modi, & dicti: E, affirmatiuam modi , & negatiuā dicti: I, negatiuam modi, & affirmatiuā dicti

dicti: V, negatiuam utriusque: quam vocalium significationē hoc versu comprehendērunt.

E, dictum negat I, q; modum, nihil A, sed V, totū.

Vt in hac descriptione patet,

## Tabella

|                  |                                                          |             |                                                              |
|------------------|----------------------------------------------------------|-------------|--------------------------------------------------------------|
| <b>A</b>         | Possibile est aliquē hominem esse animal.                | <b>E</b>    | Possibile est aliquē hominem non esse animal.                |
| <b>C</b> ōtingēs | Contingēs est aliquē hominem esse animal.                | <b>D</b> en | Contingēs est aliquē hominem non esse animal.                |
| <b>N</b> on i    | Non impossibile est aliquem hominem esse animal.         | <b>T</b> u  | Non impossibile est aliquem hominē non esse animal.          |
| <b>M</b> us      | Non necesse est nullum hominē esse animal.               | <b>J</b> i  | Non necesse est aliquem hominē esse animal.                  |
| <b>I</b>         | <sup>3</sup> Nō possibile est aliquē hominē esse animal. | <b>P</b> ur | <sup>4</sup> Nō possibile est aliquas hominē nō esse animal. |
| <b>J</b> i       | Non contingens est aliquem hominem esse animal.          | <b>P</b> u  | Non contingens est aliquem hominē non esse animal.           |
| <b>I</b>         | Impossibile est aliquem hominē esse animal.              | <b>R</b> e  | Impossibile est aliquem hominē nō esse animal.               |
| <b>C</b> c       | Necesse est nullū homī esse animal.                      | <b>a</b>    | Necesse est omnē hominē esse animal.                         |

Verum noscū eam potius descriptionem, quam Aristoteles ut correctiorem magis approbavit, multis de causis amplectēdā esse arbitremur, alias dictiones

necessitatem afferamus, quæ nostræ descrip-  
tioni congruant, ne cōmoditas, quæ ex  
huiusmodi vocum usu percipitur, Dia-  
lecticis adimatur. Accipe igitur has, Ar-  
gutule, Veridica, Sunt atauri, Qui referunt,  
quæ facile usū terentur, ac mollientur.  
Priores igitur duæ designant tabellas cō-  
trarias, duæ posteriores subcontrarias,  
quæ quidem eodem ordine sub tabellis  
contrariarum describendæ sunt, ut descri-  
ptio omni ex parte respōdeat de scriptio-  
ni absolutarum. In unaquaque autem ta-  
bellâ prima, vocalis designat modalē ex  
necessario, secunda, modalē ex possibili,  
tertia ex contingēti, quarta, ex impossibi-  
li, seruata interū veteri significatione  
earundem vocalium, quoad affirmatio-  
nē, & negationem, ut ex superius positis  
descriptionibus intelliges. Hęc si teneas,  
facile admoneberis in unaquaq; tabella  
utriusq; qualitatis & equipollentiū, & mo-  
di scilicet, & dicti. Nam quod ad quanti-  
tatem attinet, ad duo documenta initio  
capitis proposita recurrentum est.

De conversione modalium enun-  
ciationum. Caput, 13.

Iam

**A** Nam verò conuersio modalium, que ab Aristotele tractatur (hæc enim una restat affectio, earū, quas proposuimus) non est, cōmutatio extremorum principaliū enūciationis, ut scilicet modus, Cōversio qui prædicatur de dicto, fiat subiectum, & dictū prædicatum: sed est cōmutatio eorum extremerū, quæ in dicto continētur, seruata qualitate dicti, & veritate totius modalis: ut si dicas, Necesse est Socratem esse hominem, igitur, necesse est hominem esse Socratem.

Etenim in hac modalium formula, de qua nunc agimus (hoc est, in qua modalis per verba infinitiva efferuntur) nunquam modus potest esse subiectū, etiam si in principio oratiōis ponatur, ut hæc factum est. Semper enim verbalis copula intelligitur ex parte modi, quacūq; ratione partes orationis cōmutētur. Quo sit ut si qua cōmutatio principaliū extremerum modalis enūciationis (hoc eit, modi, & dicti) fieri potest, ea nulla sit alia quam secundum orationis sicutum, quæ tam vnicuiq; est in prōptu, ita nulla indiget arte. Quod si quis dicat modales enūciationes subea formula spectandas

L. iiii esse

esse in conuersione, quæ dicta illarum voce aliqua demonstrantur, ut si dicas, Hæc enunciatio, Socrates est homo, est necessaria, occurrentum erit, illud modaliū genus sūb genere absolutarum vere comprehendendi, ut supradictum est, b propositaq; enunciationem hoc pacto esse cōcurrendam, Hæc enunciatio, Socrates est homo, est necessaria, igitur aliquot necessarium est hæc enūciatio Socrates est homo, quo pacto supradiximus singula res absolutas, quæ aliquid affirmant, esse conuertēdas. Ita patet conuersionē modalium de quibus hic agimus, nō esse cōmutationem principalium extremonū enunciationis, sed eorum quæ in dicto continentur.

Cōuerſio  
modaliū  
ex necessa  
rio.

Quo igitur pacto modales conuertantur, duobus docimētiſ tradi potest. Vnū est, Modales ex necessario & possibili affirmatis, quod attinet ad cōuersionē simplicem, & per accidēs (eām enim quæ fit per contrapositionem, ut parum utilem omittimus) eodem modo cōuerti, quo enunciations absolutæ reciprocantur. c Nam vniuersalis negatiua, & particula-  
ris affirmatiua cōuertuntur simpliciter,

vt

e. prio. 3

ut Necesse est nullum hominem esse lapidem, ergo, Necesse est nullum lapidem esse hominem: Necesse est aliquid animal esse album, ergo, necesse est aliquid albū esse animal. Ambae autem vniuersales cōuertuntur per accidens, ut si dicas, Necesse est omnem hominem esse animal, ergo, necesse est aliquid animal esse hominem. Necesse est nullum hominem esse lapidem, ergo, necesse est aliquem lapidem non esse hominem. Particularis deinde negativa neutro modo conuertitur, quia datur conuersa vera, & cōuertens falsa, ut si dicas, Necesse est aliquid animal non esse hominem, ergo, necesse est aliquem hominem non esse animal.

C Idem perspicies si loco modi Necesse, posueris Possibile. Nec verò opus est trade re conuersiones modalium, ex necessario & possibili negatis, & ex impossibili sive affirmato, sive negato, quia cum in omnibus tabellis æquipollentium, quarum descriptiones paulò antetradidimus, reperiatur aliqua enūciatio ex necessario, aut possibili affirmato, qui harum reciprocationem tenuerit, nullo negotio intelliget in quas reliquæ conuertantur.

Cur alia  
rum mo  
dalium cō  
uersiones  
nō tradam  
tur.

Atq;

**Cōversio** Atque id, quod dictum est de modali-  
bus ex possibili, intelligendum est de mo-  
dalibus ex contingenti improprie sūpto,  
genti pro quod idem est atque possibile. Alterum  
priè sum- documentum est, evanescences ex con-  
pto. tingenti propriè sūmpto quas superius

In fin. ca. reliquimus d, cum affirmatiæ quidem  
sunt, eodem modo conuersti, quo absolu-  
te, conuertentur: ut si dicas, Contingens

e Primo est omnem hominem, vel aliquem homi-  
prior. 3. nem vigilare, ergo contingens est aliquod  
vigilans esse hominem: cum verò sunt ne-

f Aristo. gatiæ, non item. Nam particularis con-  
vertitur simpliciter, vniuersalis autem  
ibi. minimè, Hec enim conuersio bona est,

Contingens est aliquem hominem non  
esse album, ergo contingens est aliquod  
album non esse hominem (nunquam

enim in hæ formula datur conuersa vera,  
g & conuertens falsa) hæc autem vitiosa,

z.prio. 36. Contingens est nullum hominem esse al-  
bum, ergo contingens est nullum albu-  
m esse hominem: conuersa siquidem vera est,

quia quilibet homo potest esse albus, &  
non esse albus, conuertens autem est fal-  
sa, quia non quodlibet album potest esse,

& non esse homo, quippe cum necesse sit  
ali-

aliquid album, ut nivem, aut cygnum,  
non esse hominem.

Est & alia conuersionis ratio huic ge-  
neri contingentium enunciationum pro  
pria (hoc est, omnibus ac solis cōuenientiēs)  
quam vocant In oppositam qualitatem.  
Ea vero est cū ex affirmatiuis sunt nega-  
tiuae, & ex negatiuis affirmatiuae, nec cō  
mutatis extremis, nec ullo pacto varia-  
ta quantitate, ut si dicas Contingens est  
omnem hominem vigilare, ergo contingen-  
tis est nullum hominem vigilare, & vi-  
cissim. Contingens est nullū hominē vigi-  
lare ergo contingēs est omnē hominē vi-  
gilare; item Contingens est aliquem ho-  
minem vigilare, ergo contingēs est ali-  
quē hominē non vigilare, & ē contraria.  
Contingēs est aliquem hominē non vigi-  
lare, ergo contingēs est aliquem hominē  
vigilare. Sed multæ sunt difficultates hac  
in re, quæ postulant tum maiorem audi-  
torum intelligentiam, tum etiam longi-  
orem tractatū, quam introductioni con-  
ueniat. Restat ergo ut, quoniam enun-  
ciationes simplices utcumque explica-  
uimus, de coniunctis deinceps, differa-  
mus.

Quot

*Quot sint genera coniunctarum enunciationum.*

*Caput. 14.*

**Q** Vid sit enunciatio cōiuncta, quam posteriores Dialectici hypotheticā sere vocant, iam suprà à nobis dictū est.  
**Cap. 3.** Quot verò ei sint subiecta genera, quæque sunt singulorum generum affectio-  
**Triplex** nes, nunc docebimus. Coniunctio, quæ forma est enunciationisconiunctæ, tribus modis comparari potest cum simplici-  
**cōiunctio** bus enuntiationibus, quas cōnectit. Aut enim iungit eārum sententias, aut diuidit. Si iungit, aut ordine consequutionis vnius ex altera id facit, ut videlicet poste-  
 rior ex priori efficiatur: aut nō habitra-  
 tione eiusmodi ordinis. Si ordine conse-  
 quutionis iungit sententias, vocatur cō-  
 ditionalis, ut Si sol lucet dies est: si abs-  
 que huiusmodi ordine, dicitur copulati-  
 ua, ut Socrates fuit Philosohus, & fuit vir  
 bonus. Si denique diuidit sententia, dis-  
**Tria ge-** iunctiva nuncupatur, ut Aut dies est aut  
 nera con- nox est. Tria igitur sunt genera coniun-  
 iunctarum enūciationum, b Conditionalis,  
 inuncia- Copulativa, & disiunctiva, quas Cicero c  
 tionum. Con-

**C**onnexum, Coniunctione, & Disiunctio

hem nominat. Ac conditionalis quidem  
iure optimo dicitur hypothetica, si qui-  
dem Hypothesis prater alia conditione  
significat. Disiunctiva quoque non im-  
merito à Boetio in numerum hypothe-  
ticarum refertur. Nam ex præcipuo dis-  
iunctiarum getiere licet inferre, con-  
ditionalem, ut si ex illa, Aut dies est, aut  
nox est, hanc efficias. Si dies est, nox non  
est, aut hanc, Si nox est, dies non est.

**C**æterum, cur copulatiua dicatur hypo-  
thetica, nulla apparet ratio, nisi forte  
quia alteri enūciationi simplici iam po-  
sitæ alteram adiungit ( Hæc enim quasi  
suppositio Hypothesis nomine modo ali-  
quo significari potest) aut certè quia sunt  
copulatiuae, quæ inferantur ex conditio-  
nibus: ut si ex hac cōditionali, Si Soera-  
tes est homo, est animal, colligas hæc co-  
pulatiuam negatiuam, Non & Socrates  
est homo, & non est animal. Qualitas es-

**C**entialis enūciationum, quam affirma-  
tionem, & negatione dicimus, his etiam  
omnibus communiter conuenit, verum  
aliter, quam simplicibus, Simplices enim  
diciuntur affirmatiuae, & negatiuae quia

earum

b

D. Tho.

opu. 48.

de enun-

ciatione.

c. 14.

c

Li. de Fa-

to, & in

Top.

Hypothe-

sis.

d

i. de syl-

logismo-

hypothet.

Num co-

putatiua

recte dicu-

tur hypo-

thet.

Qualitas

cōiuncta-

tum enū-

ciatione.

aut ab eisdem remouentur: at coniunctas dicuntur affirmatiæ, quia cōiunctiones affirmantur, hoc est non negantur, negatiæ quia negantur, siue praedicata simpli cium, quas in se coercent, & continent assertantur, siue negantur. Vnde sit ut hæc ambae sint affirmatiæ: Si sol lucet dies est: Si sol non lucet non est dies: hæc vero ambae negatiæ, non si sol non lucet, nox non est: Non si Sol lucet, nox non est. Id quod in cæteris generibus facile perspicies. Fiunt autem huiusmodi enunciationes negatiæ præfixa initio totius enunciationis negati particula, ut in pro-

**Sunt vero** ximis duobus exemplis cernis. Iam qualitas accidentalis, quæ in veritatis, aut falsæ: **aut falsæ**: **necessaria**, aut contingēt, quin coniunctis etiam cōueniat: partes, autem possibiles, ticipant siquidem naturam enunciationis, cuius ea cōmuniis qualitas est, ut verum, aut falso significet. Sunt itaq; verae etiam, aut false, atque adeò necessariae, aut contingentes, aut impossibiles. **Cōfūctæ** Atvero si de quantitate sit questio, nullæ Dæs cæteræ penitus habent, ut nimirum dicantur universalis, aut particulares, aut indefinitæ, aut singulares, propterea quod non

enū-

enunciant aliquid de aliquo, aut aliquibus, sed solum enunciationes, quæ id efficiunt, coniunguntur. Habent tamen virtutem quandam quantitatem vniuersalem, aut particularem, quam inferius explicabimus cum de earum oppositione di-

Cap. 18.

*De conditionalis enunciatione.*

Caput. 15.

**A** Conditionalis enunciatio autem constat duabus simplicibus, ut, Si sol lucet dies est: aut pluribus, ut Si sol lucet: & in nostro hemisphærio lucet, dies est, & apud nos est. Semper tamen duabus præcipuis constat partibus, quarum altera dicitur antecedens, ea videlicet, quæ proxime sequitur coniunctionem Si, altera cōsequens, quæ ex illa efficitur. Quæ constat duabus simplicibus, (nam reū quum genus, quia infinitè augeri potest, omittimus) aut constat utrāq; affirmativa, aut verâque negativa, aut antecedente affirmativa, & consequente negativa, aut contra, ut Si sol lucet dies est: Si sol nō lucet, non est dies: si dies est nō est earum praedicata attribuuntur subiectis,

Omnis  
cōditi-  
nalis cō-  
stat dua-  
bus parti-  
bus pīz-  
cipiūs.

**N**ota pro nox; Si dies nō est nox est. Quæ varietas copulati complicationum ex simplicibus affirma uis & dis tuius, & negatiuis, ad copulatiuas etiam iunctiuas. & disiunctiuas accōmodari potest. Quo- B

**C**onditio modocunq; autem conditionales ex sim-  
nalis est a plicitibus conficiantur, dicunt Dialectici  
liquando eas posse esse veras, & si omnes simplices,  
vera ex ex quibus constant, sint falsæ, vt si dicas:  
simplici- Si homo habet alas, volare homo potest.  
bus falsis. Id quod propriū, ac peculiare in hoc enū-  
ciationum genere ex eo est, quòd eius ve-

ritas in sola consequitione cōsistit: quo-  
fit vt si cōsequutio sit bona, & apta, enun-  
ciatio ipsa sit vera, quoēq; modo, quod ad veritatem, & falsitatem attinet. par-  
tes se habeat. Hac de causa dicere solent

**C**ōditio Dialectici conditionalem nihil ponere,  
nalis ni quia vt sit vera, nec antecedentis, nec cō-  
hil ponit. sequentis veritatem requirit. Qua ex re C

**N**um om Dialectici colligunt omnes cō-  
nis condi- ditionales veras, esse necessarias, & om-  
tionalis nes falsas, impossibiles. Nam omnis bo-  
vera sit na consequutio est necessaria, vt aiunt,  
necessaria omnisq; vitiosa, impossibilis. Quod mi-  
& falsa non modò multæ conditionales ex futu-  
impossi- ris contingētibus probabiles censemur,

vt si diligenter operam nauaueris, doctus  
euades, sed etiam ex præsenti tempore,  
vt si dicas, Si qua mater est, diligit filium:  
quæ enunciatio, cum inter veras nume-

recur, non in eo veritatis gradu ponitur,  
vt dicatur falsa esse non posse. Non tan-  
tum ergo necessariæ, & impossibile enú-  
ciationes conditionales reperiuntur, sed  
cōtingentes etiam. Nec vero omnis bona  
consequutio est necessaria, sed quædā etiā  
probabilis, vt post <sup>2</sup> dicemus. Ica patet.

quid requiratur ad veritatem conditio-  
naliū enunciationum. Quod cam n in-

tellige dictum de affirmatiuis, ex quibus  
nullo negotio veritas negat uarū collig-  
tur. Nam cum in hoc genere semper affir-  
matiue, & negatiue, quæ sola affirmatio-  
ne, & negatione coniunctionis discrepāt,  
sint contradicentes, si conditionalis affir-  
matiuā fuerit vera, erit negatiua falsa, si  
vero illa falsa fuerit, hæc vera erit. Id quod

D etiam in copulatiuis, & disiunctiuis ob-  
seruandum est. Renocantur autem ad cō-  
ditionales primū rationales, vt Sol lucet,  
ergo dies est: Omnis homo est rationis  
particeps, & mente captus est homo, igi-  
tur mente captus est rationis particeps.

M Deinde

Etiam cōtingentes  
conditionales re-  
periuntur.

Lib. 6.  
cap. 4.

Quo pa-  
eto diui-  
dicanda  
sit veritas  
in negati-  
uis condi-  
ctionali-  
bus, & ce-  
teris con-  
iunctis ne-  
gatiuis.

Rationa-  
les & cau-  
sales re-  
uocantur  
ad condi-  
tionales.

Deinde causales, ut Quia sol lucet, dies

**Tempo-**  
**rales, lo-**  
**cates &c.** est: Quia homo est ex elemētis cōpositus  
mori potest. Item illæ, quas vocant tépo-  
rales, locales, & id genus aliae, ut Cum sol

lucet dies est: Vbi sol lucet dies est: Quo

semel est inbuta recens seruabit odore te.

Ita diu: Quibuscum vixeris, eorum mores

**Quid re-**  
**quiratur**  
**ad verita-**  
**tem ratio-**  
**nalis, &** imitaberis: & cæteræ huiusmodi. Sed

quòd ad rationales, & causales attinet

( aliae enim ferè negliguntur ) illud ad

vertendum est, ad veritatem rationalis,

præter bonam consequentiam, requiri

veritatem antecedentis, & ( quæ ex ea se-  
quitur ) consequentis: ad veritatem autem

causalis, ultra hæc duo, opus esse, ut in an-

tecedente sit vera causa consequentis:

modo enunciatio propriæ causalis sit. Se-

pe enim in sensu rationalis usurpatur, ut

si dicas, Quia Socrates est homo, est ani-  
mal, velisq; significare, ex eo quòd Socra-

tes est homo, consequi ut sit animal. Ita

fit ut haec rationales non sint veræ, Socra-

tes est homo, ergo est philosophus: Socra-

tes est lapis, ergo est sensus experts: prior

quidem quia consequitio est vitiosa,

posterior vero quia & consequitio est ap-

ta, & bona, tamen antecedens non est ve-

ruin,

**T**ú. Fit etiam, vt hæ sint fallæ, **Q**uiā sol luccet, Socrates dormit; **Q**uiā sol est ignis, calefacere potest; **Q**uiā sol deficit, luna in terponitur inter nos, & ipsū: prīma quia consequutio non est bona: secunda, quia antecedens non est verum: tertia, quia in antecedente non est causa consequen-  
tis, sed potius effectus. **Q**uiā enim luna interpositu suo nobis tegit solem, sic circo sol apud nos deficit, non autem quia sol deficit ideo Luna interponitur.

*De copulativa enuntiatione.**Caput. 16.*

**A** **C**opulatiua enūciatio non habet ecerum numerum partium principali-  
um, vt conditionalis, sed potest quotquot volueris principaliib⁹ constare, vt si di-  
cas, Socrates philosophus est, & bonus  
**B** vir est, & Platonis magister, & cætera.  
Huius generis enūciatio vera esse non potest, nisi omnes simplices, ex quibus constat, sint veræ. Ex quo efficitur, vt data quacunq; simplici falsa, tota copulativa iudicetur falsa. Est item copu-  
lativa, tū necessari⁹, tū contingens, tū m-  
etia impossibilis. Necessaria quidē cum

Copulatiua non ha-  
bet certū numerum  
partium principali-  
um.

Quid re-  
quiratur  
ad verita-  
tem copu-  
latiue.

Neces-  
saria que sit

M ij om̄nas

omnes eius partes sunt necessariæ, ut Deus C  
 est summum bonū, & peccatum est sum-  
 mun malum. Contingens autem, cum  
 Contin-  
 gens. omnes partes sunt contingentes, aut ea- D  
 rum aliqua, & nulla impossibilis, modò  
 partes ipsæ inter se non pugnēt, ut Socra-  
 tes est philosophus, & est vir bonus: Deus  
 est summum bonum, & Socrates est iu-  
 stus. Nam si aliqua sit impossibilis, aut  
 ipsæ partes inuicem repugnant, non con-  
 tingens, sed impossibilis iudicanda erit,  
 vt si dicas, Socrates est lapis, & Plato  
 philosophatur: Socrates sedet, & item  
 deambulat. Impossibilis verò est, si vel a-  
 liqua pars est impossibilis, vel ipsæ inter  
 Impessi-  
 bilis. se partes sunt repognantes, vt patet in  
 proximis exemplis. Illud autem atten-  
 dendum est hoc loco, & si ad copulandas  
 duas simplices enunciationses vñatantū  
 copulatiua coniunctio sufficiat, eleganter  
 tamen, & se pè non parum utiliter adhi-  
 beri duas, vt si dicas, & Socrates loquitur,  
 & Plato audit. Dico autem non parum  
 utiliter, propter negatiuas. Nec enī māq;  
 peripicue, & absque ambiguitate loqui-  
 tur, qui negat propositionam copulatiuam  
 hoc pacto, Nō Socrates loquitur, & Plato  
 audit,

audit, atque is qui hoc modo Non & So-  
crates loquitur, & Plato audit. Quod idē  
in disjunctiis obseruandum est. Reuocā-  
tur porō ad copulatiuas aduersatiuæ e-  
nunciationes, ut Socrates fuit philoso-  
phus, sed veram sapientiam fortasse non  
eit assequutus, & aliæ similes. Quin etiam  
rationales ea ex parte ad copulatiuas re-  
uocantur, qua simul ponunt antecedens,  
& consequens. Causales verò non tātūm  
hac ratione, sed etiam quatenus astruūt  
in antecedente contineri causam conse-  
quentis. Imo verò rationales, & causales  
videntur quædam copulatiuæ conflatae  
saltem ex singulis cōditionalibus, & alijs  
quibusdam enunciationibus, vt inferius Cap. 20.  
patebit. <sup>2</sup> Quanquam ideo reuocari  
solent ad conditionales, quia magis præ-  
ferunt formam earum conditionali-  
um, quas vt præcipuas partes inclu-  
dunt. Idem forsitan dicendum est de  
temporalibus, localibus, & similibus, quæ  
suprà ad conditionales reuocatæ sunt.

*Quæ re-  
uocantur  
ad copula-  
tiuas.*

*Etiā dis-  
junctiva  
nō habet  
certum nu-  
merū par-  
tum prin-  
cipalium.*

*De disjunctiva enunciatione. Cap. 17.*

A **D**isjunctiva quoque enunciatio nul-  
lum habet principalium partiū cer-  
tum principialium.

M iij tum

Quid re- tum numerum. Potest enim quotquot  
 quiritur etiam volueris præcipuis partibus con-  
 ad veritatem dis- stare, ut si dicas, Hoc animal aut est al-  
 iudicium. aut nigrum, aut cœrulei coloris,  
 aut lutei, & cætera. Ut autem disiunctiova sit vera, iuxta veterum quidem senten-  
 tiam vna tantum eius pars vera esse de-  
 bet: quo sit vt falsa dicatur, vel cum oes  
 Cicero in sunt talis, vel cum omnes veræ. a Exem-  
 top. Gel. b. 26. plica causa hec est vera, Socrates aut loqui-  
 turi, aut non loquitur, quia vna eius pars,  
 D Th. lo atque adeò sola, est vera: haec autem am-  
 eo supra bæ sunt false, Socrates aut est lapis, aut  
 citato. est planta: Socrates aut est animal, aut  
 est homo: prior quidem, quia utraque  
 pars est falsa, posterior, quia utraque  
 vera. Ratio huius rei est, quia cum dis-  
 iunctiova disiungat sententias, illud opus  
 esse videtur, ut simplices enunciationes,  
 ex quibus disiunctio constat, sint repug-  
 nantes, atque ita plures vna veræ esse no  
 possint. Quare aut omnes erunt false, aut  
 si plures vna fuerint veræ, non responde-  
 bit res disiunctioni: quare utroque mo-  
 do disiunctio erit falsa. Itaque si dixeris  
 Socrates est homo, aut est rationis parti-  
 ceps, falsam protuleris enunciationem,  
 quia

quia ipsa disiunctio ex natura sua significat alterum duntaxat ex his duobus attributis Socrati conuenire, quod quidē

Recentio-

rum sen-

tentia.

**C**assare falsum est. Recentiores tamen dicunt disiunctiuam esse verā, si vel una, vel plures vā, aut etiam omnes partes, sint veræ: falsam vero nūquam nisi omnes partes sint falsæ. Atque hoc pacto dicunt has enunciationes esse veras: Aut Socrates est homo, aut est rationis particeps: Aut deambulat, aut mouetur loco: Aut Plato est ad risum aptus, aut Bucephalus ad hinnitum: quas tamen veteres dicunt esse falsas. Mihi verò hoc modo videtur

Concilia-

tio recen-

torum

cum vete-

ribus.

**D**irimenda controversia, veteres quidem accommodatus ad naturam disiunctio-  
nis loquutos fuisse (disiunctio enim ex forma sua significare plures par-  
tes vñā veras non esse) iuniores autem ge-  
neralem loquendi usum magis spectasse.  
Solent enim disiunctiones huiusmodi cō-  
cedi, Aut Demosthenes perfectus Orator  
fuit, aut Cicero, aut certè nullus: Aut  
miloni Clodius insidias fecit, aut Clo-  
dio Milo, solept in quam concedi ab iis,  
qui fatentur, & Demosthenem perfe-  
ctum oratorem fuisse, & Ciceronem,

itemq; Miloni Clodium, & Clodio Milonem mutuas parasse insidias. Quoniam igitur communis loquendi usus in oratione non est aspernatus, non videtur recentiorum sententia omnino repudienda. Quin etiam in ijs, quæ de oppositione disiunctiarum dicemus, magno nobis erunt usui disiunctiuae ab illis approbatæ, ac traditæ. Quod si quis obiectat, eum, qui ita loquitur, Aut Socrates est homo, aut rationalis, hoc modo corrigi solere, In modo vero & est homo, & rationalis, nec alia de causa, nisi quia falsam profert disiunctionem: occurendum est, eum qui sic loquitur, corrigi, non quod falsam pronunciet disiunctionem, sed quod ineptam, & ridiculam. Ineptum est enim, ac ridiculum praesertim in communi sermone (quo sepe non tam attenditur quid vere dicatur, quam quid usitatè) extruere disiunctionem ex enunciationibus necessarijs, aut necessarijs connexis. Id quod in hoc disiunctionum genere, quod recentiores amplectuntur, diligenter cauendum est. Nec enim circa fuerit necessarium, ut ex simpli cibus repugnatib; inter se omnis disiunctionis struatur, quia cum dicimus, Aut est hoc,

**Solutio.**

**Occurritur alterius obiectio ni.**

E

aut

aut est illud nō semper volumus signifi-  
care, aut hoc tātum aut illud, tantū ei-  
se verām, sed sāpe ita loquimur ut saltē  
hoc verūm esse, aut saltē illud declare-

Er plicat  
tur sensus  
disiuncti-  
onis.

mus. Quo pacto dubium non est, quin,  
tota disiunctio ex partibus non solu non  
repugnantibus, sed etiam simul veris,  
vera esse possit. In hoc enunciationum  
genere, quemadmodum in superioribus,  
non solūm necessariæ, & impossibiles  
**F**enunciationes reperiuntur, sed etiam  
contingentes. Nam illæ necessariæ dicen-  
dæ sunt, quæ constant ex duabus contra-  
dicentibus, aut ex ijs, quæ ad contradic-  
centes reduci possunt: ut, Aut Socrates  
loquitur, aut non loquitur: Aut Socrates  
est grammaticus, aut non habet artem  
emendatè loquendi, & scribendi: Aut  
animal est homo, aut est bestia, Itemq;  
illæ, quarum omnes partes, aut una, sunt  
necessariæ: ut Socrates est homo, aut  
non est lapis: Socrates est homo, aut non  
est grammaticus: Socrates est homo,  
aut est lapis. Quanquam illæ, quarum  
omnes partes sunt necessariæ, quia redi-  
cula sunt, extrui non debet, vti diximus.

Neces-  
sariæ dis-  
iunctio-  
nes.

Contingēs est cuius oēs partes, aut ali-

M v qua sences.

qua sunt contingentes, non ita tamen ut  
sint contradicentes, aut ad contradicen-  
tes reuocari possint, aut aliqua earum sit  
necessaria, ne tota disiunctio sit necessaria,  
ut nunc diximus. Exempla contingen-  
tium hæc sunt, Aut hæc mulier hu-  
ius pueri mater non est, aut illum diligit.  
Aut hic adolescēs lapis est, aut longae ex-  
ercitatione doctus euadet. Impossibilis  
sunt, quārum oēs partes sunt impossibi-  
les, ut Socrates aut est lapis, aut est lignū.  
Hæc de natura, disiunctione, & veritate  
coniunctarum enunciationum: nunc  
de earum oppositione, & æquipollentia  
dicamus.

*De oppositione contradictionia coniun-  
ctarum, & quo pacto in eis reperiātur  
reliquæ oppositiones. Cap. 18.*

**Solam traditio-**  
**nem formaliter**  
**reperiiri in coniun-**  
**cis.** **Q**uod ergo ad earum oppositionem A  
ttinet, illud principio animaduer-  
tendum est solam contradictionem for-  
maliter reperiiri in hoc enunciationum  
genere. Enunciationes enim formaliter  
contraria debet esse vniuersales, subcontra-  
ria vero particulares: coniunctæ autem nec  
sunt formaliter vniuersales, nec particu-  
lares,

Iares, imo etiā nec infinitae, aut singulares, nec simplicitates appellari solet, ut perspicuum est. Cuius rei causa ea esse videtur, quia non enunciāt aliquid de aliquo, aut aliquibus, sed solum enunciationes, quæ id efficiunt coniungunt. At verò ut enunciationes sint formaliter contradicentes, & simplicitates appellentur, non est opus ut sint vniuersales, aut particulares, aut indefinite, aut singulares: sed hoc tantum ex ipsa contradictionis forma requiritur, ut sola negatione præposita differant, hoc est, ut una habeat negationem præpositam altera minime, quoad reliqua verò sint omnia eadem. Nam ut est communione Dialecticorum proloquium, non verius contradicitur (adde etiam, nec formalius) quam cum affirmationi negatio præponitur. Hoc autem luce clarius est non minus accidere in coniunctis enunciationibus, quam in simplicibus, ut si dicas, Si homo est animal, est sensus particeps. Non Si homo est animal est sensus particeps: Et Socrates est philosophus, & Plato est philosophus. Non & Socrates est philosophus, & Plato est philosophus: Aut

Plato fallitur, aut Aristoteles fallitur: Nō  
 aut Plato fallitur, aut Aristoteles fallitur.  
 Ita patet solam oppositionē contradictionē  
 formaliter conuenire coniunctis e-  
 nunciationibus & quo pacto illis cōue-  
 niat, neq; solum dari posse in hoc enun-  
 ciationū genere contradictientium condi-  
 tiones siue leges, sed etiam propriam, &  
 formalem contradictionis rationem.  
 Atq; ob ea quæ dicta sunt nulla alia oppo-  
 sitionis forma, præter quam contradictionis,  
 tributa est à nobis in prima editione  
 coniunctis enunciationibus. Verū ne quis B  
 inde re parum considerata cum errorem  
 imbibat, vt putet, ne eo quidem modo  
 posse coniunctas enunciations constitui,  
 vt in eis seruentur leges contrariarum, &  
 subcontrariarum, ea operæ pretium erit  
 addere hoc loco, quæ ne nouitios grauare-  
 mus in libros de Interpretatione distu-  
 leramus, præsertim cum omnia quæ ha-  
 ētenus de coniunctis enunciationibus di-  
 eta sunt, in libros de Interpretatione di-  
 fierri soleant, ad quos hæc potiori ratio-  
 ne seruari possunt. Aduerte igitur con-  
 iunctas enunciations & si non sunt for-  
 maliter contrariae, aut subcontrariae, ta-  
 men

men dici posse contrarias, & subcontra-  
rias virtute seu de lege, ut à quibusdam  
vocantur. Cuius rei ratio duplex est. Vna  
quia & si nō sunt formaliter vniuersales,  
aut particulares: tamen in omnibus earum  
generibus inueniuntur vniuersales, &  
particulares virtute. Nam conditiona-  
lis affirmativa supponit aliquam vniuer-  
salem simplicem, in qua fundetur, et illa.  
Si homo est animal, est sensus particeps,  
supponit hanc. Omne animale est sensus  
particeps: Copulativa vero affirmativa  
ex natura sua æquipollere potest: et si sim-  
plici vniuersali quo pacto illa, Et Socra-  
tes est philosophus, & Plato est philoso-  
phus, æquipollet huic. Vterq; horum ho-  
minum est philosophus. Deniq; disiuncti  
ua affirmativa æquipollere potest suapte  
natura vni simplici, quo pacto illa, Aut  
Plato fallitur, aut Aristoteles fallitur, æ-  
quipollet huic. Alter horum hominum  
fallitur. Vnde fit ut quoniam præposita  
negatione vniuersales fiunt particulares,  
& particulares vniuersales, in omnibus  
generibus coniunctarum dari possint vni-  
uersales, & particulares virtute. Altera  
ratio est, quia ita possunt conjunctæ enū-  
ciationes

ciationes constitui, ut in eis reperiatur conditiones, sive leges contrariarum, & subcontrariarum, ut ea progreßu patebit.

*De cōtraria, & subcontraria coniunctarū  
oppositione, simulque de subalter-  
natis. Caput. I.*

**C**Oniunctæ igitur enunciationes prædicto modo contrariae & subcontrariae (adde etiam subalternas, quoniam earam explicatio coniuncta est cum tractatione contrariarum, & subcontrariarum) duobus documentis constitui possunt in omnibus coniunctarum generibus uno generali, & singulis specialibus, Generale documentum sit, in conditionibus quidem, & copulatiuis opus esse ut contrariae, & subalternantes sint affirmatiua, subcontrarię verò, & subalterna tæ negatiua: at in disjunctiuis contra omnino rem habere oportere. Hoc documentum non solum ex subiectiendis descriptionibus plane constabit, sed etiam ex dictis colligitur. Dictū est enim in conditionalibus affirmatiuas esse virtute uniuersales, negatiuas autē particulares: cōtra quæ rebabere in disjunctiuis, cōstat autem

Generale  
documen-  
tum.

autem ubique contrarias, & subalternantes esse vniuersales, subcontrarias autem, & subalternatas, particulares. Speciale documentum pro conditionalibus sit huiusmodi. In conditionalibus, non modo contrarias, sed etiam subcontrarias, & subalternas constare debere eodem antecedente, & contrario, aut contradictorio consequente, ut in his descriptionibus cernis.

*Descriptio oppositarum conditionalium  
constantium ex simplicibus  
singularibus.*

Si Socrates est homo  
Socrates est animal.

Non si Socrates est homo.  
Socrates non est animal.

Si Socrates est homo,  
Socrates non est animal.

Non si Socrates est homo,  
Socrates est animal.

*Descriptio constantium ex simplicibus communibus contrariorum consequentium.*

Si oīs homo est anim. oīs  
homo est sensus particeps.

Non si oīs ho. est ani. nūllus  
ho. est sensus particeps

Si oīs ho. est ani. nullus  
ho. est sensus particeps.

Non si oīs ho. est ani. nūllus  
oīs ho. est sensus particeps

*Descriptio constantium ex simplicibus cō-  
munib[us] cōtradictoriis cōsequētiūm.*

Si oīs homō est animal,  
oīs hō ē sensus particeps.

Si oīs ho, est ani, aliquis  
hem. est sensus particeps.

Nō si oīs hō est anim. ali-  
qui hō non est sensus par-  
ticeps.

Non si omnis ho. est ani.  
omnis ho.est sensus par-  
ticeps.

Quod enim in affirmatiuis, quas po-  
nimus contrarias, seruentur leges cōtra-  
riarū ex eo patet, quia et si possunt esse  
simul falsæ, ut patet his exemplis ( Si So-  
crates est animal, Socrates est homo: Si  
Socrates est animal, Socrates non est  
homo: Si omnis homo est animal, omnis  
homo est albus, Si omnis homo est ani-  
mal, nullus homo est albus , vel aliquis  
homo non est albus) non possunt tamē  
esse simul veræ. Idque non solum perspi-  
cuum erit inductione facta in quacūque  
materia, sed etiam hac ratione: quia si  
possent dari simul veræ, aliquid repugna-  
ret consequenti, quod non repugnaret  
antecedenti, quod falsum esse liberos sex-  
to a patebit. Nam simplices contrariae,  
& contradictentes repugnant mutuo, &  
tamen dicerentur inferri ex eodem an-

C

cedente. Hinc patet in negatiuis cuiusque descriptionis, quas ponimus subcontrarias, seruari leges subcontraria-  
rum, utpote quod non possint esse simul falsæ, sed simul veræ. Nam si affirmatiæ non possunt esse simul veræ, nec negati-  
uæ possunt esse simul falsæ, cum illis per diametrum contradicant. Cum autem affirmatiæ fuerint simul falsæ, tum ne-  
gatiæ hac eadem ratione erunt simul veræ. Patet etiam inter quamlibet supe-  
riorem, & inferiorem, quas dicimus sub-  
alternas, seruari leges subalternarum, ut  
videlicet nō possit superior esse vera, quin  
inferior sit vera, nec inferior esse falsa,  
quoniam superior sit falsa. Secus enim aut da-  
retur subcontrariæ simul false, aut cōtra-  
riæ simul vera, quod facile est ex proposi-  
tis de scriptiōnibus intelligere a scita lege  
cōtradicentiū, quæ præscribit cōtradicē-  
tes nec simul veras, nec simul falsas esse  
posse. Non loquuti autem sumus in tra-  
D dito documento de conditionalibus con-  
stantib⁹ subcontrarijs consequentibus,  
quia si illæ admiterentur dari possent cō-  
trariæ simul veræ subcontrariæ simul fal-  
sæ, & subalternantes veræ falsis existen-

tibus subalternatis, ut si dicas, Si animal diuiditur in hominem, & brutū, aliquod animal est homo: Si animal diuiditur in hominem, & brutū, aliquod animal non est homo. Non si animal diuiditur in hominem, & brutū, aliquod animal non est homo: Non si animal diuiditur in hominem, & brutū, aliquod animale est homo.

*De oppositione copulatiuarum.*

*Cap. 20.*

PRO copulatiuis autem speciale documentum sit, Non solum cōtrarias copulatiuas, sed etiam subcōtrarias, & subalternas constare debere simplicibus cōtrarijs, aut contradicentibus. Quod non ita intelligendum est, quasi necesse sit ut omnes simplices vnius copulatiuꝝ, sint contrariæ, aut contradictentes respectu simplicium alterius, Sed ut vna saltem respectu vnius.

*Descriptio oppositarū copulatiuarum cōstantium ex simplicibus singularibus.*

Et Socrates loquitur, & Plato audit,

Et Socrat. non loquitur, &  
Plato non audit.

Non & Socr. non loquitur,  
& Plato non audit.

Non & Socrat. loquitur, &  
Plato audit.

Def-

*Descriptio constantium simplicibus  
communibus contrarijs.*

Et omnis ho. est sensus particeps, & omnis equus est sensus particeps.

Non & nullus homo est sensus particeps, & nullus equus est sensus particeps.

X Et nullus ho. est sensus particeps, & nullus equus est sensus particeps.

Non & omnis ho. est sensus particeps, & omnis equus est sensus particeps.

*Descriptio constantium simplicibus communibus contradicentibus.*

Et omnis ho. est sensus particeps, & omnis equus est sensus particeps.

Non & aliquis ho. non est sensus particeps, & aliquis equus non est sensus part.

X Et aliquis homo non est sensus particeps, & aliquis equus non est sensus particeps.

Non & omnis ho. est sensus particeps, & omnis equus est sensus particeps.

Eadem ratio erit si una tantum simplex sit vni cōtraria, aut cōtradicēs. Probatio huius documenti satis aperta est. Nam quod affirmatiū, quas ponimus cōtrarias, posse sint esse simul false, his exemplis patet: Socrates est lapis, & Plato est homo: Socrates non est lapis, & Plato non est homo. Omnis homo est albus, & omnis equus est albus. Nullus homo est albus, & nullus equus est albus. Itē omnis homo est lapis & aliquis homo est albus. Aliquis homo

non est lapis, & nullus homo est albus.

Quod autem non possint esse simul verae, non  
solum inductione patet in qualibet mate-  
ria, sed hac etiam ratione. Quia si duas copu-  
latiæ constantes ex simplicibus contra-  
riis, aut contradicentibus possent esse sim-  
ul verae duas simplices contrariae, aut con-  
tradicentes possent esse simul verae, quod  
fieri non posse supra dictum est.

Hinc patet negatiuas, quas dicimus subcontrariae  
possent esse simul veras, non autem simul  
falsas, ut deductum est in conditionalibus,  
itemque fieri non posse, ut superior affirmatiua sit vera  
quin negatiua inferior vera sit, aut inferior falsa sit, quin superior  
sit falsa. Non admisimus autem copula-  
tiuas, quarum omnes simplices sunt sub-  
contrariae, ne daremus contrarias simul  
veras, subcontrarias simul falsas, & su-  
balternantes veras falsis existentibus su-  
balternatis, ut in his patet, Aliquis homo  
est albus, & aliquis equus est albus: Ali-  
quis homo non est albus, & aliquis equus  
non est albus: Non & aliquis homo non  
est albus, & aliquis equus non est albus:  
Non & aliquis homo est albus, & aliquis  
equus est albus.

B De oppositione disiunctuarum. Cap. 21.

**D**enique pro disiunctiuis sit hoc espe-  
ciale documentum; non solum cō-  
trarias disiunctiuas, sed etiam subcontra-  
rias, & subalternas cōstare debere simpli-  
cibus contradicētibus, aut subcōtrarijs.

*Descriptio oppositarum disiunctuarum  
cōstantium simplicibus singularibus.*

Non aut Socr. non est ho.  
aut Plato non est hom.

Non aut Socrates est ho.  
aut Plato est homo.

Aut Socrates est homo,  
aut Plato est homo.

Aut Socr. non est homo,  
aut Plato non est homo.

*Descriptio constantium ex simplicibus  
communib[us] contradictorib[us].*

Non aut nullus ho. est alb.  
aut nullus equus est alb.

Nō aut alius ho. est alb.  
aut alius equus est albus.

Aut aliquis ho. est albus,  
aut aliquis equus est alb.

Aut nullus hom. est albus,  
aut nullus equus est albus.

*Descriptio constantium ex simplicibus  
communib[us] subcontrarijs.*

Nō aut aliq. ho nō ē albus.  
aut aliq. equus nō ē alb.

Non aut aliq. ho est albus,  
aut aliq. equus est albus.

Aut aliquis hom. est albus,  
aut aliq. equus est albus.

Aut aliq. ho. non est albus,  
aut aliq. equus nō est alb.

## 198. INSTIT. DIALECT.

Nam quod affirmatiæ, quas in hoc genere ponimus esse subcontrarias, possint esse simul veræ, ex propositis exemplis cōstat. Quod vero non possint esse simul falsæ non solum inductione perspicuum esse potest, sed etiam hac ratione patet. Quia ut disjunctivæ affirmatiæ sint falsæ necesse est ut omnes simplices ex quibus constant falsæ sint, ut ex dictis patet: a simplices autem siue contradicentes sint, siue subcontrariæ, non possunt esse simul falsæ, ut supradictum est.

z Cap. 17.

b Cap. 6.  
& 11.

<sup>b</sup> Hinc patet negatiua, quas in hoc genere dicimus contrarias, posse esse simul falsas, non autem simul veras itemque fieri non posse, ut superior negatiua, quam in hoc genere ponimus subalternantem, sit vera quin inferior affirmatiua vera sit: aut inferior affirmatiua, quia subalternatam dicimus, falsa sit, quin superior negatiua sit falsa: quod quo pacto efficiatur ex dictis facile intelliges.

Non admissimus autem disjunctivas constantes simplicibus contrarijs, quia hoc pacto daremus contrarias simul veras, subcontrarias simul falsas, & subalternantes veras falsis existentibus subalternatis, ut his exemplis patet: Non aut nul-

us

*S*us homo est albus , aut nullus equus est  
albus, Non aut omnis homo est albus, aut  
omnis equus est albus: Aut omnis homo  
est albus, aut oīs equus: Aut nullus homo  
est albus, aut nullus equus est albus.

**D** Animaduertendum est tamen hoc spe-  
ciale documentum de disiunctiuis tradi-  
tum non esse accommodandum ad eas  
disiūctiuas, quas solas veteres approbat, Quibus  
disiuncti-  
uis accō-  
modetur  
traditum  
documen  
tum.  
hoc est ad immediatas, siue quæ, vt veræ  
sint, altera pars vera esse debet, altera fal-  
sa, sed ad eas, quas recentiores amplectū-  
tur, ad eas, inquam, quæ nunquam cen-  
sentur falsæ, nisi cum omnes partes sunt  
falsæ. Nam si ad immediatas documen-  
tum accommodaueris dabis subcontra-  
rias simul falsas, & (quod hinc sequitur)  
contratias simul veras, & subalternantes  
veras falsis existentibus subalternatis, vt  
patet in descriptionibus traditis. Nam  
iuxta veterum sententiam omnes disiun-  
ctiuæ affirmatiuæ , quas in exemplum  
attulimus sunt falsæ. In prima quidem,  
& secunda descriptione , quia priores  
constant vtraque parte vera , posteri-  
ores quia vtraque falsa: in tertia verò

quia disiunctiua vtraque pars vera est. Vnde patet in hoc disiunctiuarum genere non dari subcontrarias. Nam quod in eo non possint subcontrariæ constiui ex simplicibus contrarijs, ex illo exemplo paulo superius posito, Aut omnis homo est albus, aut omnis equus est albus: Aut nullus homo est albus, aut nullus equus est albus, satis apertum est. Vtraq; enim disiunctiua non modo iuxta recentiorum sententiam, sed etiam veterum falsa est, cū constet vtraque parte falsa. Cum autem in hoc disiunctiuarum genere non detur sub contrariæ plane efficitur, non posse etiam dari contrarias, aut subalternas, sed solas

Quib; do contradicentes.

**cumentis** E Animaduertendum quoque est et si **comprehensiones rationales**, & **causales ratione conditionalium**, quas includunt comprehendantur in speciali documento conditionalium ratione autem copulatiæ ex enunciationibus antecedentis, & consequentis ex qua etiam constant, comprehendantur in speciali documento copulatiuarum: simpliciter tamen ex copulatiuarum documeto constituenda esse earum oppositionē. Habet enim simpliciter sensum

sum copulatiuum. Hac enim rationalis Socrates est homo, ergo Socrates est animal, hoc pacto resoluenda est. Et si Socrates est homo Socrates est animal, & Socrates est homo, & Socrates est animal. Hæc vero causalis, Quia Sol lucet, dies est, huc in modum: Et si Sol lucet, dies est: & sol lucet, & dies est, & lux solis est causa diei. Quo autem pacto facilius hujusmodi enuntiationibus oppositæ assignentur, ex ijs, quæ mox dicentur, intelliges. Atque hæc de coniunctarum oppositione dicta sint.

### *De coniunctarum æquipollentia.*

*Caput. 22.*

A **Q**uod vero attinet ad æquipollētiām breuiter dicendum est, conditionales nec copulatiuis, nec disiunctiuis æquipollere, sed solas copulatiuas æquipollere disiunctiuis, Quod igitur conditionales nō æquipolleant copulatiuis, ex eo patet, quia si qua esset copulatiua cui æquipolleret hæc conditionalis, Si Socrates est homo, est animal, maximè esset hæc Nō & Socrates est homo, & non est animal. Neque enim alia se offert, cui illa probabilius æquipollere possit, ut inductione patet.

Conditionales non æquipollere copulatiuis.

**patet.** At hæc non idem valet quod illa. Nā & si ex illa inferatur, vt apertū est, nō tamē illā infert. Alioqui hæc esset bona cō sequutio, Non & Socrates est lapis, & nō est animal, ergo si Soerates est lapis, est animal: vbi plane vides antecedensverū, & consequens falso. Quādo igitur proposita conditionalis traditæ copulatiuæ nō æquipollet, nulla erit alia copulatiua, cui eadem conditionalis æquipolleat.

Quod idem in ceteris facile erit persequi. B

**Conditionales non æquipol-**  
**leant disiunctiuis ex eo intelliges, quia si**  
**sermo sit de disiunctiuis veterū, seu im-**  
**mediatis, cum illæ nec possint esse cōtra**  
**riæ, nec subcōtrariæ, nec subalternæ inter**  
**se, fieri nō potest vt æquipolleant condi-**  
**tionalibus. Quælibet enim conditionalis**  
**habet aliquam cōtrariā conditionalē aut**  
**subcontrariā, itēque aliquā subalternatā,**  
**aut subalternantem: fieri autē non po-**  
**test, vt duæ enunciationes æquipolleant,**  
**quarū altera habeat cōtrariā aut subcō-**  
**trariā &c. altera vero minimè. Quod de-**  
**nīq; nec æquipolleat disiunctiuis cōmu-**  
**nibus, seu mediatis ex eo cōstat, quia dis-**  
**iunctiuz cōmunes æquipolleat copulati**  
**uis,**

uis, ut nūc dicemus, quibus tñ cōditiona-  
les ispe nō æquipolleat, ut patet ex dictis.

C Quid igitur copulatiuæ, & disiūctiua cō  
munes æquipolleant inter se, ex eo patet,  
quia ut est cōmuni dialecticorū senten-  
tia, copulatiua omnino affirmatiua, hoc  
est, & coniunctionis, & verborum, ut So-  
crates est albus, & Plato est albus, æqui-  
pollet disiūctiua omnino negatiua,  
qualis est. Non aut Socrates nō est albus,  
aut Plato non est albus. Copulatiua au-  
tem affirmatiua solius coniunctionis, ut,  
Et Socrates non est albus, & Plato nō est  
albus, æquipollet negatiua solius coniun-  
ctionis, qualis est. Non aut Socrates est  
albus aut Plato est albus. Copulatiua ve-  
ro omnino negatiua, ut Nō & Soc. nō est  
albus & Plato nō est albus, æquipollet dis  
iūctiua omnino affirmatiua, qualis est. Aut  
Socr. est albus aut Plato est albus Deni-  
que copulatiua negatiua solius cōiunctio-  
nis, ut Nō & Soc. est albus, & Plato est al-  
bus, æquipollet disiūctiua affirmatiua so-  
lius cōiunctionis, qualis est, aut Socrates  
non est albus, aut Plato non est albus.;  
Quæ omnia in subiectis descriptionibus  
planius perspiciuntur.

Def-

## Descriptio æquipollentium ex simplicibus singularibus.

Et Socrates est albus, &  
Plato est albus.

Non aut Socr. nō est albus,  
aut Plato non est albus.

Non & Socr. non est albus,  
& Plato non est albus.

Aut Socrat. est albus, aut  
Plato est albus.

Et Socr. non est albus, &  
Plato est albus.

Nō aut Socrates est albus,  
aut Plato est albus.

Non & Socr. est albus, &  
Plato non est albus.

Aut Socr. nō est albus, aut  
Plato non est albus.

Verum pro descriptionibus earū, quæ  
constant dictis communibus, illud obser-  
uandum eit, ut cum oppositæ copulati-  
uæ constiterint simplicibus contrarijs, tū  
disiunctiuæ conficiātur ex subcontrarijs:  
cum verò ille constiterint cōtradictorijs,  
tum hæ quoque constituātur ex contra-  
dictorijs tum inter se, tum etiam com-  
paratione earum ex quibus copulatiuæ  
cōstant. Quod in sequētibus descriptio-  
nibus perspicuum est.

Descriptio æquipollentij ex simplicibus  
cōibus quando opposita copulatiuæ  
constant, simplicibus contrarijs.

Et

Et omnis homo est albus, &  
omnis equus est albus.

No aut aliquis ho. no est alb.  
aut aliquis equus no est alb.

No & nullus ho. est albus,  
& nullus equus est albus,

Aut aliquis ho. est albus,  
aut aliquis equus est albus.

Et nullus homo est albus, &  
nullus equus est albus.

No aut aliquis ho. est albus,  
aut aliquis equus est albus.

No & omnis ho. est albus,  
& omnis equus est albus.

Aut aliquis ho. no est albus,  
aut aliquis equus no est albus.

*Quando oppositæ copulatiæ constant  
simplicibus contradictionijs.*

Et aliquis homo est albus,  
& aliquis equus est albus.

No aut nullus ho. est albus.  
aut nullus equus est albus.

No & nullus ho. est albus, &  
nullus equus est albus.

Aut aliquis homo est albus,  
aut aliquis equus est albus.

Et nullus homo est albus, &  
nullus equus est albus.

No aut aliquis ho. est albus,  
aut aliquis equus est albus,

Non & aliquis ho. est albus, &  
aliquis equus est albus,

Aut nullus homo est albus,  
aut nullus equus est albus.

E Vtilitas autem, quæ ex harum enuncia-  
tionum æquipollentia capitur haud par-  
ua est. Hinc enim discimus exponere ne-  
gatiuas coniunctionis (quæ quidem ob-  
scurores sunt) per affirmatiuas. Disci-  
mus

mus quoque constituere omnia oppositārum, & subalternarum genera ex affirmatiis sumpta loco oppositæ negatiæ aliqua affirmatiua quæ illi æquipolleat. Vnde fit ut non parum usurpata sit apud dialecticos constitutio contradicētum ex utraque affirmatiua cōiunctionis. Si quis enim petat contradictionem huius, Socrates est albus, & Plato est albus, mox redundunt hanc, Aut Socrates nō est albus, aut Plato non est albus, Si quis autem petat quæ nam contradicat huic, Et Socrates non est niger, & Plato non est niger, continuò hanc subjiciunt. Aut Socrates est niger, aut Plato est niger, quod idē faciūt in reliquis, hoc semper obseruato, ut simplices, ex quibus constat disunctiua, contradicant simplicibus, ex quibus constat copulatiua, quod idem faciendum esse ex ijs, quæ diximus colliges.

Hinc iam intelliges quo pacto planius, & facilius rationalium, & causalium oppositas assignare possis. Nam cum huiusmodi enunciationes simpliciter, & absolute habeat sensum copulatiuum, ut su-

<sup>a</sup> Capit. 16. præ dictum est aut si maiis, quibus & 21. damp copulatiuis æquipolleant, ex mi-

stione copulatiuarum cum disiunctiuis,  
multo expeditius earum oppositæ tra-  
dentur.

Siquis enim abste petierit contrariam:  
huius, Socrates est homo, ergo Socrates  
est animal, cum hæc æquipolleat huic co-  
pulatiuæ, Et si Socrates est homo, Socrates  
est animal, & Socrates est homo, &  
Socrates est animal, trades illi hanc con-  
trariam copulatiuam, & Si Socrates est  
homo, Socrates non est animal, & So-  
crates non est homo, & Socrates non est  
animal. Si verò petierit contradicentem  
trades illi hanc disiunctiuam. Aut non si  
Socrates est homo, Socrates est animal,  
aut Socrates, non est homo, aut Socrates  
non est animal Denique si petierit subal-  
ternatam trades illi hanc disiunctiuam,  
Aut si Socrates est homo, Socrates est ani-  
mal, aut Socrates est homo, aut Socrates  
est animal. Eodemque modo si quis pe-  
tierit contrariam huius causalis, Quia  
Sol lucet, dies est, cum hæc æquipolleat  
huic copulatiuæ, Et Si Sol lucet, dies  
est, & Sol lucet, & dies est, & lux So-  
lis est causa diei, trades illi hanc con-  
trariam copulatiuam, Et Si Sol lucet,  
non

non est dies, & Sol non lucet, & non est dies, & lux Solis non est suapte natura causa diei, & reliquas oppositas eodem modo quo in rationalibus. Hæc de cōiunctiōne

b

In his est  
Boe ius  
de syllo-  
gismo hy-  
potheticō

Etis enunciationibus, missis alijs plerisque, quæ viri alioqui graui summi ingenij intentione magis, quam utiliter scripta reliquerunt.<sup>b</sup>

*De quibusdam enunciationibus  
expositione indigentibus.*

*Caput. 23.*

**A**Ccedi quidem posset iam ad finē. **A**perducta tota de oratione suscepta disputatio, nisi dialectici post Aristotelē quædā huic tractationi addidissent, quæ prorsus ignorare nō conuenit. Hæc verò sunt expositiones quarundam enunciationum, quæ, quia propter quædā particulas obscure fūnt, & expositionē indigēt, exponibiles vulgo appellantur. Haruni igitur quoad satis videatur tradēndā est hoc loco explicatio, ne quis absque præmeditata cognitione in eas dissenserendo inciderit, nō facile ab eis se possit expedire. Atque ex quam plurimis, quas recentiorū nimia fortasse diligentia exposuit,

Exponibi  
les cur di-  
cantur.

B

ex-

exclusuas tantum nos, exceptiuas, & reduplicatiuas, ut vocant, quā brevissime explicabimus. Quoniā reliquæ aut parū exhibent negotij, aut nisi in reconditissima philosophia, plane, ac dilucide intelli-  
gi non poslunt. Vuerunt autem huic in-  
dī enunciationum expositiones in hunc  
locum necessario differēdæ, quia sine cog-  
nitione cōiunctarum enunciationum do-  
ceri nequeunt.

### *De Exclusiis enunciationibus.*

#### *Caput. 24.*

**A**XCLUSIÆ enunciationes dicuntur, que constant signo exclusio, qualia sunt utræ, quæ. Tantum, Solum, Vntaxat, &cetera si quæ sunt eiusdem significationis. Huiusmodi autem signa aliquando excludunt quid efficiantur, ab eodem subiecto, ut si dicas, Prædicamenta sunt tantum decē, Homo est tantum animal rationale: aliquando excludunt alia subiecta ab eodē prædicato, seu (ut aptius loquar) à participatione eiusdem prædicati, ut si dicas, Solum animal est sensus capax, solus homo sermone vtitur. Hinc fit, ut duo sint exclusiarum enunciationum genera, quo-

O rum onum.

Duo gene-  
ra exclusi-  
varum enun-  
ciati-

rum prius vocari potest exclusi prædicati, posterius exclusi subiecti, quod signum in priori genere excludat aliquid prædicatum, in posteriori aliquid subiectum,  
**E**xclusioe ut patet in traditis exemplis. Quatuor **B** autem modis efferruntur exclusioe utriusque generis secundum immediatam affirmationem, & negationem sigui, & verbi. Aut enim utrumque affirmatur, hoc est, non negatur, ut in traditis exemplis: aut solum signum affirmatur (ita nimirum, ut saltem non immediate negetur) veluti si dicas, Sola substâlia non est in subiecto, Prædicamenta non sunt **C** tantum quinque: aut utrumq; immediatè negatur, ut si dicas, Prædicamenta non sunt non tantum deinceps, Non solum animal non est sensus capax: aut solum signum immediatè negatur, ut si dicas, Prædicamenta sunt non tantum quinq; Non solum animal est viuens. His ita constitutis, aduerte utrumque genus exclusiarum tam exclusi prædicati, quam exclusi subiecti, exponi enunciatione una conjuncta, seu hypothetica, composita ex duabus simplicibus: quæ quidem expónentes dici solent. Harum prior (quæ  
**G**eneralis ratio exponendi exclusas.

vocatur præiacens) constat eodem subiecto, eodemque prædicato quibus constat pones, seu enunciatio exponenda, siue exponibilis, præiacens, ut vocant, detracto tamen signo. Posterior verò (quæ cum peculiari nomine Posterior careat secunda exponēs, duntaxat appellari solet) cùm exponit quidem exclusuas prioris generis, constat eodem subiecto, & excluso prædicato cùm autem exponit exclusuas posterioris, constat eodem prædicato, & excluso subiecto. Ceterum ex priori exclusuarum genere due tantum formæ à nobis exponendæ sunt, ea nimirum, in qua & signum, & verbum affirmantur, ut Prædicamenta sunt tantum decem & ea, in qua solum verbum immediatè negatur, ut Prædicamenta non sunt tantum quinque. Nam reliquæ due formæ non sunt fere in usu. At ex posteriori genere, cùm omnes usurpentur, omnes sunt exponendæ

Expositio

D<sup>r</sup> exclusi prædicati appellaimus, si utrūque ex parte affirmatiæ fuerint, exponendæ erunt copulatiæ, priori exponente affirmatiua, & posteriori negatiua, hoc modo: Prædicamenta sunt

O*ij tan-*

**I**tantum decem, id est Prædicamenta sunt deceim, & non sunt plura, quam deceim: Homo est tantum animal rationale, id est, Homo est animal rationale, & non est aliquid ultra animal rationale. Si autem solum verbum immediate negauerint, exponendæ erunt disiunctiæ, priori exponente negatiua, & posteriori affirmatiua hoc modo, Prædicamenta non sunt tantum quinque, id est, Prædicamenta non sunt quinque: vel sunt plura, quam quinq; Homo non est tantum animal, id est, Homo non est animal, vel est aliquid rationi. ultra animal. Nec vero satis est ita expondere negatiuas, Prædicamenta non sunt tantum, quinq;, id est, Prædicamenta sunt plura, quam quinq;: Homo non est tantum animal, id est, homo est aliquid ultra animal. Sæpe enim expositio hec falsa reperietur, ut si ita dicas, Hæc prædicamenta (designatis nimisrum mete decem predicamentis) non sunt tantum viginti, id est, sunt plura, quam viginti: Hic lapis non est tantum animal, id est hic lapis est aliquid ultra animal. Nam enuntiationes, quæ exponuntur, sunt veræ (cum contradicentes earum falsæ sint) exponentes autem

autē sunt false. Sed de hoc genere exclusiuarum nū amplius dicendū est. Exclusiū autē posterioris generis, quas exclusiū subiecti nominauimus, si & signum, & verbum affirmauerint, exponēdā erunt copulatiue, priori exponente indefinita, siue particulari affirmatiua, & posteriori vniuersali negatiua hoc modo: Tantum animal sentire potest, id est, animal sentire potest, & nihil quod non sit animal, sentire potest. Si verò solum signum affirmauerint, exponantur copulatiue, priori indefinita siue particulari negatiua, & posteriori vniuersali affirmatiua hoc modo. Tātām substantia non est in subiecto, id est, substantia non est in subiecto, & omne quod non est substantia, est in subiecto. Si autem utrumque negauerint, exponantur disiunctiuē, priori vniuersali affirmatiua, & posteriori particulari negatiua hoc modo: Non solum animal non est sensus capax, id est, omne animal est sensus capax, vel aliquid, quod non est animal, non est sensus capax. Si deniq; solum signū negauerint, exponantur disiunctiuē, priori vniuersali negatiua, & posteriori particulari affirmatiua hoc modo:

O iiiij Non

Expositio  
exclusiū  
rū exclusi  
subiecti.

I

2

3

Cōparan- Non solum animal est viuens, id est, nul-  
 tur inter lūm animal est viuens, vel aliquid, quod  
 se exposi- non est animal, est viuens. Itaque si recte  
 tiones. attēdas, videbis, enūciationes, quæ signu-  
 affirmant, id est, primam, & secundam,  
 exponi copulatiuē, priori q; exponente in-  
 definitā, siue particulari (quæ idē valent  
 hoc loco) & posteriori vniuersali: contrā  
 verò quæ signum negant, id est, tertiam,  
 & quartam, exponi disiunctiuē, ac priori  
 exponente vniuersali, & posteriori parti-  
 culari. Videbis etiam eas, quæ & signum,  
 & verbum simul affirmant, aut negant, id  
 est, primam, & tertiam, exponi priori af-  
 firmatiua, & posteriori negatiua: contrā  
 verò eas, quæ alterum affirmant, alterum  
 negant, id est, secundam, & quartam, ex-  
 ponni priori negatiua, & posteriori af-  
 firmatiua. Denique primam, & quartam con-  
 tradictorijs exponētibus exponi: & simi-  
 liter secundam, & tertiam. Primam verò,  
 & tertiam subalternis, & eodem modo  
 secundam, & quartam.

*De oppositione exclusiarum  
 exclusi subiecti.*

*Caput. 25.*

Non

**A**NON inutile quoque fuerit si harum  
enunciacionum (exclusi nimirum  
subiecti) oppositionem intelligas. Aduer-  
te igitur primam, & secundam vocari cō-  
trarias: tertiani, & quartā subcontrarias:  
primam verò dici contradictoriam quar-  
tæ, & secundam tertiæ: deniq; primam cē-  
seri subalternantem tertiæ, & secundam  
quartæ, quod illis conueniat conditiones  
earū oppositarū, & subalternarum, quarū  
appellationem fortiusq; Id quod ad-  
hibita expositione cuiusq; haud magno  
labore intelliges. Verūm ut hæc melius  
teneas, accipe has quatuor dictiones.

Cōtrarie.  
Subcon-  
trarie.  
Contradi-  
centes.  
Subalter-  
næ.

Igne Tonans Malos Perdit.

Verba que  
memoria  
iuuare  
possint.

Quæ quidem quatuor prædictis enun-  
ciationibus eo ordine, quo à nobis pro-  
positæ sunt, respondent. Deinde aduerte,  
in singulis esse duas vocales, quæ signifi-  
cant qualitatem, & quantitatem expo-  
nentium, A vniuersalem affirmatiuam, E  
vniuersalem negatiuam, I particularem  
affirmatiuam, & O particularem negati-  
uam. Hec si animaduerteis, simulque <sup>a</sup> Cap. Super-  
duo illa, quæ paulo superius <sup>in</sup> diximus,

in memoriam reuocaueris, primam scilicet, & secundam enunciationem esse exponendas copulatiuē, reliquas disiunctiuē, itemq; priorem exponētem eodem prædicato: eodemq; subiecto cōstare debere, posteriorem verò eodem prædicato, sed excluso subiecto, facile, ac expeditè harū enunciationum, & expositionem, & oppositionem memoria retinebis. Id quod totum in hac descriptione perspicitur.

Subalternans.

Subalternans.

Tantūm animal est ægrum

Id est.

Ig. Animal est ægrum, &  
ne. Nihil, quod non sit a-  
nimal, est ægrum.

Tantūm animal nō est ægrum.

Contrariæ.

Id est.

To- Animal non est ægrum, &  
nās. Omne, quod non est ani-  
mal, est ægrum.

Subalternæ,

Contra

Contra

dientes.

dientes.

Subalternæ.

Non tantūm animal  
non est ægrum.Non tantūm animal  
est ægrum.

Sub-

## Subcontrariæ.

Id est.

Id est.

**M**a  
**los.** Omne animal est ægrū, *Per Nullum animal est egrū,*  
vel Aliquid quod non *dit.* vel Aliquid quod non  
est animal, non est æ-  
grum.

## Subalternata.

## Subalternata.

**B** Duo tamen adhuc admonebo, quæ  
trito sermone in hac materia dicuntur.  
Alterum est, Dictionem exclusiūam non  
excludere cōcomitātia, hoc est, ea, quæ  
subiectū exclusiūe necessario consequun-  
tur. Exempli causa, cum dico, Tantūm  
homo loqui potest, non excludo animal,  
nec alia, quæ necessario de homine prēdicā-  
tur, quasi negem illa loqui posse, sed solū  
excludo à participatione sermonis quic-  
quid non est homo Alterum est, Exclusi-  
ūam signi, & verbi affirmati conuerti in  
vniuersalem affirmatiūam. Hæ siquidem

Dictio ex  
clusiūam  
excluit  
concomi-  
tātia.

**C** sunt bonæ conuersiones, Tantūm animal  
est ægrū, igitur omne ægrum est animal:  
Solus homo sermone utitur, igitur omne  
quod sermone utitur, est homo: & ita re-  
liquæ huius formæ.

Conver-  
sio  
exclusiūam  
omnino  
affirma-  
tiūam.

## De exceptiis enunciationibus

## Caput 26.

O. v. Ex.

Exceptio-  
nē, quē.  
Quid effi-  
ciat signū  
excepti-  
uum,

Id à quo  
fit excep-  
tio, vere  
dici debet  
de eo,  
quod exci-  
pitur.

Id à quo  
fit excep-  
tio notari  
de eo si-  
no vniuer-  
sali.

**A**Xceptiūm enunciationes dicūtur, quē A  
conīstant signo exceptiō, quale est  
Prēter, & si quod est aliud eiusdem signi-  
ficationis. Hoc verō signum fere semper  
excipit aliquod subiectum à participatio-  
ne, cōsortio vē prædicati, vt si dicas, Omne  
animal prēter hominem, est rationis ex-  
pers. Verū ne hoc loco ineptas excep-  
tiones admittamus, relegandae hinc sunt  
illae in quibus, id, à quo fit exceptio, non  
verē dicitur de eo, quod excipitur. Quis  
enim audiat ita loquentem, Omnis ho-  
mo prēter belluam est rationis parti-  
ceps. Itaque solas eas exceptiūas admit-  
tam̄is hoc loco, in quibus id, à quo ex-  
ceptio fit, verē affirmatur de re excepta.

**B**Quanquam verō id, à quo fit exceptio C  
nonnuquām signo particulari notatur,  
vt si dicas, Aliquis rex prēter Crōsum  
fuit diues, Aliqua regio prēter Italiam est  
ferax bonorum ingeniorum, ratio tamen  
exceptionis poscere videtur, vt id, à quo  
fit exceptio notetur signo vniuersali. Ex-  
cipere enim est à toto genere partem de-  
trahere, Itaque minus propria censenda  
est exceptio, cūm id, à quo fit exceptio,  
notatur signo particulari: quo sit, vt de  
ea

D ea in præsentia nobis loquendum non sit. In exceptiis igitur enunciationibus, quemadmodū in exclusiis, vel signum, & verbū affirmantur, vt si dicas, Omne mobile, præter cœlum, interire potest: aut solum signum affirmatur, vt omne animal, præter hominem, non est rationis particeps aut utrumque negatur, vt si dicas, Non omne mobile præter cœlum, non potest interire: aut signum duntaxat negatur, vt si dicas, Non omne animal præter hominem est bipes. His etiam omnibus hoc commune est, vt exponantur una quadam coniuncta enunciatione composita ex duabus exponentibus simplicibus, quarum prior constet eodem subiecto, & predicato ( ita tamen, vt in subiecto negetur id, quod excipitur, de eo, à quo excipitur ) posterior autem constet eodem predicato, & eo tantum subiecto, quod excipitur. Prima itaque exceptua exponitur copulatiuè, priori exponente vniuersali affirmatiua, & posteriori vniuersali negatiua hoc modo: Omne mobile, præter cœlum, interire potest, id est, omne mobile, quod non est cœlum interire potest,

&amp;

Commu-  
nis ratio  
exponen-  
di excep-  
tiuas.

- 2** & nullum cœlum interire potest. Secunda, quæ est contraria primæ, etiam copula latine exponitur, sed priori exponente vniuersali negatiua, & posteriori vniuersali affirmatiua hoc modo, Omne animal præter hominē non est rationis particeps, id est, nullū animal, quod non est homo, est rationis particeps, & omnis homo est rationis particeps. Tertia verò, quæ est subalternata prius, & contradictria secundæ, exponitur disiunctiue, priori exponente particulari affirmatiua, & posteriori particulari negatiua hoc modo, Non omne mobile præter cœlum non potest interire, id est, Aliquod mobile, quod non est cœlum, potest interire, vel aliquod cœlum non potest interire. Quarta denique, quæ contradicit primæ, subalternatur secundæ, & est subcontraria tertiae, etiam disiunctiue exponitur, priori tamen exponente particulari negatiua, & posteriori particulari affirmatiua hoc modo. Non omne animal præter hominē, est bipes, id est, Aliquod animal, quod non est homo, nō est bipes, vel aliquis homo est bipes, Atq; ita patet, priores duas exponi copulatiue,
- item-

Comparā  
tur inter  
se exposi-  
tiones.

itemq; exponentibus universalibus duas  
vero reliquas disiunctive, & exponētibus  
particularibus. Præterea, exponentes cō-  
trariarum esse contrarias, subcontrari-  
arum subcontrarias, contradicentium  
contradicentes, & subalternarum subal-  
ternas. Quæ omnia cernes in sequenti  
descriptione, notatis primitu his quatuor  
dictionibus.

Cautè Cedas Prisco Mori.

Quæ eodem modo indicant exponentes  
exceptuarum, quo superiores exclusiu-  
rum. Prima enim significat exponentes  
primæ, & cæteræ, quæ sequuntur, eodem  
ordine exponentes reliquarum.

Subalternans.

Subalternans.

I

Omne mobile præter cœlum  
interire potest.

2

Omne mobile præter cœlum  
non potest interire:

Contrariæ.

Id est.

**Cau-** Omne mobile, quod Ce-  
se. non est cœlū, interire  
potest, & Nullum Cœ das.  
lum interire potest.

Id est.

Nullum mobile, quod  
non est cœlū, interire  
potest, & Omne cœ-  
lum interire potest.

|             |                  |             |
|-------------|------------------|-------------|
| Subalternæ, | Contra dicentes. | Subalternæ, |
|             | Contra dicentes. |             |

3

Omnis mobile præter cœlum  
non potest interire.

4

Omnis mobile præter cœlum  
in cruce potest.

Subcontrariæ.

Id est.

*Pris-* Aliquod mobile, quod  
non est cœlum, niterire  
potest vel

*co.* Aliquod Cœlum inte-  
rire non potest.

Subalternata.

Id est.

*Mo-* Aliquod mobile, quod  
non est cœlum, non po-  
test interire, vel

*ri.* Aliquod cœlum inte-  
rire potest.

Subalternata.

### De reduplicatiis enunciationibus.

Reduplicatiæ,

que dicantur.

Dictione re-  
duplicans,Duplex se-  
cundo di-  
ctionis ge-  
minantis.

Caput: 27.

**E**nunciationes reduplicatiæ dicun-  
tur que constant dictione geminata,  
seu reduplicante, ut vocant: Veluti si di-  
cas, Homo quatenus est homo, est disci-  
pue gemi plura capax. Illa enim dictio, Quatenus,  
quia apta est ad aliquid geminandum, &  
iterandum, reduplicans & reduplicatiua  
dici solet, quemadmodum, Quà, Qua-  
ratio ne, &cæteræ omnes eiusdem signi-  
fica-

A

B ficationis. Duobus autem modis accipi-  
 untur huiuscenodi dictiones. Vno, spe-  
 cificatiuè, vt vocat, altero reduplicatiuè.  
 Tunc huiusmodi voces accipiuntur spe-  
 cificatiuè, cum notant in subiectis rati-  
 onem aliquam secundum quam, vel cù  
 qua ipsis conueniunt prædicata, vt si di-  
 cas, Socrates quatenus capillos habet, est  
 crispus: Plato qua est albus est grāmati-  
 cus. Verus enim sensus prioris enuncia-  
 tionis est Socratis conuenire crispitudinē  
 (vt sic loquar) secundum capillos poste-  
 rioris autem, Grammaticam Platonis  
 non impidire quominus idem sit albus.  
 atque ad hoc genus enunciationum per-  
 tinent illæ, in quibus dictiones redu-  
 plicatiuæ in eo sensu usurpantur, quo  
 significant conditionem sine qua non  
 (vt appellant) hoc est sine qua præ-  
 dicata non conueniunt subiectis, vt si  
 dicas, Ignis quatenus prope est, seu qua  
 ratione prope est, calefacit, Tūc vero hu-  
 iuscemodi dictiones accipiuntur redupli-  
 catiuè, cum significat aliquid, quod sub-  
 iecto conuenit, esse causā cur illi conueniat  
 prædicatū: vt si dicas, Socrates quatenus  
 est homo est discipline capax. Sēsuse nim  
 pro-

Specifica-  
tiuè,

Redupli-  
catiuè.

proprius, ac præcipuus huius enunciatio-  
nis est, naturam humanam, quæ Socrati  
conuenit esse causam cur illi conueniat  
docilitas, Omissa igitur priori acceptio-  
ne, quæ minus propria est, quod ad po-  
steriorem attinet, animaduertendum est,  
enunciationum, in quibus reduplicativa  
dictio hoc pacto sumitur, quatuor esse ge-  
nera, Aut enim reduplicatio, & verbum  
affirmantur, ut si dicas, Homo quatenus  
homo est disciplinæ capax: aut verbum  
tantum, ut si dicas, Homo quatenus ho-  
mo, non est disciplinæ capax: aut utrūq;

**Ratio ex-** negatur, ut si dicas, Homo non quatenus  
ponendi homo non est disciplinæ capax: aut sola  
reduplicatio, ut si dicas, Homo non qua-  
tenus homo, est disciplinæ capax. Ad  
ciuationes, sunt qui huiusmodi enunciations tam  
multis exponentibus explicit, ut rem  
magis obscurare videantur. Satis certe  
videtur esse, si pro istarum expositione lo-  
co verbi Quatenus, ponatur verbū, Quia,  
propriæ acceptum, siue qua ratione indi-  
cat causam, ut dictum est. Hoc enim pa-  
cto non admodum difficile erit earū sen-  
sum intelligere. Quod si eo verbo posito  
non dum satis aperta fuerit enunciatio,

ex ijs quæ supra<sup>a</sup> de causali enunciati-<sup>a</sup>  
one dicta sunt, petenda erit explicatio. <sup>Cap. 26.</sup>  
Atque hactenus utiliter de enunciatio-<sup>21.</sup>  
nibus, quæ expositione indigent. Reliqua  
quæ in hac re dici solent, si persequi velis  
inaniter tempus expendes.

## Finis Tertij Libri.

P



226  
INSTITUTIONVM  
DIALECTICARVM.

LIBER III.  
*De ordine, ac modo tradendi partes  
Dialecticæ: item quid sit diuisio.*

Caput I.

Institutū  
librorū ie-  
quentium



Xplicatis ijs omnibus,  
quæ tribus differendi mo-  
dis, Diuisioni inquam,  
Definitioni, & Argumen-  
tationi sunt communia,  
sequitur ut ad ea, quæ sin-

Quo pa-  
sto in his  
duebus li-  
bris de di-  
uisione ac  
definitio-  
ne agen-  
dum sit.  
gulorum propria sunt, veniamus. Ac de  
diuisione quidem, & definitione, qua ra-  
tione per se considerantur, & speciales dif-  
ferendi modi existunt, (sic enim à nobis  
in præsentia tractabuntur) nullum opus  
habemus ab Aristotele ex instituto editū.  
Attamen si ex ijs, quæ ille argumenta-  
tionis causa in Analyticis, & Topicis de  
hisco differuit, ea, quæ ad hunc locum  
attinent, desumpserimus, aliaque non  
nulla ex alijs libris, præsertim Metaphy-  
sicis, asciuerimus, nihil præterea erit,  
quod

- A quod magnopere videatur requirendum. Maiores  
 Nam & si multa sunt, quæ de deuisiōe, & difficulta-  
 definitione quæri, ac disputari possunt, tñ  
 difficultima quæq; non ad Dialecticū, sed  
 ad Metaphysicum spectant. Diuisio igitur,  
 quod ad Dialecticū attinet, est ora-  
 tio, qua totum in suas partes diuiditur:  
 vt si dicas, Hominis altera pars est ani-  
 mus, altera corpus: Animalium aliud ho-  
 mo est aliud bestia. Totum, quoddiuidi-  
 tur, & à quo incipit diuisio, Diuisū apud  
 Dialecticos appellatur: partes vero, in  
 quas diuisio finitur, ac terminatur, Mé-  
 bra diuidentia, vel membra diuisionis  
 dicuntur. Hinc intelliges diuisionem es-  
 sequendam sciendi modum. Nam cum  
 totum in suas partes diuiditur, tunc di-  
 stinctè quæ totum est declaratur.

*De distinctione vocis multiplicis.*

Caput. 2.

- A **D**plex vero diuisio traditur à Philo  
 sophis: altera vocis multiplicis, quæ  
 Distinctio nominatur altera rei, quam visionis.  
 in Partitionem, & in eam, quæ magis  
 proprie diuisio appellatur, distribuunt.  
 P ij Distin-

distinctio  
quid.

Distinctio est diuisio vocis multiplicis in suas significationes, aut sensus: ut si dicas, Huius vocis Aetum alia significatio est, qua significat acutam figuram, alia, qua transfertur ad sonum acutum, alia, qua ad saporem acutum: & huius orationis, Litus aras, alter sensus est, quod litus aratro proscindas, alter, quod operam perdas. Hoc dictum intellige de vocibus multiplicibus, quae nec habent varias significationes, nec varios sensus æque principales, sed tales, ut in ipsis siue significationibus, siue sensibus, aliquam videre licet vnitatem ordinis, aut proportionis, ut patet in traditis exemplis. Nam si vox multiplex habuerit plures significationes, aut sensus æquè principales sine ordine vello, aut proportione, que aliquam faciat vnitatem significationis ( ut haec vox Gallus, quæ ex quo significat hominem Gallum, & gallum auem, & haec oratio, Audiui Grecos viciisse Troianos, quæ æquè significo, audiuisse me: quod Greci vicerint Troianos, & quod Troani Grecos) non videbitur eius distinctio ad ultimum genus divisionis pertinere. Id enim modo non diuiditur quod nullo modo est unum

Id non  
propriè  
diuiditur,  
quod nul-  
lo modo  
est unum.

C

num, cum totum, ut docet Aristoteles,<sup>a</sup>  
 vnum quiddā, qua totum est, esse debeat. 5. metaph.  
 Siue igitur ita dicas, siue huiusmodi vo- 26. tex. 35.  
 ces modo aliquo diuidi concedas (potest  
 enim earum multiplicitas quodammo-  
 do dici vnum, ratione vnius vocis, in qua  
 cernitur) omnis enumeratio significati-  
 onum, aut sensuum vocis multiplicitis seu  
 propriè diuisio sit, seu quodammodo diui-  
 sio, nomine distinctionis propriè com-  
 prehenditur: de qua omni, ut de re in dis-  
 serēdo pernecessaria multa precepta tra-  
 dit Aristoteles.<sup>b</sup> Hæc de primo diuisionis  
 genere dicta sint. Nunc alterum, quod  
 partitio nominatur explicemus.

Omnis di  
uisio vo  
cis multi  
plicis etiā  
impropri  
a; propriè  
dicitur di  
uisio.

1. Top. 11.

De partitione. Caput. 3.

A Partitio est diuisio totius quāti in par-  
 tes, quibus integratur, partium in-  
 tegrantium nomine intelligo eas, qui-  
 bus tota aliqua magnitudo aut multi-  
 tudo extensa est. Hoc modo mēbra cor-  
 poris humani sunt partes integrantes  
 corpus humanum, & ordines Reipu-  
 blicæ totam integrant Rēpublicam. Quoniam  
 vero partes integrantes aut

Partitio  
quid.

Partes in-  
tegrantes.

Iij sunt

210 INST. DIALECT.

sunt ὁ μογενῆς, hoc est, eiusdē naturæ,  
ac appellationis cūtoto, quas cognatas,  
& similares vocat, vt partes carnis, & par-  
tes aquæ) quælibet enim pars, quæ car-  
nem integrat, caro est, & quælibet aquæ,  
est aqua) aut ἐτεγογενῆ, id est diuersæ  
nature, ac appellationis, quas multige-  
nas, & dissimilares nominant, vt membra  
corporis humani, & partes domus, (neq;  
enim digitum dixeris esse corpus huma-  
num, aut parietem domū) fit, vt duplex  
sit diuisio in partes integrantes, siue par-  
titio altera, qua totum diuiditur in par-  
tes similares, altera qua in dissimilares.

Duplex  
partitio. Priori modo diuiduntur quantitates cō-  
tinuae & alia pleraque, vt aér, aqua, &cæ.  
corpora simplicia: posteriori diuiduntur  
quantitates discretæ, animaliū corpora,

Diuisio to-  
tius pote-  
statis ad  
partionē  
reuoocatur  
a

composita. Ad hāc diuidēdi formiam re-  
uocari potest diuisio totius potestate, seu  
virtute, in suas vires, seu potentias, quæ  
sæpe numero apud Aristot. partes vocan-

Vt passim  
libris de  
anima.

tur: vt si dicas, animi rationalis altera  
pars est, qua intelligit, altera, qua cupid.  
Causa huius reuocationis est, quia vt res  
extēsa cōstat suis partibus integrantibus  
quoad

quoad totam extensionem, sic res, quae multas habet vires constat suis virtibus, potentis sue quoad tota potestate quae extensio quedam rei merito censeri potest. Quod si quis contendat hoc genus divisionis potius numerandum esse inter divisiones per accidentes de quibus inferius agendum est, (nec enim dubium esse debet quin partes potestatis accidentat rei cui tota potestas accedit) occurrendum est partes potestatis, & si accidunt rei cui tota potestas accedit sumpta re quoad essentiam suam non tamen illi accidere si res sumatur quoad totam potestatem, quo pacto nomen rei in hoc genere divisionis sumitur.

Obiectio.

Solutio.

*De divisione physica totius essentialis.*

Caput. 4.

**A**D huiusmodi, ut à distinctione vocis multiplicis, & à partitione secernitur, duplex est, altera totius essentialis, altera totius universalis. nomine totius essentialis intelligo id, quod habet essentiam cōpositā ex materia & forma cōmuni aut ex genere & differentia. Qua quidem ratione dicuntur tota essentialia homo,

Totum essentialē.

Totū unī versale.

angelus, color & reliquæ species, rerum,  
quaæ per se ponuntur in prædicamentis.

Totum verò eniuersale accipio respectu B  
partium, quæ illi subiunctione essentiali-

<sup>2.</sup> part, seu de quibus illud dicitur ut de sub-  
iectis, vt loquitur Aristoteles: a quo pacto

<sup>3.</sup> Duplex di- substantia, & corporeum dicuntur tota  
uisio to- vniuersalia respectu hominis, aut anima-  
tui essen- lis. Porro diuisio totius essentialis, duplex

tialis. est altera realis, siue physica, altera ratio-  
nis, siue metaphysica. Diuisio physica to

C que. tias essentialis est, qua totum esseentiale  
Materia. diuiditur in materiam & formam. Ma-  
teria (vt pingui Minerua reexponamus)

Forma. est subiectum formæ substancialis. Forma  
verò est substancialis perfectio materiæ.

Hoc modo corpus dicitur materia homini-  
nis, & animus forma: Vnde fit ut diuisio,

qua dicimus, hominis alteram partem es-  
se animu alterani corpus sit diuisio phy-

sica. Dici autem solet hæc diuisio realis,  
Cur dimi- sio hæc di- ac physica, quia fit in partes re diuersas,

sio & rea catur phy ex quibus essentiae eius, quod diuiditur,  
sica & rea naturaliter composita est. Ad hanc diui- D

lis. sionem reuocator diuisio compotiacci-  
ficio ad dentalis in subiectum & accidentis: vt si

physicam dicas, Æris figurati altera pars est æs, al-  
teram

Præd. 2. &

Duplex di-  
uisio to-  
tui essen-  
tialis.

Diuisio  
physica  
que.

Materia.  
Forma.

Cur dimi-  
sio hæc di-  
sio & rea

physicam

re

re

re

re

tera figura. Reuocatur etiam diuisio quā titatu in continuarum in partes diuisibiles, & indiuisibiles, (si in medijs quantitatibus continuis dantur acto indiuisibilia) quoniam diuisibiles sunt similes materie, indiuisibiles autem formæ; quo puto linea duorum palmorum diuiditur in duos palmos, & in punctum, quo palmi copulantur.

*De diuisione metaphysica totius*

*essentialis, Cap. 5.*

**D**iuisio metaphysica totius essentialis est ea qua totum esse entale diuiditur in genus & differentiam cuiusmodi est oratio, qua dicimus, Hominis altera partem essentiale esse animal, alteram rationale. Dicitur autem hæc diuisio rationis, & metaphysica, quia non sit in partes re diuersas sed ratione sola, qui diuidendi modus Metaphysicorum est penè proprius, ac peculiaris. Nam, ut in eodem exemplo persistam, animal & rationale, quæ de homine dicuntur, eadem prorsus res sunt, sed tamen homo secundum eam rationem, qua conuenit cum brutis animalibus est, & dicitur animal, secundum eam verò, qua ab eisdē distin-

Cur diui-  
sio hæc di-  
catur ra-  
tionis, &  
metaphy-  
sica.

P v guitar,

Diuisio in guitar, est, & dicitur rationalis. Ad hanc diuidui in diuisionem reuocatur diuisio indiuidui specie, & (quod sipe Aristoteles a comparatione differen- speciei vocat ipsum totum) in specie & tiam indi differentiam indiuiduantem, ut cum ra- uidenter. tione, considerationeque ex ipsa natura

<sup>a</sup> Ut 7. Me. rei ducta resoluimus Socratem in homi- taphy. 10. nem, & eam differentiam, qua à cæteris & 11. text. hominibus distinguitur. Homo enim 33. & dein communis, & differentia indiuiduans, cœps.

ex quibus Socrates constitui dicitur, ea- dem omnino res sunt: verum Socrates se- cundum eam rationem, qua cum cæteris hominibus conuenit, est, ac dicitur homo, secundum eam vero, qua differt ab eisdē, est, & dicitur hic designatus homo, ac indiuiduus. Si quis autem querat, cur haec diuisio indiuidui non sit cōprehensa sub- diuisione totius essentialis, sed ad quan- dam eius speciem renocetur, presertim cum indiuiduum non videatur excludē-

## Dubitatio

dum à ratione totius essentialis: respon- dendum est, causam huius rei esse, quia quemadmodum apud Philosophos non agitur directo, ac ex instituto de defini-

<sup>b</sup> Lib. j. c. 8. tione indiuiduorum, ut infrā b patebit, ita nec de illorum diuisione. Atque hec eadē

eadem est causa, obquam indiuiduum in ratione totius essentialis comprehesum non est. Sed accurior huius rei perscrutatio nec ad hunc locum, nec fortasse ad hanc artē pertinet. Hac de diuisionib[us] totius essentialis videntur satis.

*Est enim metaphysica.*

*De diuisione totius vniuersalis in partes subiectas.*

*Caput. 6.*

A **D**iuisione totius vniuersalis in partes subiectas, seu de quibus dicitur ut diuisione de subiectis complectitur, ut placet Aristoteli, diuisionem generis in species, speciei in indiuidua, & differentiæ in species, aut indiuidua. Hæc enim omnia ac sola prædicantur de suis partibus ut de subiectis, seu essentialiter, ut ex prædicamētis apertum est Exempla sunt. Animantium aliud est homo, aliud bestia. Hominum alias est Socrates, alias Plato, alias verò cæteri. Animatorum, alia sunt animalia, alia plantæ. Rationalium aliud est Petrus, aliud Ioannes, alia verò cæteri homines indiuidui. Princeps ha- rum diuisionum, (imo & omnium) est diuisionis

*Diuisionis generis in species*

*princeps omniū diuisionum.*

diuisio generis in species quam ut nobilis  
simam, & in philosophia maxime neces-  
sariam magnis laudibus extulit Plato.<sup>b</sup>  
Sed & hæc, & reliquæ huius classis, faci-  
lè intelliguntur ex ijs, quæ in explicandis  
quinq; vniuersalibus diximus: quanquā  
non ita facile reperiuntur, quia maxima  
ex parte ignotæ nobis in hac vita sunt re-  
rum naturæ; & essentiæ, Ad diuisiones ge-  
neris in species, & specierū in individua

<sup>b</sup>  
In Phæ-  
dro & a-  
libi.

Rerum es-  
sentiaz fe-  
rè ignorā-  
tur.

Diuisiones quo-  
rūdam a-  
nalogorū

B

reuocantur diuisiones quorundam ana-  
logorum, vt cùm dicimus, Principiorum  
aliud est principium viæ, aliud principiū  
motus, aliud principiū temporis &cæ-  
tera: item accidentium alia sunt quanti-  
tates, alia qualitates, alia relationes, alia  
extrinsecus adiacet. Nam & si huiusmo-  
di analogia non pædicatur de membris  
diuidentibus ut genera, aut species, ta-  
men eorum pædicatio proximè ad ge-  
neris aut speciei pædicationem accidit.  
Loquitur autem non de vocibus analogis  
(harum siquidem diuisio in suas signifi-  
cationes ad distinctionem vocis multi-  
plicis pertinet) sed de rebus significatis.  
Nec verò de omnibus analogis id, quod  
dixi, intelligendū esse volo, sed de ijs tan-  
tum

tum, quarum nomina pro omnibus membris diuidentibus accipi solent, cum sim pliciter, atque absolute ponuntur: cuiusmodi sunt, quae attulimus in exempla. Si enim dicas, Principium est primum unde aliquid est, aut sit, aut cognoscitur (quo pacto Aristoteles describit principium futissime acceptum, pro omnibus principijs accipietur nomen principij. Quod idem accidit in nomine accidentis, quod in nouem accidentium supremam genera. <sup>c</sup> Metaph. diuiditur, aliorumq; multorum analogorū, ut Mucus, Causæ & similiūm, cum eorum significata definiuntur. Quod si analogum fuerit eiusmodi, ut eius nōmē absolute, & sine adiectione positum non pro omnibus membris diuidentibus accipiatur, sed pro precipuis duntaxat rebus significatis ut homo analogicè communis ad veros & depictingos (etenim cum hoc non enī Homo sine adiectione in enī eiatione ponitur, semper accipitur pro solis veris hominibus, ut cū dicimus, Homo est animal, Homo est ens) diuidi sanè non poterit in membra analogica. Si enim dicas, Hominū aliud verus, aliud depictingus est, non feceris veram diuisionē quia

quia nomen diuisi pro solis veris hominibus accipitur. Id quod facile est cerne-re in exteris huiusmodi.

**C**olligitur numerus quinque supradictarum diuisionum per se: totidemque adduntur diuisiones per accidens. **C**aput. 7.

**H**ÆC quinque diuisionum genera, **A** hac ratione colligipossunt. Totum, quod diuiditur, aut est vox multiplex, habens nimirum multas significationes, sensusue, aut res continens multas par-tes. Si vox habens multas significationes, aut sensus, primo diuisionis genere diui-ditur. Si vero est res quæ multas partes cōtinet autc omparatur cum partibus à quibus integratur, aut cum ijs, à quibus secundum essentiam constituitur, aut cum partibus sibi subiectis. Sicut ijs, à quibus integratur, diuiditur secunda diuisionis forma: si cum ijs, à quibus secundū essentiā re ipsa constituitur, diuiditur tertia: si vero cū ijs, à quibus sola ratione, diuiditur quartā: si deniqnecū partibus subiectis, diuiditur quintā. Cū igitur aliis diuidēdi modus esse non videatur

(nam

Nā si quis aliis occurrit, facile ad hoc reuocabitur ) efficitur ut quinque tātum sint diuisionū genera. Verū enim vero, hæc oēs diuisiones, vt eas hactenus explicauimus, sunt diuisionēs per se. Diximus enim, diuisionē esse orationē, qua totū diuide-  
retur in suas partes, hoc est, in eas quæ ratione sui, seu per se (quod idē est) sunt partes totius. Huiusmodi enim simpliciter, & absolutē dicuntur rei partes Atq; hæc quidē aut totius & quiuocationē, ambiguitatem verē efficiunt, aut ipsū verē integrant, aut eius essentiā re, aut ratione con-  
stituunt, aut illi subjiciuntur, vt dictū est.

B Ceterum cūm sēpe totum in alia quædā quasi in suas partes diuidatur, vt nūc patebit, efficitur ut quoē sunt diuisiones per se, tot fieri possint diuisiones per accidens. Distinctio quidem vocis multiplicis, veluti si dicas, Huius vocis Acutum, alia significatio est qua significat id quod stimulat tactum, alia qua id, quod pungit auditum, alia qua id, quod ferit gustatum, &cetera. Partitio autem, vt si dicas, Huius anuli (ex auro scilicet & smaragdo confecti) altera pars est fulua, altera viridis. Diuisionē totius essentialis

Hactenus  
sunt expliq-  
catie diu-  
siones per  
se.

Explica-  
tur definī-  
tio diu-  
sionis.

Diuision-  
es perac-  
cidens.

Distinctio  
peracciden-  
tis.

Partitio  
peracciden-  
tis.

Diuisionē  
physica  
peracciden-  
tis.

physica

**Metaphysica.** **physica** hoc pacto, Hominis altera pars est quæ mouet, altera quæ mouetur. **Metaphysica** vero, siue rationis, hoc modo, Hominis altera pars est beatitudinis animantibus communis, altera iuri propria & peculiari. In his quatuor divisionum generibus plane cernis membra diuidentia non esse per se partes diuisi, sed eam cum acci-

**Divisio** dentia. Iam divisione totius universalis tritotius v- bus modis per accidentem nec certatur. Aut enim subiectum dividitur in accidentia, aut accidentis in subiecta, aut accidentis in accidentia. In qua distributione luni

**In libr. de** ores omnes Boëtium: velut ducere sequuntur, quem ex antiquis ferè unum habemus, qui de divisione ex instituto disserat. Tunc divisione est subiecti in accidentia, C

**Divisio** subiecti in accidentia. cùm membra diuidentia accidunt partibus subiectis diuisi ut si dicas, Animalium aliud loqui potest, aliud loqui non potest: item aliud est rectum, aliud primum: item aliud est aptum ad risum, aliud ad hinnitum, aliud ad latratum, aliud ad mugitum, &c. &c. Ita c. namque omnia membra diuidentia accidunt partibus subiectis animalis ut potest animalibus diversis.

**Divisio** accidentis in subiecta. Tunc autem divisione est accidentis in subiecta, cum

cum membris diuidentibus accidunt partes subiectæ diuisi: ut si dicas, Eorum quæ mouentur, quædam sunt cœli, quædam elemēta, quædam mista: item Bonorum quædam sunt in animo, quædam in corpore, quædam in rebus externis; item Colorum aliud est in cygno, aliud in cofuo, aliud in alijs rebus. Hic è contrario cernas licet membra diuidentia esse res, quibus accidunt partes subiectæ diuisi. Nam quoddam moueri accidit cœlis, aliud elementis, aliud mistis. Reliqua exempla sunt perspicua. Tunc denique diuisio est accidentis in accidentia, cum membra diuidentia accidunt partibus subiectis eius rei, cui accidit diuisio: ut si dicas, Alborum quædam dura sunt, quædam mollia, alia liquentia. Membra enim diuidentia huius diuisonis accidunt diversis corporibus, ut in marmori, adipi, & lacti, quæ sunt partes subiectæ corporis misti, cui accidit ut si album. Sed obijciat aliquis, Ergo hæc diuisio, Coloratorum aliud est album, aliud nigrum, aliud media colore infectum, est diuisio per accidēs (quādo quidem membra diuidentia accidunt partibus subiectis corporis misti, cui accidit

Diuisio  
accidentis  
in acci-  
dentiis.

Obiectio:

Q colo-

**Solutio.** coloratum, quod diuiditur) cum tamen sit diuisio per se, generis videlicet in species. Occurres tamen, in his tribus diuisionibus, quemadmodū in superioribus quatuor generibus diuisionum per accidens semper pohendum esse, quod mēbra diuidentia non sint per se partes diuisi. In hoc enim (ut ex dictis perspicuum est) posita est ratio diuisionis per accidens, quæ in his omnibus diuisionum formis includitur. At album, nigrum, & me-

accidens. dio colore infectum, non sunt partes per accidens colorati, sed per se illi subiectæ, nimirum ut species generi. Quare non sequitur ex dictis, hanc, & alias huiuscmodi diuisiones, esse diuisiones per accidens.

*De diuisione generis in differentias,  
& differentiæ in differentias.*

*Caput. 8.*

**S**ed quæstio est, ad quod nam genus diuisionis pertineant diuisionis generis in differentias, & communioris differentiæ in minus cōmunes: ut cum dicimus, Animaliū aliud est rationale, aliud irrationale: Animorum aliud est sensus A particeps, aliud sensus expers. Et quidem quod

quod attinet addiisione generis in differentias, negat Boëtius. A talem diuisio-  
nem. Putat enim nunquam genus diuidi  
in differentias, nisi cum speciebus nomi-  
na non sunt imposita, tunc siquidem co-  
gimur, ut ait, nominibus differentiarum  
species significare. Fauet Boëtio Porphy-  
rius b. qui cùm differit de officio, & na-  
tura differentiarum, semper ita loquitur,  
ut dicat, genera diuidi per differentias in  
species, nunquam vero ita, ut fateatur  
diuidi in differentias. Fauet & similitu-  
dotum naturæ, tum artis: res siquidem  
naturalis non dicitur diuidi in formas,  
sed per formas in varia composita natu-  
ralia: cera item non diuiditur in figurā  
sphæræ, & tesseræ, sed per has figurās di-  
uiditur in sphæram, & tesseram. Sed &  
ratio id videtur cōprobare. Nam differē-  
tię nullomodo videtur partes generis ni-  
B si rationes specierū, quæ sunt partes gene-  
ri subiecte: quo sit ut in eas nō videatur  
diuidi per se genus, sed per accidens, ut in  
ea scilicet, quæ accidunt, hoc est con-  
ueniunt partibus per se subiectis, Sic e-  
nim accidendi verbum accipi potest in  
explicatione diuisionis peraccidens,

Num ges-  
nus diui-  
datur in  
differen-  
tias.

In libro  
iā citato.

b  
Porphy.  
de diffe-  
rentiis.

vt s̄epe accipitur apud Aristotele, d Quā  
 quam hoc non est negandum diuidi per  
 ie genus per differentias: siquidem diffe-  
 rentiae cōtrahunt per se genus, quod pro-  
 prietas, & accidentia cōtrahunt perac-  
 cidens. Quod si hēc sentētia non placet, C  
 dicito hanc diuisionem reuocari ad diui-  
 sionem per se totius vniuersalis in partes  
 subiectas: quia differentiae, & si non sub-  
 ieiuntur per se alicui vniuersali ( neque  
 enim vllam naturam vniuocam in suis  
 essentijs includūt) tamen cōstituunt per  
 se species, quae per se subieiunt generi:  
 quod vtique proprietates & accidentia

Diuisione  
 communioris dif-  
 ferentiae in  
 minus co-  
 munes.

facere non possunt. Modo eodem vendi- D  
 care poteris diuisionem communioris dif-  
 ferentiae in minus communes à diuisione  
 peraccidens accidentis in accidentia.  
 Nam & si minus communes differentiae

non sunt per se subiectæ magis commu-  
 nibus, tamen per se constituunt species  
 quæ communioribus per se subieiuntur.

Si quis tamen rā magis probauerit diuisionem  
 hanc esse peraccidens, aliis vero af-  
 ferat Aristotelem septimo libro e Meta-  
 physicorum aperte dicentem, differen- E  
 tias communiiores diuidi per se in diffe-  
 rentias

Diluitur  
 obiectio.

C. 12.  
 cap. 43.

rentias minus communes occurret ille,  
 id intelligendum esse de accidentibus,  
 quibus utimur penuria verarum differen-  
 tiarum. Nec enim dubium est quin acci-  
 dentia communiora dividantur per se  
 in minus communia nempe ut genera in  
 suas species. Quod autem Aristoteles ita  
 sit intelligendus, apertius intelliges, si per  
 peadas id, quod ille eodem loco ait, Dif-  
 ferentiam communiorum ita includi in  
 inferiori, ut si minus communis addatur  
 communiori, committatur nugatio, veluti  
 si dicas, pedes habens bipes. Hoc enim  
 de veris differentijs intelligi non potest.  
 Dicimus enim hominem esse corpus ani-  
 matum, sensituum, rationale, sineulla  
 F repetitione nugatoria: quod certe ideo  
 accidit quia minus communes differen-  
 tiæ non includunt essentialiter communio-  
 res. Nam ad uertendum est autem hoc loco  
 id, quod diximus de divisione generis in  
 differentias uniuersales, accommodandum  
 esse eadem ratione ad divisionem speciei  
 infinitæ in differentias individuatas: quod  
 ut diximus de divisione communioris dif-  
 ferentiæ in minus communes, adaptan-  
 dum est ad divisionem differentiæ uni-  
 uersalis.

Minus cōmunes diſſerentiæ non inclu-  
 dum, essentiālitas cōmuniōres.  
 Divisio-  
 differentiæ  
 uniuersa-  
 lis in indi-  
 uiduatas.

**V**tilitas uersalis in individuantes. Quām verò, divisionis vtilis sit diuisio generis siue per differentias, siue in differentias, dici non potest per differentias. cùm hæc vna sit recta via ad diuisiōnem generis in species, & ad definitiones esse tiales. Sed quia raro admodum est apud nos hoc genus diuisiōnis sepiissimè confugimus ad diuisiones per accidens, quibus genera in accidentia dividuntur: ut tūm dicimus: Animalium, aliud rectū esse aliud prouum: item, Aliud mansuetum naturā, aliud ferum: rursum, Aliud ingredi, aliud repere, aliud natare, aliud volare. Hæc de diuersis diuisiōnum generibus, nunc qua verborum formula diuisiones sint cōficiendæ breuiter dicamus.

*Qua verborum formula diuisiones  
sint cōficiendæ.*

*Caput. 9.*

**Q**uartuor priorēs diuisiōnes. **D**iuisiones quatuor priorum generū, hoc modo sunt cōficiendæ. Initio diuisiōnis ponēdū est nomen diuisi in genēdi casu singularis numeri, deinde ante nomē cūiusq; mēbri diuidētis inferenda sunt hæc verba, Alterā pars, vel Alia pars, aut similia: ut cùm dicimus, Huius vocis Gal-

Gallus, alia significatio est, qua hominem  
Gallū significat, alia, qua gallum auem:  
Temporis, altera pars est transacta, alte-  
ra futura. Reipublicæ vna pars ordinè sa-  
crorum ministrorum continetur, altera  
nobilium, tertia plebis: Hominis, hæc  
pars est animus, illa corpus. Speciei, alte-  
ra pars essentialis, et genus, altera diffe-  
rentia. Diuisiones autem, quinti generis,

**A** quæ sunt totius vniuersalis in partes sub-  
iectas, possunt quidem eodem modo cō-  
fici adhibita propria appellatione par-  
tium, vt si dicas, Animalis altera pars  
subiecta, est homo, altera bestia. Verùm  
seruata communi consuetudine diuiden-  
di Philosophorum, hoc modo conficien-  
dæ sunt Initio diuisionis ponendum est  
diuisum in gignendi casu numeri plura-  
lis, deinde addenda sunt membra diui-  
denta nulla adhibita partium appella-  
tione: ut cum dicimus Substantiarum,

**B** alia est corporata, alia corporis expers:  
Corporū, aliud simplex est, aliud mistū:  
Animaliū, quedam in terra degunt, alia  
in aquis, alia quasi vitæ ancipitis utroq;  
in loco viuunt. Causa huius discriminis  
in diuidendo hæc est, quia totum in

Quinta  
diuisio.  
Hoc mo-  
do sit di-  
uisio in  
actu signa-  
tioritatem.

Sic sit di-  
uisio in  
actu exer-  
cito, vt di-  
ci solet.  
Causa di-  
ciminis.

superioribus quatuor diuidendi formis, cum sic compositum ex suis partibus, possit esse unum tantum individuum, ut haec vox hoc tempus, haec res publica, hic homo: totum autem in extremo divisionis genere, cum non componatur ex suis partibus, sed eas sibi subjectas habeat, necessario est universalis, ut substantia communis, corpus commune, animal commune: aliqui non haberet partes subjectas. Haec est igitur causa cur quatuor priora genera posulent divisionem singularis numeri, extremum autem pluralis. Quanquam vero haec interdum non servetur, sunt tamen naturis divisionum accommodatissima. Reliquum est ut pracepta benedividendi tradamus.

*Primum præceptum in divisione  
seruandum. Cap. 10.*

**Q**UATUOR potissimum præcepta in dividendo obseruanda sunt. Primum est, ut singula membra diuidentia minus contineant, quam divisioni, omnia vero simul sumpta divisione adæquentur. a Hinc fit ut non sit bona haec divisione, Animalium alia sunt sensu predita, alia ratio-

ne, quia sensu præditum & què latè patet atque animal, nisi intelligatur cum particula Solo. Sic enim bona erit diuisio. Namque animalia aut solo sensu prædicta sunt, aut rationem, & mentem participant. Hinc etiam fit ut hæ non sint bona diuisiones, Animálium aliud est bipes, aliud quadrupes, aliud plures habēs pedes: item Aliud est bestia, aliud homo, aliud angelus: prior, quia diuisum latius patet, quām membra diuidentia simul accepta: posterior, quia membra diuidētia simul sumpta latius patent, quā diuisum. Sed est quod obiectiat aliquis contra hoc præceptū. Huius enim bonæ diuisionis, Hominis altera pars ratione, considerationeque componens, est animal, altera rationale, animal, quod est membrum diuidens, non modo non minus continet, quām homo, sed etiam latius patet, cùm de pluribus, quām homo prædicitur. Item huius bonæ diuisionis, Alborum Altera ob quædam dura sunt, quædam mollia, alia iectio. liquentia, membra omnia simul accepta latius patent, quām albū: dicuntur siquidem de rebus etiam attris, ut de ebeno prioris de pice, & atramento. Priorem tamen obiectiōnis.

Q. v. faci-

facilè dilues si dicas, animal, quod ad prædicationem attinet, latius patere, quam hominem, verum quod attinet ad essentiam, hominem plus aliquid continere: complectitur enim in essentia sua ratio-

Solutio natale, quod non cōpleteatur animal. Posteriori autem obiectioni sic occures,

*Oratio de divisione animalium*  
in omnibus diuisionibus siue per se, siue per accidens totius vniuersalis in partes subiectas, semper diuisum in singulis membris diuidentibus, aut contineri, aut certe subaudiendum esse: durum autem, molle, & liquens, & si latius patent, quam album, si nihil aliud sub his nominibus intelligas, tamen si in unoquoque subaudias album, iam omnia simul albo adæquabuntur. Nam æquæ latè patet album per se, atque totum hoc, Album durum, Al-

Omnia B  
membra di riorem partem huius præcepti pertinet,  
videntia cōiunctim illud, quod aiunt Dialectici, Cuiusque bonorum  
aut disiunctum nœdiuisionis membra omnia vel copulati  
etim acce latim, vel disiunctim simul accepta, recipi  
pta recipi procaricū cum diuiso, ut scilicet de quo di  
proeantur citur diuisum, dicatur copulatum, aut dis  
cū diuiso iunctū ex membris diuidentibus, & viceversa.

In prioribus ergo quatuor generibus di  
uisione-

uisiōnum, copulatum ex mēbris diuidētibus: cum diuisio reciprocatur, in quinto autem, disiunctum. Exempli causa si hominis altera pars est animus altera corpus, homo autem de Socrate dicitur, totum etiam hoc copulatum, Animus & corpus, dicetur de Socrate: & cōtra, si copulatum ex corpore & animo, etiam homo. Quāquam Socrates non propriè dicitur animus, & corpus: sed cōcretum quid ex animo: & corpore. Si verò animalium aliud est homo, aliud bestia, animal autē dicitur de Socrate: totum etiam hoc disiunctum, Homo vel bestia, dicetur de Socrate, & vicissim, si disiunctum ex homine & bestia, etiam animal.

## Secundum praeceptum.

## Caput. II.

**A** Secundum praeceptum est, ut quantum fieri possit, diuisio fiat in proxima mēbra diuidentia. <sup>a</sup> Quod non faciunt, qui corpus animatum diuidūt in hominem bestiam, arborem, fructicem, & herbam transiliendo duo immediata genera animal, & plantam. Sunt enim illæ remotaæ ac distantes partes subiectæ corporis

<sup>a</sup> post. i. &  
14. & Boet  
de diuisi-  
one.

animati. Prius ergo diuidendum est animalium corpus in animal, & plantam, quæ immediate subjiciuntur animali de-

**Cur totū inde verò distribuendum animal in ho-**  
**stpe diui-**  
**damus in**  
**partes re-**  
**motas.** **minem & bestiam, atq; plātam in arborē,**  
**fructicēm, & herbam. Sæpè tamen diui-**  
**dimus totū in partes remotas, quia igno-**  
**tæ nobis sunt proximæ, ac immediatæ.**

*Tertium præceptum. Cap. 12.*

**T**ertium præceptum est, ut in diui- **A**  
 dendo non vna tantum pars totius  
 nominetur & altera, vel reliquæ, si plures  
 fuerint quam duæ negatione illius signi-  
 ficentur, nec tam multæ nominentur,  
 vt lôgior quam par sit fiat oratio. Nam si  
 vnam dûtaxat partē nominaueris, & al-  
 teram, vel reliquias negatione illius signi-  
 ficaueris, vt si dicas, Magnitudinū alia est  
 linea, alia nō linea, non videberis propriè  
 explicare in partes id, quod diuiditur,  
 quia negatio alterius partis non solū non  
 est differentia, vc ait Arist. sed nullo etiā  
 alio modo propriè pars, siue componens  
 totum, siue subiecta toti. Si autem multa  
 admodum mēbra volueris enumerare,  
 vt si dicas animalium aliud est homo,  
 aliud

**Ex 6. top.**  
**3. & 1. de**  
**partibus**  
**animalium.**  
**3. Boet. lo-**  
**co citato.**

**Loco citato**

aliud elephas, aliud simia, aliud canis latrans, aliud hoc, aliud illud, singulas nimicum species infimas percurrendo, oratione feceris, quam nec tu absoluere, nec alius completi animo possit. Cauenda igitur sunt haec duo vitia in diuidendo, quia diuisio inuenta est causa explicandi rem in partes, ac dilucidandi, non tenebras ostendendi. Tribus tamen de causis cogimur interdum diuidere rem in parte vnam, & in negationem eiusmodi partis. Prima est, ut faciamus diuisiōnem necessariam, & quā nemo negare possit. De quacunque enim re vera est affirmatio, aut negatio, <sup>b</sup> Altera est, quia sēpe numero reliqua pars, aut partes ex opposito illi respondentes, carent nominibus positivis, quo sit ut ad negatiua sit confundendum, <sup>c</sup> ut cūm diuidimus substantiā in corpoream, & incorporeā, Et animal in rationale & irrationale, quia ignoramus veras differentias, quae angelum, & brutum animal constituant, si forte brutum animale sit vna quædam species animalis. Tertia est, si partes in quas diuisio immediace facienda est, fuerint plures, quām perspicuitas diuisiōnis ferre possit.

Tunc

Diuisio  
inuicta est  
causa dilu-  
cidādi nō  
tenebras  
ostendendi.

Prima  
causa cur  
interdum  
negatio-  
ne diuida-  
mus.

<sup>b</sup>  
1. Post. 8

<sup>c</sup>  
Boet.

Tunc enim omnes præter unam significādæ sunt nomine negatio. ut si dicas, Bestiarum, quædam sunt pennatæ, aliæ implumes: nisi velis quasdam partes nominare, reliquas verò omnes paucis verbis complecti, ut si dicas, Figurarum rectilinearū, quædam est trium laterum, quædam quatuor aliæ verò plurium: Colorū quidam est candor, quidam nigror, cæteri verò sunt medij inter hos: Animalium aliud est homo, aliud elephas, aliud simia, aliud canis latrans, alia sunt ab homine remotiora,

*Quartum præceptum. Cap. 13.*

*Quo patet hoc præceptū omnibus diuisionibus accōmodetur.* **V**artum præceptum est, ut membrā A diuidentia si non re, certè ratione sint opposita: id est, inter se sic affecta, ut nullum in alio, aut sub alio contineatur. Sic enim hoc loco pro omnibus generibus diuisionum nomen oppositorum interpretor. Huius præcepti pretermissione vitiosæ sunt hæ diuisiones, Corporis humani alia pars est caput, alia thorax, aliæ manus, aliæ pedes, aliæ oculi: Viventium aliud est planta, aliud animal, aliud homo. Nam oculi continen-

tur in capite, & homo sub animali. Ut autem hoc praeceptum peculiariter ratione quinto generi divisionis accommodatur hoc ex probatissimis autoribus colliges, a nomine oppositorum intelligenda esse repugnantia, hoc est, ea, quae de eadem simul afficiari non possunt. Hac enim de causa ait Aristoteles, non recte diuidi animalia in natantia, & alba, nec rursum in urbana, & sylvestria, quod eadem & natantia, & alba esse possint, nec non & urbana, & sylvestria. Et Boëtius eadem ratione reprehendit divisionem animalium in rationalia, & duos pedes habentia, & corporum in alba, & dulcia, quod eadem corpora reperiantur, quae & alba sint, & dulcia, eademque animalia, quae & duos habeant pedes, & sint rationalia. Nec immerito huiusmodi divisiones rejiciuntur quoniam hoc pacto non recte dices enumerando membra diuidentia, Aliud est hoc, Aliud est illud, quae tamen diuidendi formula quinto generi divisionis propria est. At dicat fortasse aliquis, Ergo haec divisiones à Philosophis approbatæ vitio non carebunt, Bonorum quadam utilia sunt, alia ho-

<sup>2</sup>  
Ut ex Ar.  
1. de part.  
animal. 3.  
& ex Boët  
de diuini-  
one.

Obiectio.

honestā, alia iucunda: Habentium magnitudinem, quædam sunt longa, alia lata, alia profunda: siquidem eadem actio esse potest & vtilis, & honesta, & iucunda: omneque corpusest longum, latum & profundum, hoc est habens longitudinem aliquam latitudinem, & profunditatem.

Solutio.

Huic obiectioni sic occures. Membra dividētia huiusmodi diuisionē esse repugnātia, si prior formula diuidēti seruetur ut si dicas Boni, alia pars subiecta est vtile, alia honestum, alia iucundum. Continui permanentis, seu habentis magnitudinem, alia pars subiecta est longū, alia latum, alia profundum: quandoquidem una pars subiecta non est alia, & si omnes de eādem redici possint. Verum Aristoteles & Boetius cum propositas diuisiones animalium, & corporum reprehēdunt, non hac diuidendi formula vtuntur: nec si vterentur diuisiones illæ notanda esent eius vitijs, quod hoc præcepto cauetur, sed eius potius quod non fint ad æquat̄, aut in aliud superius explicatū incurvant. Quod si posterior diuidendi

Siepe cō  
creta pro  
abstractis  
in diuide  
dovsur-  
paniut.

D  
formula (qua maximē Philosophi vtuntur) seruanda est, dices primum, multas

dicas.

multas diuisiones fieri nominibus concre  
tis, quæ tamen intelligendæ sunt quasi  
factæ nominibus abstractis, cuiusmodi  
est illa apud Aristotelem, <sup>b</sup> quantum par  
tim continuum est partim discretum: dis  
cretum, inquit, est, ut numerus, & oratio:  
continuum autem, ut linea superficies,  
tempus, & locus. Nam cum hæc non sint  
quanta, sed qualitates, necessariò Quan  
tum in hac diuisione pro quantitate acci  
piendum est. Atque hoc quidem pacto  
nihil est difficultatis in propositis diuisi  
onibus. Siquidem membra diuidentia ab  
stractis nominibus accepta vere pugnant  
inter se. Neq; enim utilitas est honestas,  
aut honestas iucunditas, aut iucunditas,  
utilitas. Nec verò unquam vere dixeris,

E longitudinem efficiatitudinem, aut lati  
tudinem profunditatem, aut profundita  
tem longitudinem, Deinde dices, repug  
nantiam membrorum diuidentium sæpe  
numero non in verbis, sed in sensu, quo  
divisio usurpatur, sita esse. Ut in illa Py  
thagoræ diuisione eorum qui ad lu  
dos Græciæ confluabant, quidam spe victo  
riæ, alij quaestum faciendi cupiditate,  
alij visendi studio ducebantur. Hic quod

R ad

<sup>sæpe re</sup>  
pugnantia  
membro  
rum in  
sensu cer  
nitur non  
in verbis.

Tuscul.  
quaest. 4.

c

ad verba attinet, nulla est membrorū diuidentium repugnantia. Fieri enim potuit, ut multi & lucri cupiditate, & spectandi simul studio ducerentur. In sensu tamen cernitur repugnātia, si hoc modo diuisionem interpreteris: Eorum, qui ad Græciæ ludos vna præcipue de causa cōfluebant, quidam spe victoriæ, &cætera. Hac igitur ratione dices probari posse diuisiones illas nominibus concretis usurpatas, vt sensus prioris sit huiusmodi: Eorum in quibus aliqua vna bonitatis, ratio potissimum elucet, quedam utilia tantum, alia honesta solum, alia iucunda duntaxat nominantur. Posterioris autē, huiusmodi: Eorum, quæ aliqua vna dimēsione excellunt, quedam longa solum, vt hasta, alia lata, vt discus, alia profunda tam, vt globus, appellantur. Quanquam hic sensus vulgo sèpius, quam apud Philosophos posteriori diuisioni tribuitur.

Has verò solutiones diligenter notabis, vt multas usurpatas diuisiones à columnia vendicare possis. Sed hæc de diuisione evidentur satis.

( ∴ )

Finis quarti libri.

INSTITUTIONVM  
DIALECTICARVM.

LIBER V.

*Quid sit definitio. Caput. 1.*

A



Definitio est oratio, quæ esse  
tiam aliquam naturam ue  
declarat: ut animal ratio  
nale. Declarat enim natu  
ram hominis. Ut autem diui  
sioni diuisum, sic definitio

Definitio  
quid.  
Ex 2. post  
10.

respōdet definitum: quod nihile est aliud,  
quam id, cuius quidditas essetia neexpli  
catur. Sed nos de definitio tū dicemus, cū Quid defi  
definitionē, & genera omnia, in quæ diui  
ditur, metodusque definiendi, explica  
uerimus. Definitio igitur, quæ Finitio Vnde di  
etiam apud Latinos appellatur, ab a- cta definī  
grorum finibus accepit nomen. Nam tio, scilicet  
vt agrorum fines agros definiunt, &  
claudunt, aliosque ab alijs secernunt, Quintil.  
sic definitiones, quibus rerum natu  
re declarantur, essentias earum cir  
B cunscribunt, aliasque ab alijs distin  
guunt. Dicitur Porro definitio Oratio, b Cur defi  
nitio sit o  
ratio.

R 2 quia

1. top. 4. quia unum tantum nōmē non potest esse  
 & 6. top. definitio. Definitio enīm distincte subij-  
 & 7. me- cit intellectui, quod nōmen definiti con-  
 taphy. 33. fusē proponit, Vnde cum de omni essen-  
 tex. 34. tia, quæ definitione explicatur, duo con-  
 ceptus formari possint, alter quo essētia,  
 quæ declaratur, conuenit cum alijs, alter,  
 quo ab eisdē distinguitur, sit necessario,  
 vt omnis definitio duabus minimum vo-  
 cibus constitare debeat, altera, quæ gignat  
 in mente conceptum conuientiæ, alte-  
 ra, quæ distinctionis, differentiæ. Ita er-  
 go fit, vt omnis definitio sit oratio. Quan-  
 quam explicatio nominis per aliud clā-  
 riū ad definitionem Autore Aristotele  
 i. top. 4. reuocatur, ut si quis dicat, Honestum, est  
 decens, Quod verò additur, Quæ essen-  
 tiā aliquam naturamū declarat, id  
 diuersam reddit Definitionem à ceteris  
 orationibus nulli si quidem, præterquam  
 definitioni, hoc munus demādandum est.  
 Definitio  
 nis nōmē Illud tamen non videtur prætereundum  
 sēpius ac- hoc loco, nōmen definitionis duobus mo-  
 cipitur dis ab Aristotele accipi, Sapius enim ac-  
 prosolo cipitur pro ea sola oratione, quæ de  
 prædica- finito conuersim prædicatur (qualis est  
 to. illa, Animal rationale, cōparatione ho-  
 minis

C

minis). ut cum ait, ipsam hominis rationem, definitionem, nisi vel Est, vel non est. Erat, vel Erit, aut aliquid tale addatur, non esse enunciationem, quia unum est, & non multa animal gressibile bipes. Et iterum, in definitione nihil de aliquo praedicari. Et rursus. definitionem talem esse debere, ut ipsa proposita statim nullum loque negotio cognosci possit. cuius rei sit definitio: ac proinde eas esse vitiolas, quibus, ut intelligi possit, quarum rerum sint definitiones, opus est adiungere nomina rerum, quae definitur: quemadmodum in obloletis veterum picturis, nisi titulus aliquis ascriptus esset, nemo poterat intelligere cuius nam rei quaeque pictura esset. His enim locis, alijsq; quam plurimis, planè accipit Arist. nomen definitionis pro ea sola oratione, quae de definito cōuersim prædicatur. Aliquando vero sumitur definitionis vocabulum prototata enunciatione in qua insuper continetur definitum, (quale est totum hoc, Homo est animal rationale) ut cum ait, Definitionem aut esse principium demonstrationis, aut conclusionem, aut totam ratiocinationē sola verborū colloca-

R. iij tione

4. 2. 10.

1 post. 7.

& 2. post.

10.

<sup>g</sup>  
Vt. 7. me-  
ta. 12. text.

4. & cat.

i tione à demonstratione differentē: & rur-  
 2. post. 3. sum, Omnem definitione esse vniuersalē,  
 & affirmatiuā. His nāque verbis aperte  
 comprehenditūr definitū nominē definitionis. Posteriorē acceptiōne amplecti-  
 Li. 7. c. 4. tur Quintilianus k cūm ait, Finitionem  
 esse rei propositiōe proriā, & dilucidā, &  
 breuiter comprehensam verbis enuncia-  
 tionem. Nō priorē, vt magis usurpatā, li-  
 beatius sequimur.

*De definitione, quæ vocatur Quid  
nominis. Caput. 2.*

Omnis de- **Q** uanquārverò non solum definitio A  
 finitio di etiūlibet rei significatē, sed etiam  
 ci posset cuius vis nominis significantis, modo ali  
 modo ali quo defi- quo vocari posset definitio rei (neq; enim  
 nitio rei minus possunt nomina vocari res, quā m  
 multa quæ nominib; significantur (cō-  
 sueuerunt tamen philosophi a diuidere  
 2. Post. 7. definitionē in definitionē rei, & nominis,  
 & 10. & 7. eo quod vulgatissima, & celeberrima sit  
 meta. 4. distinctio inter res, & nomina. Definitio  
 b itaque nominis, quā Aristoteles b nominis  
 2. post. 10. interpretationē vulgus Dialecticorū  
 definitionem quid nominis appellat, est  
 oratio qua quidditas nominis naturāe  
 decla-

declaratur: ut totū hoc, Vox, quæ homi-  
nē ex instituto significat. Hac enim ora-  
tione explicatur natura huius nominis.  
Homo, quatenus quoddam est nomen.  
Nomen non accipitur hoc loco pressè id  
est, ut à verbo distinguitur, sed pro quo-  
cunq; vocabulo: seu categoremate. Quid

**B**ditas verò & natura nominis, est ipsa ei⁹  
gnificatio: quo sit ut nihil aliud sit, nomi-  
nis quidditatem, & naturam explicare,  
quām eius significationem patefacere. Id  
quod dnobus fit modis: altero, definitio-  
ne soli nomini, quod definitur, cōgruēti,  
qualis est ea quā in exēplum attulimus,

**C**altero, ipsa definitiō rei significatię. Sēpe  
enim qui ignorat significationē vocabuli,  
ea verborū formula rogat quid illud sig-  
nificet, ut quid sit res significata rogare  
videatur: cui plane satisfacit qui rei signi-  
ficatię definitionē reddit. Ut si quis perco-  
tetur quid sit Geometria, intelligere cu-  
piens significationē nominis, alius verò  
respōdeat, esse sc̄iftiā, quæ de magnitudi-  
nibus differit, definitione rei explicata cē

Quidditas  
& natura  
nominis  
est ipsa e-  
ius signifi-  
catio.

Duobus  
modis ex-  
plicatur  
nominis  
significa-  
tio.

Definitio  
sebitur signifi-  
cationi vocabuli. Itaq; quæ ve  
re ac simpliciter est definitio rei, poterit  
hoc modo alicui esse definitio nominis.

Quām sit Hēc de definitione nominis, deque mo-  
 necessariā dis, quibus significatio nominis explica-  
 no nominis. interpre-  
 tatio. c  
 1. post. 1. d  
 4. metaph. 7. & 8. tex. 28. Ci  
 cer. 2. de fin. ex. Pla.  
 in Phædr. Cice in  
 topicis. e  
 1. Peri. r.  
 Duplex  
 definitio  
 rei.

Hēc de definitione nominis, deque mo-  
 necessariā dis, quibus significatio nominis explica-  
 tur, dixisse sit satis. Est autem hoc genus  
 definitionis planè necessariū non modo  
 cum aliquid demonstrandum est, ut Ari-  
 stoteles quodam loco ait *c*, sed omnino  
 cuiusq; disputationis initio, ut idem alibi  
 fusiūs. & cæteri Philosophi docent. d Ad D  
 hoc genus reuocantur orationes illæ, quæ  
 declarant originem vocabuli: ut cum di-  
 cimus, Cōsul est, qui Rēpublicæ utilitati  
 consult, Sol est, qui inter astra omnia so-  
 lus lucet: Fides est, qua sit quod dicitur:  
 Ab̄stemi⁹ est, qui abſtinet à te meto: quas  
 graci vocat *τυποληγίας*, hoc est, verilo-  
 quia, quasi explicationes vocum, quæ ve-  
 ram ad huc retinent significationē earū,  
 à quibus sunt ortæ. Cicero nouato voca-  
 bulo notationes appellat, quia verba sunt  
 rerum notæ. Nam hoc idem, inquit, ap-  
 pellat Aristoteles *σύμβολον*, quod lati-  
 ne est nota.

*De descriptione. Caput. 3.*

DEFinitio rei, quæ vocari solet definitio A  
 quid rei, est oratio, qua essentia rei  
 naturæ explicatur. Quæ rursus in duo  
 gene-

genera tribuitur, ut pote in descriptione,  
quam Arist. & propriū, & orationem cō-  
iunctione, vnam vocat, atque in defini-  
tionem essentialē, quam ille tum sim-  
pliciter ac absolute definitionē, tum etiā  
terminū, tum orationem, quae vnu signi-  
ficat, appellat. a Descriptio eodē autho-  
re, est oratio, quae nō significat quod quid  
erat esse rei, soli autem inest, & conuersim  
de re prædicatur: ut animal disciplinæ ca-  
pax, comparatione hominis. Quanquam  
enīm hæc oratio conuersim de homine  
dicatur, id est, necessario cum hominere  
ciprocetur, tamen non significat cōuer-  
sim hominis essentialē. Nam disciplinæ  
capax esse, non pertinet ad hominis essen-  
tiam: animal autem, & si pertinet, tamen  
non reciprocatur cum homine. Docet

B autem Aristoteles in omni descriptione  
primum ponendum esse genus, deinde  
addēdam esse vnam proprietatem, ut in  
adducto exemplo. Nec enim, ut ait, b ad-  
dendæ sunt plures, nisi is, qui definit signi-  
ficet se multis descriptiones congregatas  
tradere: ut si dicat, Homo est animal dis-  
ciplinæ capax ad ridendum, & ad flendū  
natum, afferēs se non vnam tantum def-

<sup>a</sup>  
Vide Aris.  
1. peri. 4 &  
2. post 10.  
& 1. top. 3  
& 4. toto  
lib. 5. ac. 6.  
topi. & 7.  
met. 4. &  
5. & 8. me-  
tam 6.

Descrip-  
tio quid.  
In descrip-  
tione pri-  
mò ponē-  
dam est  
genus de-  
inde vna  
sola pro-  
prietas.

<sup>b</sup>  
. top. 2.  
Descripti-  
ones ex  
collectio-  
ne cōmu-  
nium acti-  
dentium.

Descrip- criptionem afferre. Reuocantur ad defi-  
 tiones ex crip- tionem, seu proprium complexum,  
 collectio definitiones illæ, quæ loco proprietatis  
 ne cōmu- cōstant collectione aliqua communium  
 nium acci accidentium, quæ orationem recurren-  
 dentium. tem facit cū definito; quaiis hæc est, Ho-

mo est animal bipes, implume. Quan-  
 Descrip- quam enim horum neutrum sit homini-  
 tiones ge- nerum ex proprium, tamen ambo iuncta cum ho-  
 differētis mine recurrent. Reuocantur etiam ad  
 quibus di descriptionē definitiones illæ quibus ge-  
 uiduntur. nera definiuntur per differentias, quibus  
 diuiduntur: vt si dicas, animal est corpus  
 animatum rationale, aut irrationale.

Descrip- Nam differentiæ diuidentes genus non  
 tiones nō pertainent ad eius essentiam. Reuocatur  
 cōstantes etiam, illæ, quæ non constant verò gene-  
 vero ge- re sed aliquid habent loco eius: cuiusmo-  
 nere. di sunt definitiones summorum generum,  
 s.meta.6. vt si dicas, Substantia est ens per se exi-  
 stens, &c. Itemq; definitiones quorun-  
 dam analogorum: vt si dicas, Ens est id

1.phy.5. quod existere potest: Vnum est ens indi-  
 Descrip- uisum: c Principia sunt, quæ nec ex se, e  
 tiones o- nec ex alijs, sed ex ipsis omnia sunt. a Re  
 ratoricæ, uocantur etiam, quanquam minus pro-  
 ac poeti- prie, orationes illæ, quibus Oratores, aut  
 carerum cōmuniū.

Poëtæ

Poëtæ longo sermone ré aliquá commu-  
nem depingunt. Cicero e gloriā quasi de-  
scribens ait, gloriā esse, quæ breuitatē  
vitæ posteritatis memoria consolatur,  
quæ efficit ut absentes adhuc, mortui vi-  
uant, cuius deniq; gradibus etiam homi-  
nes in cœlū videantur ascendere. Huius  
generis est descriptio, qua Virgilius f fa-  
mā depingit. Fama (inquit) malū, quo  
non aliud velocius villū: mobilitate viget,  
viresq; acquirit eūdo: & quæ sequuntur.  
Dixi has oratiōes min⁹ propriē reuocari  
ad descriptiones, quia sepe nō reciprocā  
tur cū re, quæ describitur. Sepe etiā cōstāt  
verbis translatitijs, à quibus Aristoteles,  
quia g obsciora sunt, cauendum esse in  
definiendo admonet. Explicationes etiā  
rerum singularium, siue breves, vt apud  
Philosophos, & in cōmuni sermone, siue  
longiores, vt apud oratores aut poëtas,  
quibus in describendis, personis regioni-  
bus, vrbibus, fluminib⁹, mōtibus, & lu-  
cis vtūntur, ad hoc genus reuocari solent.  
Extremum locum obtinent adumbratē  
quædā, & metaphoricæ explicationes,  
si quādo rem facile ante oculos propo-  
nunt: qualis est illa apud Ouidium  
Stulte,

Cicer. pro

Milo.

f

+ Aeneid.

z. post. 25.  
& 6. top. 2  
Descripti-  
ones rerū  
singulari-  
um.Explica-  
tiones me-  
taphoricae

- h** Ouid Stulte, h quid est somnus gelidæ nisi mor  
i Hora. tis imago & illa apud Horatium. Ira fu  
ror breuis est. Nam & hæ orationes de  
Cur des- scriptiones appellantur. Dicitur autem  
criptio di hoc genus definitiōis, descriptio, quia rei  
Eta sit. naturam non omnino exprimit, sed pri-  
Cur des- mus quasi linea mentis adumbrat. Dici- D  
criptio di tur proprium, quia hoc tantum commun  
catur pro ne habet cū vera definitione, quòd con-  
prium. uertatur cum re. Dicitur etiam oratio  
Cur orati coniunctione vna, quia non significat v-  
o coniun- nam duntaxat naturam, vt ea quæ sim-  
tiōe vna. pliciter definitio appellatur, sed multas  
coiunctas in eadē re, vt ex dictis patet.

*De definitione causali. Caput. 4.*

- I**nter descriptiones numeratur causalis A  
definitio quæ hoc modo definiri solet,  
Definitio causalis est oratio explicans  
quidditatem rei ex genere & causa ali-  
**Causæ ex** qua, causisue externis Causæ externæ sūt  
ternæ. Efficiens, & Finis: adde si placet Exem-  
plar: Efficiēs quid sit, satis apertum est.  
Finis. Finis est id, g atia cuius aliquid fit: quo  
Ex 2. Phy. pacto beatitudine celestis est finis rationa-  
3. lis creaturæ. Exemplar est forma exter-  
Exéplar. na, cuius imitatione res fit: qualis est ima-

go, quā pīctor ī tabula referre atque ex-  
**B** primere eātitur. Ex causa effīciente sic  
 fere definitur vox apud Aristotelē, a Vox  
 est sonus quidam editus ab anima iectu  
 aēris respiratione attracticūm ipsum ad  
 fauces allidit. Ex fine hoc modo definitur  
 anima, <sup>a</sup> Anima est forma, qua primō  
 viuimus, lētimus, & intelligimus. Ex  
 causa exemplari sīc potest homo definiri,  
 Homo est animal factum ad imaginem  
 & similitudinem Dei. Interdum autem  
 plura, aut etiam omnia genera causarū  
 externarū in eādem definitione iun-  
 gantur: ut si dicas, Homo est animal à  
 Deo ad similitudinem diuinæ mentis fa-  
 ctum, ut æterna felicitate perfruatur.

**C** Faciliusque est ex omnibus simul causis,  
 quām ex vna tantum rem definire, quia  
 raro vna dūcaxat, si nihil aliud addatur,  
 contrahit genus ad speciē definiti. Quām  
 quām vero definitiones, quæ ex causis in-  
 ternis rem declarant, vt potē ex materia  
 & forma, causales etiam dici possint, ta-  
 men quia materia, & forma ad essentiā  
 rei pertinent, fere iam obtinuit usus, vt  
 non causales, sed essentiales dicantur.

<sup>a</sup> 2. de a-  
nima. 8.

<sup>b</sup> 2. de a-  
nim. 1.

Facilius  
 est ex om-  
 nibus si-  
 mul causis  
 externis  
 quām ex  
 vna tātūm  
 rem defi-  
 nire.

Cur defi-  
 nitiones,  
 quæ tradū-  
 tur per  
 materiam  
 & formā  
 non nome-  
 rentur in  
 causali-  
 bus.

De

a.  
2. Top. 4.

Rarissi-  
mæ sunt  
essentialis  
definitiones.

b.  
Lib. 4. ca.  
4. & 5.

Quæ ora-  
tio dicia-  
tur signifi-  
care quod  
quid erat  
esse rei.

**D**efinitio essentialis, ut Aristoteles de-  
finit, a est oratio quod quid erat esse A-  
significans. Hoc est oratio, quæ conuer-  
sim significat quidditatem essentiam rei,  
quæ definitur. Rarissimum est hoc  
genus definitionis, saltem in substantijs.  
Sed aferri solet in exemplum Animal ra-  
tionale. Cum autem omnis essentia, quæ  
definiri potest, constet ex materia, & for-  
ma, aut saltem ex genere, & differentia,  
(illæ enim componunt essentiam re ipsa,  
& physicè, hæc ratione tantum, confide-  
rationeque ut supra diximus b) efficitur,  
vtea oratio dicatur significare quod quid  
erat esse rei, quæ constat nominibus pro-  
priæ materiæ, ac formæ rei, quæ definitur,  
aut generis & differentiæ. Exempli causa  
hæ orationes Animal constans ex corpo-  
re tali, & animo rationis participi, & A-  
nimal rationis particeps, sunt definiti-  
ones essentiales hominis: prior, quia co-  
stat nominibus significatibus propriam  
materiam & formam hominis: poste-  
rior, quia constat nominibus proximi  
generis proximæque differentiæ eiusdem.

Ita

Ita fit ut duplex sit definitio essentialis, altera ex propria materia & forma generi adiunctis, altera ex proximo genere & proxima differentia. Potest tamen loco proximi generis ponи genus remotum cum omnibus differentijs interiectis, ut si dicas, Homo est substantia corporata, quae interire potest, viuens, sentiens, & rationis particeps. At dicat aliquis definitionem traditam per materiam & formam rei generi adiunctas in vitium negationis incurrere. Siquidem in definitione, qua homo dicitur animal constans tali corpore, & animo rationis participi bis includitur corpus & animus, semel implicite sive ratione animalis (constat enim animal animo, & corpore) & iterum explicite, ac per se, quod idem vitium in ceteris similibus definitionibus notari potest. Non recte igitur approbatum.

B est hoc definiendi genus. Præterea Aristoteles saepe docet unius rei unam tantum esse definitionem essentialē: a Non recte igitur asservimus, duas eiusdem rei tradiri posse essentiales definitiones, alterā ex materia & forma, alteram ex genere, & differentia. Verum hæc nihil obstant.

Ad

Duplex definitio essentialis  
Loco proximi generis ponit  
potest genus remotum cum  
differentijs omnibus interiectis.  
1. Abiectio

2. Abiectio  
c  
6. top. 3.  
d  
Vt 6. top.  
2. & 6. & 7  
top. 2.

Ad id enim, quod priori loco obiectum dicendum est primum quidem materiam, & formam rei, quae definitur, non includi in ratione omnium generum eiusmodi rei. Neque enim includuntur in ratione Substantiae generis summi ut paret: quamquam hinc alia exoritur maior difficultas, quam ut commemoranda sit hoc loco. Deinde, non eodem modo includi materiam & formam in ratione generum subalternorum quo illis adduntur in definitionibus specierum. Nam & si corpus quod est materia viuentis quatenus corpus est, includatur in ratione animalis, non includitur tamen in illa quatenus est humanum hoc est quatenus informatur forma humana; ut luce clarius est. Hoc autem pacto adiungitur corpus animali in tradita definitione hominis: eodemque modo, & si animus (qui est forma viuentis) quatenus est animus includatur in ratione animalis, non includitur tamen quatenus est humanus, seu rationis particeps, quo pacto additur animali in eadem definitione. Ita sit ut nullum hoc pacto nugationis vitium committatur. Quod autem posteriori loco obiectum est, facile

facilè diluetur si dicas, nihil obstare quo minus eiusdem rei dentur plures definitiones essentialies, modo illæ sint solo explicandi modo diversæ cuiusmodi sunt, non tantum illæ, de quibus obiectio excitata est, sed etiam illæ, quarum altera, autore etiam Aristotele, diximus tradit per genus proximum, & differentiam proximam, alteram per genus remotum, & omnes differentias interiectas. Neq; enim plures, sed unam, & eandem essentiam explicitè significant. Quod autem Aristoteles negat, huiusmodi est: fieri non posse, ut eiusdem rei (hoc est speciei) plures tradantur definitiones essentialies, quæ plures essentias exprimant, Nam ut unius speciei una tantum est essentia, ita omnes definitiones, quæ illius essentiam per essentialia declarant, eadem omnino essentiam exprimant necesse est. Alioqui non erunt essentialies eiusdem speciei definitiones.

**C**Urgebit ad hoc fortasse aliquis, premetque hoc modo: Aristoteles docet multis locis omnem definitionem essentiam constare ex genere, & differentia: si ergo ita res habet, nulla essentialis definitio constat materia, & forma rei,

Solutio.

S præter-

prætermissa differentia. Sed resistendum est hoc modo, propriam materiam, & formam rei seu potius constare ex propria materia, ac forma rei quatenus huiusmodi sunt ( id enim in hac definitionis formula generi adjicitur) vice differentiæ haberi. Unde enim gradū humanæ naturæ addit animali, id quod dicimus Cōstanti corpore ( recto scilicet, aut quo alio modo id à posteriori explicaueris) & animo rationali, quæ addit rationale atq; eodem modo res habet in ceteris speciebus rerū, quæ materia, & forma cōstant. Reuocantur ad definitionē essentialē definitio-

nes illæ, quæ constant generē remoto, & differentia proxima prætermisis aut omnibus, aut quibusdā differentijs interiectis: ut si dicas, Homo est substantia corpora-  
ta, rationis compos: vel, Homo est corpus  
animatum rationale. Reuocantur etiam illæ, quæ loco differentiæ proximæ con-  
stat nomine materiali proprietate, aut forme  
duntaxat: ut si dicas, Homo est animal  
cōstantis recto corpore, vel, Homo est ani-  
mal cōstantis animo rationis participe.  
Hęnanque omnes significant cōuersim  
quidditatem rei, & si illam non omnino  
exprimunt.

ex primunt, præsertim cum traduntur  
per genus remotum. Revocatur & illæ que  
sunt ex genere & numeratione partium  
integrantium pertinentium ad essentiam  
rei: ut si dicas, Dominus est integrum  
ex partibus, & recto hoc modo constru-  
ctum: Res publica est communio ex ordi-  
ne sacrorum ministrorum, nobilium, &  
plebis constituta. Sed quæstio est, num de-  
finitiones, que generi & differentiæ pro-  
prietatem aliquam adiungunt, in essen-  
tialibus definitionibus debeant numera-  
ri: ut si dicas, Homo est animal rationale  
beatæ vitæ capax, vel Homo est animal  
rationale natura mansuetum, & ad ciui-  
lem communionem aptum. Reprehendu-  
tur enim ab Aristotele. Ad hanc quæstio-  
nem respondendum videtur, huiusmodi  
definitiones esse quidem redundantes (cum  
satis sit ea in definitione collocare, que  
ad essentiam rei pertinet) atque hac de cau-  
sa ab Aristotele non probari: ceterum non  
esse ab essentialibus excludendas. Con-  
stant enim partibus conuersim signifi-  
cantibus essentiam definiti, & si alias ad-  
iungunt que nullam essentiæ partem  
significant. Multo minus excludenda

S i j erunt

Definitio-  
nes ex en-  
umeratio-  
ne partiū  
integran-  
tiū.

Num defi-  
nitiones,  
que gene-  
ri & dis-  
ferentiaz  
proprietati  
em adiun-  
gunt sint  
essentiales.

5. top. 2. &  
6. top. 2.

Hinc col. erunt ab hoc genere, quæ constant nomi-  
lige non ne aliquo, quod non significat quidem es-  
opus esse sentia definiti, sed est huiusmodi, ut sine  
ut omne ipso essetia definiti intelligi non possit:  
quod eo ut si dicas, Pater est relatum quid, cuius  
naturae respectu ad filium terminatur. Nam &  
definitione, si nomen filij non significat ullam partem  
essentiam essetiae patris, tam sine ipso essetia, & na-  
significet. tura patris, intelligi nullo modo potest.

Dicitur hoc genus definitionis defini- G

**C**ur defini-  
tio essentialis, quia essentiam rei expri-  
mit. Dicitur ab Aristotele simpliciter  
**D**efinitio, quia simpliciter, ac perfectè  
re definit. Dicitur terminus, quia cogni-  
tio rei ab accidentibus externis profecta,  
non potest ultra definitionem essentiale  
progredi, sed in ea quasi in perfecta rei  
apprehensione terminatur, ut ipse autor  
hujus nominis exponit. **I**Dicitur deniq;

**o**ratio quæ unum significat, quia ex ma-  
teria & forma, ac omnino ex genere &  
differetia, ex quibus definitio essentialis  
rem declarat, una constat essentia: non  
item ex genere & proprietate, aut ex ge-  
nere & accidentibus, ex quibus descrip-  
tio conficitur.

*Non eodem modo res omnes de-  
finiri. Caput. 6.*

**A**Porro non omnes res eodem modo definiuntur. Id quod facile est cernere, si predicatione ante oculos ponatur. Nam extrema eorum, id est, genera suprema, & individua non definitur essentialiter, sed describuntur: illa, quia nulla constant differentia: hæc, quia non sunt uniuersalia, ac proinde non definitur nisi remotè, ut dicemus. Describi tamen modo aliquo consueverunt individua ex multorum accidentiū collectione. Ut si Platonem definias, hominem quendam Aristonis ex Perictione filium veteris Academiæ principem, aut alia huiuscmodi

**B**oratioe quis nam fuerit explices. Media vero interiecta inter hæc, hoc est, species omnes, essentialiter possunt definiri, cum omnes constent generibus, & differentijs. Cæterum in his definitiis varietatem multam inuenies. Sola enim substantia corporeæ, & species, quæ sub ipsa collocantur, definiri possunt ex materia & forma, quoniam hæc tantum species ex materia, & forma compositæ sunt. Iam vero si prædicamentum substantie cum cæteris co-

Genera su  
prema &  
individua  
non defini-  
untur es-  
sentialiter.  
Individua  
describi so-  
lent.

Omnes  
species de-  
finiri pos-  
sunt essen-  
tialiter.  
Substantie  
tamen cor-  
poratae  
definiun-  
tores ex ma-  
teria, &  
forma.

stātia sūm  
pli-  
citer  
definitur  
essentiali  
definitio-  
ne.  
7. metaph.  
2. 4. & 5.  
Omnia ac-  
cidentia  
modo ali-  
quo per su-  
bstanciam  
definiuntur.  
Aliter ta-  
tameo ab-  
stracta ali-  
ter concra-  
ta.

feras, solas substantias intelliges simpli-  
citer definiti essentiali definitione, ut pla-  
cet Aristoteli Accidentia enim, ut ait, <sup>a</sup>  
non habent simpliciter quod quid erat es-  
se, quidditatēmū, sed quodāmodo, quia  
non per se, sed in sola substātia, quod per  
se existit, cohærere possunt. Vnde sic ut D  
omnia modo aliquo per substantiam, in  
qua cohærent, definienda sint. Aliter ta-  
men cū significātur nominibus abstractis  
(quæ sunt ipsorū pene propria) aliter  
cū significātur cōeretis. <sup>b</sup> Nam cū  
abstractis significantur, ponenda est sub-  
stātia subiectum in casu obliquo: ut si  
dicas, Similitatem esse curuitatem nasi.  
Cū autem concretis nominibus signifi-  
cantur more substantiarum, tūm subie-  
ctum ponendum est in recto: ut si dicas,

7. metaph.  
5. Vide D.  
Thom. de  
ente & ef-  
sentia. 7.  
Habitus o-  
perantes,  
& potētiæ  
omnīs, per  
suo. <sup>a</sup> Quo-  
aut obie-  
cta defini-  
untur.

E  
accidentia omnia siue proximè, siue  
remotè, per substantiā definiēda sunt, sed  
etiam inter accidētia reperias plurima,  
quæ alijs præterea additamentis egeant,  
cuiusmodi sunt omnes habitus qui ope-  
ratui appellātur, potētiæ naturales, & re-  
lata omnia. Habitūs enim huiusmodi, &  
potentiaz per suos actus, aut obiecta defi-  
niuntur.

niūtur, ut scientiae, & virtutes, sic Dialectica dicitur esse doctrina differēdi, sic Philosophia naturalis dicitur scientia, quae agit de rebus naturalibus, sic iustitia dicitur virtus qua quisque alij tribuit quod eius est, sic aspectus definitur sensus quidam qui in coloribus percipiendis versatur. Relata verò omnia per ea, ad quae referuntur, definiuntur: ut pater per filium, dominus per seruum, & vice versa. Alia quædam sunt indefiniendis rebus observanda, quæ in structiōrem postulant lectorem, quā m̄ sit is, quem hisce institutiōibus informamus. Nūc supereft ut definiendi methodum, hoc est, viam, & rationē inuestigādæ definitione stradamus.

*De via, & ratione inuestigandi definitionem. Caput 7.*

**A**D hanc methodos ponebat Plato, a quibus omnis rerum cognitio, & scientia contineretur, Diuisiūam scilicet, & Collectiūam, Aristoteles verò b & si non omnino hoc probat, docet tamen hisce duobus modis inuestigari posse definitionē, diuisione inquā, & collectione. Diuisione quidem hoc modo, sumatur, ait, pri-

In Sophista & Phædro & alijs locis idem Alci-nous de Doct. Pla. cap. 5. b. 1. post. 14. & 1. 10. pic. 4.

Quo p. mūm, si quod cōmuniās est, latiusq; ē  
 & dīcūs. patet quā in res definienda: deinde illud  
 one inue ipsum dividatur: mox differētia quæ rei  
 stiganda conuenit, addatur primo attributo: rur-  
 sus, si non duū oratio reciprocabitur cū  
 sit definitio.

2. post. 14. sūptum est, tandemq; eo usq; fiat pro-  
 gressio dividendo, donec oratio propria  
 efficiatur, quæ nullam in rem aliam trās-  
 ferri possit. Exempli causa si hominem  
 definire velis, accipies primo loco aliquod  
 genus hominis, verbi gratia substantiam  
 quæ omniū latissim epatet, dicesq; Homo  
 est substantia. Deinde, quia substantiarū  
 quædam sunt corporis expertes, ut intel-  
 ligentiae, quædam corporatæ, qualis est  
 homo, addes corporata. Sed quia corpo-  
 rate substantie partim interire non pos-  
 sunt, ut cœli, partim possunt, è quibus est  
 homo, addes. Quæ interire potest. Rur-  
 sus, quia earum substantiarum, quæ inte-  
 renunt quædā non viuent, ut lapides, aliæ  
 sunt viuentes, in quibus est homo, addes,  
 Viuens. Verum ne id quidem satis est.  
 Viventium enim quædam nil sentiunt,  
 ut plantæ, quædā sentiunt in quibus ho-  
 mo numeratur. Quare adiungendum est,

Sen-

**Sentiens.** Sed cōmune adhuc. Nam eorū, quæ sentiunt, quædam sunt expertia rationis, quædam rationem participant, ut Socrates, & Plato. Addes igitur, Rationis particeps: quod satis erit. Nam totū hoc, substātia corporata, quæ interire potest, viuens sentiens, & rationis particeps soli homini conuenit, & cum eo reciprocatur. Existima ergo te hac via, & ratione inuenisse hominis definitionem: quod eodem modo in cæteris rebus definiēdis

**C**obseruabis. Quod autem Aristoteles eodem loco ait, singulas differentias hac methodo inuestigatas latius patere, quam id, quod definitur, non vniuersè accipiendum est (differentia siquidem, quæ proximè componit speciem non latius patet, quam species, ut idem ipse alibi dicit) sed solum cùm non suppetunt essentiales differentiae. Tunc enim sèpè cogimur diuidere ea, quæ accepimus, in ea accidentia, quarum singula latius pateant, quam res, que definitur, omnia autem simul iuncta cum eadem recurrent. Ut si diuidas animal in bipes, & non bipes: deinde animal bipes in pennatū, & implume: tum definias hominem esse animal

S v bipes

Quo pa- bipes implumc. Collectione verò, seu si-  
 &to colle- milium consideratione, ut eam vocat Ari-  
 &tione in- stoteles, e hoc modo inuestiganda est de-  
 uestigian- finitio. Primùm si velis infimæ alicuius  
 da sic defi- nitio. speciei definitionem colligere, in species  
 nitio. in individuis illius rationem aliquam, ob

quam nomine talis speciei nominentur,  
 2. post. 14. eaque erit definitio talis speciei. Atque vt  
 & 1. top. Aristotelis exemplis utar, quoniam animi  
 34. magnitudines Alcibiadis, Achillis, & Aia-  
 cis, sunt individua vnius speciei infimæ

magnanimitatis (fuerunt enim quam si  
 millimæ) hi autem homines dicti sunt  
 magnanimi, quia exquo animo contume-  
 liam pati non potuerunt, primus enim  
 ob hanc causam bellum patriæ intulit,  
 alter implacabili exarsit iracundia, ter-  
 tius sibi mortem consciuit: efficitur ut  
 definitio huius infimæ speciei magnani-  
 mitatis sit, Exquo animo contumeliam  
 illatam ferre non posse. Hæc tamen ma-

gnanimitas non virtus, sed vitium est,  
 3. etic. 7. & 8. ut alibi docet Aristoteles. Qua etiam ar-  
 te colliges definitionem eius magnanimi-  
 tatis quæ in Socrate, & Lysandro fuit,  
 hæc esse, Exquabiliter secundâ & aduersam  
 fortunam ferre, quoniam hac de causa ma-  
 gnanimi

gnanimi appellati sunt. Deinde si velis colligere definitionē alicuius generis, videbis num rationes diuersarum specierū habentia idem cōmune nomen cōueniat secūdū tale nomen in vna aliqua ratiōe, quæ simpliciter vna sit, nec ne. Nam si cōuenient, ea erit definitio generis: si minus, tale cōmune nomen erit æquiuocū vtrīq; speciei. Exempli causa, si ratio eius magnanimitatis, quæ fuit in Alcibiade, Achille, & Aiace, cum ratione magnanimitatis Lysandri, & Socratis, in hoc cōueniat, quod omnes existimauerint se dignos esse rebus magnis, atque hæc oratio sit vna simpliciter, hæc sane erit definitio generis vtriusque magnanimitatis, quod magnanimitatis generalivocabulo appellatur. Quod si non fuerit cōmunitis vtrīq;, aut certe non fuerit vna simpliciter, sed analogicē duntaxat (quod magis credi- Prior me- derim) non erit vtique definitio alicuius thodus generis vtriusque magnanimitatis, sed perfectior cuiusdam analogi, quod similibus qui- est, poste- de rationibus, sed tamen diuersis, dicatur rior autē inuentio- de vtraque. Ac prior quidem methodus definendi accuratior est, & naturæ et accommodi- nis ordinis dini, perfectæque disciplinæ cōueniens: data. poste-

posterior autem, qua plurimum vtitur Socrates apud Platonem, & si minus perfecta est, tamen inuentionis ordini est accommodata. De qua quidem intelligendum est illud Aristotelis, facilius esse minus vniuersalia, quam magis vniuersalia f. 2. post. 15. definire, atque siccirco à minus vniuersalibus ad magis vniuersalia esse progrediendum.

*De definito. Caput. 8.*

**D**iximus de definitione deque via, & A ratione definendi, nunc de definito aliquid dicamus. Quinque autem se se offerunt in hac re animaduertenda. Primum est, duplex dici solere definitum apud Dialeticos: propinquum, & remotum. Definitum propinquum (quod & primum, & immediatum vocant) est illud quod proxime explicatur definitioe. Remotum vero (quod secundarium, & mediatum appellant) est illud, quod remotè definitur, hoc est, quatenus in propinquuo continetur. Exempli causa, cum dicimus, Equus est animal hinnies, equus quidem est definitum propinquum, Xantus autem, Bucephalus, &cæteri ex-

Duplex  
definitum.

Propin.  
quum.

Remotum

fin-

singulis sunt definita remota, quoniam equus in commune explicatur proximè definitione tradita, singuli autem solùm ex quadam consecutione, quatenus vide licet communem equi naturam participant. Eadem ratione, cùm dicimus Animal est corpus animatum sentiens, animale est definitum propinquum; homo autem & bestia, multoque magis singuli homines, & singulæ bestiæ, sunt definita remota. Vnde planum sit, definitum remotum nec omnino, nec conuersim explicari definitione ea cùius respectu dicitur definitum remotum; ac proinde non esse sim-

B pliciter appellandum definitum. Secundum est omne definitum, quod definitione una explicatur, unum per se hoc est, unius essentiae esse debere. Nam cum definitio sit velut quedam expressa in rago alicuius essentiae, quot fuerint essentiae, que definitione explicantur, tot sint definitiones necessariae. Hinc sit, ut Aristoteles sententia id, quod est unum per acci-

Definitum  
remotum,  
non esse  
simpliciter  
describi  
tum.

Omne de  
finitum  
vnū quid  
per se esse  
debet.

a  
7. metap.

12. ix. 42.

Id quod  
est unum  
per acci-

dens, non  
bus definitur.

b 6. top. 5. bus cōplicatis fatetur illæ b hæc posse de-  
 Nullum finiri; vt si dicas. Homo albus est animal  
 æquiuocū rationale infectum colore dispartiente C  
 definitur, visū. Quia verò nomen æquiuocum non  
 nisi prius significat vnam tantum naturam, essen-  
 distingua tur. tiam ue, sed multas, hoc etiam efficitur ex  
 c Ex 5. To dictis, vt nullum æquiuocum definiatur,  
 pi. 2. & 5. nisi prius distinguatur: quod per uulgatis  
 Quedam simum est apud Dialecticos. c Hoc vero  
 æquiuocā & si in omnibus æquiuocis communiter  
 definitur precipitur, tamen in quibusdā analogis  
 ante quam distinguā quodammodo non seruatur. Quedam  
 tur: non enim definiuntur nulla prius facta ipso-  
 tamen de rū distinctione, vt apud Aristotelē Prin-  
 finitione cōcipia, Natura, Motus, & alia permulta.  
 simplici- Si tamen loquamur de definitione, quæ  
 tet vna. sit simpliciter, ac omnino vna, dubium  
 Omne qd definitur, non est, quin semper hoc commune pro-  
 est vniuersaliter loquimur seruetur. Nunquam enim defi-  
 sale. nitio omnino vna vlli æquiuoco assigna-  
 Ut 1. post, tur. nisi vocabulum æquiuocum pro uno  
 7 & 2 post, tātum significato accipiatur. Tertiū est,  
 14. & 7. omne quod definitur esse vniuersale, vt  
 metaphy. Aristoteles sāpē admonet. d Vnde fit, vt D  
 21. e Ut ferē verba illa, Quod quid erat esse, & alia si  
 10107. me milia, quib us Aristoteles vtitur cūm de  
 raphy. definitione, aut de quidditate rei loqui-  
 tur,

tur, semper & accipiatur apud illum pro  
 quidditate, essentiaue vniuersali. Causa  
 cur solayvniuersalia definiantur, hæc est, hiæ non  
 quia singularia (Deum optimum maxi-  
 mum excipio) sunt mutabilia: vniuersa-  
 lia verò nunquam mutantur, nisi ex ac-  
 cidenti, ratione videlicet singulariū. Ho-  
 mo enim, exempli gratia propterea dici  
 tur nasci, interire, & omnino mutari, più & fum  
 quia Socrates aut aliquis ali⁹ ex singulis  
 mutatur: id, quod modo eodem accidit  
 in cæteris. Cum ergo definito debeat esse  
 rei immutabilis (est enim principium &  
 fundamentum scientiæ, f ad quam non  
 admittuntur nisi res, quæ ex se mutabiles  
 non sint) efficitur ut omne definitum de-  
 beat esse vniuersale. Aliæ sunt rationes,  
 quibus hoc idem confirmari solet sed hæc  
 vna sufficiat hoc loco. Intelligenda est  
 auté hæc assertio de definito propriu-  
 siquidem remotè dubium non est, quin  
 singularia definiantur, vt ex dictis patet.  
 Verum hæc dissensio est inter Dialecti-  
 cos. Quidam enim g non agnoscentes  
 villam rem vniuersalem, quæ sit in sin-  
 gulis individuis, quæque primò, ac pro-  
 ximè significetur nomine vniuersali,  
 dicunt

Ex i post.  
 g. & i. de  
 anima i.  
 Individus  
 definitur  
 remotè.  
 Num defi-  
 nitum  
 propin-  
 quum sit  
 res uniuex  
 salis anno  
 men uni-  
 uersale.

dicunt definitum propinquum non esse  
rem vniuersalem significatam nomine

Nominales ex Ochamo 1. parte lo-  
gica. cap. 14. & 15. & 1. sent.  
d 2 q. 6. Alij ponentes nomē vniuersale proximē  
Quircales dicuntur, ut passim Alb.D.

Thomas Scotus. significare rem vniuersalem, quæ existat  
in singulis, remote autem ipsa singula in-  
dividuatuē dicunt definitum propinquū  
esse rem vniuersalem, quæ proximē signi-  
ficatur nomine vniuersali (hæc est enim  
quæ proximē explicatur definitione) de-  
finita verò remota esse illa eadem, quæ  
superiores autores astraunt. Sed contra  
priorē sententiam aliquando dabitur  
disputandi locus: Nos enim posteriorem

Omne, quod priè defi-  
nitur, est species. h. G  
priè definitur, aut describitur esse specie  
alicui generi subiectam, siue infinitam,  
siue subalternā: quia in omni definitio-

ne aut descriptione propriè dicta ponen-  
tum est genus rei, quæ definitur, & eius  
differētia, aut proprietas. Hinc intelliges,  
cur nec genera summa, nec differētiae pro-  
priè

7. Meta. 4.

priè definiatur. Nullius enim generis sunt species. Describuntur tamen quodammodo differentiae more proprietatum cōcretis, nominibus significatarū. Nam ut dicimus Docile est animal, quod doctrina imbui potest, sic dicere possumus, Rationale est animal, quod rationē partie ipat. Quintū est, figura, ut chimeram, hircocerū, & alia huiusmodi non definir/ definitiōe rei sed nominis tantum, ut placet Aristoteli. Itaque Arist. sententia eit cum dicimus Hircocerus est animal ex hirco & ceruo cogitatione confictum, sensu in orationis non esse, quod significatū huius nominis. Hircocerus sit animal mente confictum ex hirco & ceruo, sed quod nomen Hircocerū id significet. Causa huius sententiae est, quia figura non habet verā quidditatē essentiam, quæ definitione rei explicetur, habet tñ verū nomen, quod definitione nominis declaretur. Unde ille. Id inquit, quod non est (hoc est, esse non potest) nemo scit vñquam quid est, sed quid oratio, aut nomen significat. Veluti quid significet Hircocerus, percipi potest, quid verò hircocerus sit, intelligi non potest. Id quod eodē libro pluribus verbis exē-

T. quitus

Num fig. quitur. Non puto tñ aut cū veritate, aut  
 mentoriū cū Arist. sentētia pugnaturū, qui huiuscē-  
 definitio modi definitiōes nomīne definitionis rei  
 nes dīr̄ possint siue quid rei remotissimē cōprehendere it.  
 quid rei. Quod enim non sit cū veritate pugnatū  
 quodāmo dō defini res, tñ quasi in extremo gradu rationē re-  
 untur fig rū participat, quam ob causam res fictae  
 mientā de appellātur. Vnde fit, vt in definitiōe quid  
 finitronē rei cōprehēdī soleat rei vocabulo quic-  
 rei. quid nomine signatur siue id sic ens reale  
 siue ratōis, siue confictū siue quodus ali-  
 ud. Quod verò nec pugnaturus sit cum

Arist. doctrinā hinc colliges. Docet enim  
 Ut secun (idq; nō semel) etiā definitiones accidē-  
 dc, poster. tiū esse nominū interpretatiōes, eo quod  
 7. &c 7. Me accidētia nō sint simpliciter res, siue en-  
 taph. 4. tia: & tñ sēpe cōcedit nō hæc explicari de-  
 ut 7. Meta finitione rei, ea nimirū ratione quia & si  
 phy. 4. & nō sunt simpliciter entia, tñ quodāmodo  
 5. sunt entia, sicq; à numero entiū non om-  
 nino excludūtur, quod idē & si minus au-  
 dacter ad figmēta tñ accōmodari potest.

Hæc de definitione dixisse sufficiat: nun-  
 cā plurimi s̄p̄ceptis, indefinitiōe obser-  
 potissimā uādis quæ ab Arist. nō tradūtur, ea tātū  
 6. Topico subiecta sunt, quæ plus vtilitatis afferre  
 rum. videantur.

Prio-

*Primum preceptum in definitione  
obseruandum.*

*Caput. 9.*

**A**PRIMUM preceptum est, ut quicquid Semper  
definiatur defineatur ex notoribus. dū ex no-  
Quod quidem vel ea de causa primo lo- tioribus.  
co posui, quia nihil est minus ferendum, a 4 top. 2.  
quam id esse obscurum, ac quod qualica & j.  
put omnis disputatio redigitur. Id enim Non des-  
est definitio. Hoc preceptū non seruant, niendum  
qui translatiōnibus, b presertim remociis, trāslatio-  
& difficilibus, in definiendo utuntur, vt b 2: post.  
siquis definiat hominem, arborem in 15 & 6.  
uersam. Itē qui verbis parum vñtatis, top. 2.  
vt siquis medicus imperet ægrotō, vt su- c 6. top. 2.  
mat Terrigenam, herbigradā, domipor- cleam intelligat. Itē qui ambiguis, e vt si  
quis hac oratione, Elementum primum, d  
velit literam, qua si eam describendo,  
significare. Hac enim verba ambigua Cice. 1. de  
intelligi. Ut enim literæ sunt, prima biguis.  
elementa sermonis, sic vñtates sunt c 6 top. 2.  
prima elementa numeri & materia, ac  
forma rei naturalis. Admittuntur tamen  
ambigua vocabula, in definitionibus,

T 2 cum  
mūl

Quo pac-  
 to ambi-  
 gua ad-  
 mitti va-  
 leant in  
 definitio-  
 nibus.  
 Non defi-  
 niendum  
 id est per  
 idem.  
 f

cuin vel additur aliqua particula, quæ  
 ambiguitatem verbi ad unam significa-  
 tionem trahat (ut si quis proximæ defi-  
 nitioni addat hanc particulæ, Sermonis)  
 vel ex rebus, de quibus differit, aperte B  
 constat, qua significatione vocabula su-  
 mantur. Item qui idem per id ipsum defi-  
 nit, Nihil enim est quod notius se ipso  
 sit. Hoc autem aperte, ac verbo eodem fe-  
 ré nunquā accidit, sed implicitè, alioque

6. top. 3.

Nec con-  
 trarium  
 per contraria

aliquod nomen, quod definitur & decla-  
 ratur per ipsum: definitum: ut si quis de-  
 finiat solem astrum, quod dum dies est nostrum  
 hemispherium illustrat. Nam cum dies de-  
 finiatur motus solis super terram, efficitur,  
 ut tandem sol definiatur per sole. Item qui  
 contrarium per suum contrarium definit, s. ut  
 si quis defineat bonum esse id quod est ma-  
 rium. Huiusmodi est illud,

g

6. top. 3.

Horatius.  
 Obiectio.

Virtus est vitium fugere: & illud, Pri-  
 ma sapientia stultitia caruisse. Causa  
 est, quia contrariorum eadem est scien-  
 tia, & cognitio. Verum hic modus defini-  
 endi non est usque adeo repudiandus,  
 Sed obiectat aliquis contra hoc primum  
 præceptum, omne relatum per illud ip-  
 sum

sam relatum, ad quod refertur, esse defini-  
 endum, ut docent Philosophi, relata vero  
 inter se, cum sint simul natura, esse  
 æquè nota, aut æquè incognita, ergo non  
 quicquid definitur esse ex notoribus ma-  
 gisque perspicuis definiendum. Occures  
 tamē Nullum relatum (si propriè loquē-  
 dum est) definiri per illud relatum, ad  
 quod refertur, sed per respectum suum, qui in illud terminatur, ac definit. Verbi  
 causa, pater non definitur per filium sed  
 per suum respectum, qui in ipso inchoa-  
 tur, & in filium definit. Cæterū, quia nul-  
 lus respectus intelligi potest sine suo ter-  
 mino, sit ut respectus patris intelligi nou-  
 valat sine filio, sicq; in definitione patris  
 necessario ponendus sit filius, parique ra-  
 tione pater in definitione filii: atq; ita res  
 habet in cæteris. Quod igitur philosophi  
 dicunt relata, quæ sese mutuo respiciunt,  
 per se inuicē esse definienda, non propriè  
 accipiendum est, sed quasi dicant, neces-  
 sario alterum in definitione alterius esse  
 ponendum, ut quorsum tēdant respectus  
 per quos relata vere, ac propriè definitur,  
 intelligātur. Nunc autem & si relata  
 ipsa sese vicissim respicientia sint æquè

Solutio.  
 Num rela-  
 tuū per id  
 ad quod  
 referitur  
 d finiatur  
 cap. 9.  
 Alb. in  
 prædicā-  
 mentum  
 ad aliquid

cognita, aut incognita, tamen respectus ipsi quatenus distincte co*n*tiuntur cōceptibus generum & differentiarū, ex quibus constant sunt naturae ordine notiores, quam relata. Taque in relatis etiam definiendis hoc obseruatur, ut quod definiatur, ex notioribus explicetur.

*Secundum praeceptum.*

*Caput. 10.*

*Definitio* **A**lterum praeceptum est, ut definitio debet consistere in propria definiti, ut Aristoteles averti cum ait, hoc est, ut nec latius pateat, quam definitorum, nec minus late, sed cum eo reciprocetur. Hoc praeceptum non obseruant, qui extrinsecus definitiones alijs etiam rebus conuenientes, ut si quis terram definit corpus, quod deorsum suapte natura fertur. Hoc enim in alijs etiam rebus vere dicitur. Item qui assignant definitiones, quae non conueniunt omnibus comprehensis sub definito: ut si quis definit aquam corpus simplex frigore concretum. Nec enim omnis aqua frigore concreta est. Quod si terra definitur, corpus simplex, quod in infinitum locū suā pte natura fertur, aqua vero corpus simplex

**B**plex quod inter terram & aërem suapte natura quiescit: non dubium erit quis definitiones cum rebus, quæ definitur, recurrent, reciprocenturq;. Hinc colliges, multas circunferri nominum interpretationes, quæ non sunt bona definitiones, vel quia latius patent, ut si dicas, Theologus est qui de Deo loquitur: Consul est, qui patriæ cōsulit: vel quia minus late, vt si dicas, Geometria est ratio metiendi terram. Sēpe igitur aliquid addendum est huiusmodi interpretationibus, vt bona definitiones habeantur. Quod plurimè etiam descriptiones Oratorum & Poëtarum desiderant.

## Tertium praeceptum. Caput. 11.

**A**TERTIUM PRÆCEPTUM EST, VT NIHIL IN DEFINITIONE DESIT, AUT SUPER SIT. DEEST AUT TEM ALIQUID, CUM POSITO GENERE REMOTO NON ADHIBENTUR OMNES INTERIECTAE DIFFERENTIAE, VT SI QUI DEFINIAT HOMINEM ESSE SUBSTANTIAM RATIONIS PARTICIPEM. HAC DE CAUSA DOCET ARISTOTELES, A AUT DEFINIENDUM ESSE GENERE PROXIMO, VT SI DI CAS, HOMO EST ANIMAL RATIONIS PARTI CEPS, AUT SI REMOTO, ADIUNGENDAS ESSE GENERI OMNES DIFFERENTIAS, QUAE A GENERE

Multæ cīc  
conferunt  
nominū  
inter  
pretatio  
nes quæ  
non sunt  
bonæ defi  
nitiones.

Nihil in  
definitio  
ne deside  
rari, aut  
superesse  
debet.

ad definitū sīq; inueniuntur, vt si dicas,  
**H**omo est substantia corporea interitus  
 capax, viues, sentiens, & rationis partici-  
 ceps. Deest etiam aliquid cūm res, quæ  
 definitur, constat materia & forma, nec  
 tamen loco differentiæ vtraq; ponitur,  
 sed altera tantum, vt si hominē definias  
 animal constans animo rationis partici-  
 pe. Id autem dicitur superesse, siue redū-  
 dare in definitione, quo sublato, ea, quæ  
 remanet oratio, satis aperte rē declarat. **b**  
**E**xempli causa si quis definiat hominem.  
 animal rationis particeps bipes, illud bi-

**b**  
**6. top 2.** pes, dicendum erit superesse, quoniam  
 eo detracto satis planum facit reliqua o-  
 ratio definitum. Sæpe tamen non datur  
 vitio, quod plura verba ponantur in de-  
 finitione, quā quæ satis esse videantur,  
 quoniam raro id censetur superuacane-  
 um, quod aliquanto apertius rē declarat.  
**Quare** rarius hoc vitio, quām superiori,  
 laborat definitio. Quanquā ne illud qui-  
 dem semper pro vitio habendū est, quā-  
 doquidem graues authores, ne minutissi-  
 mē omnia persequantur, multas sæpe  
 omittunt medias differentias præsertim  
 cūm facile intelligi posunt. **C**

Quar-

## Quartum præceptum. Caput. 13.

Definitio  
debet esse  
brevis.

A **Q**uartum præceptum est ut definitio sit brevis, modo breuitas obscuritate non pariat. Nam cum definitio cuiusque rei sit caput totius disputationis, quæ de re habetur, virtus haud dubie non carebit, quæ longior fuerit, quem ut facile memoria teneatur, expedite que, cum opus fuerit, in medium afferatur. Quantum ergo & natura rei, & perspicuitas patiatur, brevis esse debet definitio, & si nonnūquam aliquanto longior egeat expositione. Hoc præceptum prætermittunt, qui tot particulæ in definitione cōgerunt, quæ sunt difficultates in tractatione rei, quæ definitur. Nā & si definitio, ut autor est Arist. a talis esse debet, ut ex ea omnes dubitationes, quæ de re habētur dissoluantur, non tamen necesse est, ut singulis penè argumentis diluendis singularia verba in definitione ponantur quod multi faciunt, sed ut ita sit constituta, ut ex paucis facile omnium obiectorum solutio colligi possit. Sæpe tamen sophistarum importunitas cogit pluribus verbis rem definire, quam simpliciter definienda foret. Qua ratione Aristoteles b

Non sunt in definitione tot particulæ congerentes, quæ sunt argumenta ex definitio ne diluenda.

B a 4. Phy. 4  
ut stipil

Sæpe sophistarum causa longiores sint definitio nes.

tetur b. I. Peri. 4

tetur se longiori oratione elenchum definiuisse.

In inuestigatione definitio-  
nis per di-  
visionem:  
que ser-  
uanda.

2. post. 14.

**I**

**2**

*Alia quadam præcepta, quæ in inuesti-  
gatione definitionis seruanda  
sunt. Caput 14.*

**P**Orrò cùm diuisionis methodo inuestigatur definitio tria obseruanda esse docet Aristoteles, a Primum, vt omnia prædicata, quæ sumuntur, prædicensur in ipso quid est, hoc est, essentialiter. Ferè tamen cogimur alia sumere attributa, quia ignotæ nobis sunt in maxima ex parte rerum essentiæ. Alterum, vt omnia naturæ ordine collocentur, ita scilicet, vt cōmuniora præponantur minus communibus quoad intelligendi rationem. Nam quoad situm partium orationis, sœpe differentia præponitur generi, vt cùm dicimus, Dialectica est differendi scientia. Verum cùm plures differentiæ in definitione ponuntur ferè fit, vt situ etiam verborum cōmuniores antecedant minus cōmunes. Neque enim dicimus Animal esse corpus sentiens animatum, sed corpus animatum, sentiens, & ita ferè in re-

liquis

Iquis. Tertium, ut nulla differentia prætermittatur. Quod utique fiet, si omnia, quæ ante sumuntur, adæquate in proxima membra usque eo diuidantur, dum tota oratio cu[m] definitio recurrat. Quoniam vero in genere proximo rei, quæ definiuntur, continentur omnia priora, cum genera, tum differētiae, docet Aristoteles; Icco[u]m eorum omnium, posse ponī genus proximum. Id quod læpe necessariō faciendum erit, ne longior quam pars sit, fiat definitio.

Vnde Boëtius. Si omnes, <sup>c. In lib. de</sup> inquit, species suis nominibus appellaretur, ex duobus solum verbis omnis fieret definitio. Ut cūm dico quid est homo, <sup>etiam nō p</sup> inveniē quid mihi necesse esset dicere, animal ratiōnale, mortale, si animal rationale est nitione

**B**est proprio nomine nuncupatum? Cum p[er]T collectionis autem methodo definitio inuestigatur, hoc vnum præcipit Aristoteles diligenter cauerit, ne dum à minus cōmunibus ad cōmuniōra progredimur, ali[us] post. 15. quam incurramus æquiuocationem. Latet namq[ue] magis in cōmuniōribus æqui[u]ocatio. Etenim quod animi magnitudo ea, quā in alcibiade, Achille, & Aiace dicta sunt legimus, vniuocè illis conuenient, nōmo cap. 7. dubi-

dubitatur, nullus etiam ambigit in Lysandro, & Socrate aliam quandam eiusdem omnino rationis magnanimitatem fuisse. Sed num magnanimitas, quae de utraque specie dicitur, sit vniuoca, nec ne, id sane (quia de re communiori est questio) non ita facile perspicitur. Si ergo ex rationibus vniuocis inferiorum vnam rationem, quae vniuoce inferioribus conveniat, collegeris, ea erit definitio superioris. Sin autem ad vnam omnino rationem non accelleris, intellige vocabulum communem requiuocum esse. Haec precepta definiendi sint satis. Ceterum antequam ad argumentationem pergo, duo velim animaduertas, Alterum est saepissime verba, quae actum significant, ut Sentiens, Ridens, & alia huiusmodi, pro ipsis facultatibus in definitione accipi, ut sentiens, pro eo, quod sentire potest Ridens, pro eo, quod ridere. Causa est, quia apud Latinos ferè non sunt nomina imposita facultatibus.

Alterum est, in his preceptis quedam esse, quorum pretermissio efficit, ut oratio non sit omnino definitio, qualia sunt ex quatuor definitiis preceptis primum & secundum; quedam vero esse, quorum reie-

<sup>8</sup>  
Sæpissime  
verba,  
quæ  
actū  
significat  
pro ipsis  
facultati-  
bus inde-  
finiendo  
accipiun-  
tur.

Nota hæc

<sup>sup abh</sup>  
<sup>metr c</sup>

<sup>1598</sup>

<sup>1600</sup>

reiectio non id prorsus efficit, ut oratio  
non sit definitio, sed hoc tantum ut non  
sit bona, & apta definitio, qualia sunt  
tertium & quartum. Atque haec duæ ani-  
maduersiones in præceptis etiam diui-  
dendi obseruandæ sunt. Nam quod ad  
posteriorem attinet, sola prætermissio  
primi, & extremi præcepti diuisi-  
onem funditus euertit, ut at-  
tendenti prespicuum  
erit.

Finis libri quinti.



17.4.1963. N. 513.

lezing opon de geschiedenis van de oosten  
houde een oefening opon dat lasten van een  
te groot, so spie die hien niet, dianne houde  
tweeën vader en dochteren oedepe ghe  
maendenechters in de schouwester  
gheant op te lezen dat, wanneer den  
bovenste deel, dichter, tot de preceiteling  
bent, so gaet u blykebi ghevalle

oecan trouwens en welk dat al te

reueuen blyfcomme

soecan trouwens en welk dat al te

reueuen blyfcomme

soecan trouwens en welk dat al te

reueuen blyfcomme


soecan trouwens en welk dat al te

reueuen blyfcomme

Luis Philippe








SECUNDVS TOMVS.

INSTITUTIONVM  
DIALECTICARVM.

LIBER SEXTVS.

*De consequentia. Caput I.*

A



EST TAT ergo vt,  
quia de diuisione ,  
ac definitione iam  
diximus, deinceps  
de Argumentatio-  
ne, in qua plus ope-  
re Dialecticus in-  
sumit, differamus.

Sed quoniam argumentatio est quædam  
consequentia, ( latius enim patet conse-  
quentia, quā argumentatio) prius de con-  
sequētia, quām de argumētatiōe dicēdū  
est. Consequentia igitur siue cōsequutio,  
est oratio, in qua ex aliquo aliquid col-  
ligitur: ut Omnis homo est animal, igitur

Latinus pā-  
tet conse-  
quentia  
quām ar-  
gumenta-  
tio.  
Conseqüe-  
tia quid-

a aliquis

## 2 INST. DIALECT.

aliquis homo est animal. Id verò, ex quo  
aliquid colligitur dicitur antecedēs: quod B  
autem colligitur vocatur tum cōsequens,  
tum conclusio: quanquam sēpe tota con-  
sequentia conclusio nominatur. Conse- C  
quentiarum autem quatuor sunt genera.  
consequē- Primum est cùm quilibet enunciatio ex  
tia dicitur se ipsa, aut ex sua aequipollente colligitur.  
conclusio, Alterum genus est cùm antecedens, & cō  
maxime sequens eisdem præcisè verbis eodemque  
apud C. ordine collocatis constituta sunt, sed ta-  
men non idem valét ut Omnis homo est  
genus cō- animal, igitur quidam homo est animal.  
sequentiā Necesse est Socratem esse animal, igitur  
arum. non necesse est Socratē non esse animal.  
Secūdum. Nomine enim verborū non complector  
Tertium. hoc loco particulas ad quantitatem, aut  
qualitatem pertinentes, Tertium genus  
est cùm antecedens & consequens eisdē  
præcisè verbis constant, verūm ordine  
cōuerso, ut Nullus homo est lapis, igitur  
nullus lapis est homo: necesse est omnem  
hominem esse animal, igitur necesse est  
aliquid animal esse hominem. Atque ex  
consequentijs hactenus enumeratis nul-  
la dicitur argumentatio, sed consequētia  
Quartum duntaxat. Quartum genus est cùm ante-  
cedēs

edens & consequens non eisdem præcisè verbis constat, quia in antecedente continetur argumentum aliquod, uno, aut pluribus verbis comprehensum, quod non continetur in consequente: Diuidi solet hoc genus in syllogismum, enthymema, inductionem, & exemplum: quæ ratione argumēti argumentationes appellantur. Syllogismus est ut si dicas, Omne vitium fugiendum est, Omne mendaciū est viciū, Syllogismus. igitur omne mendacitum fugiendum est. Si sol lucet, dies est, at sol lucet, igitur dies est. Enthymema ut, Homo est animal, Enthymema igitur homo est sensus particeps: Hic adōma. lescens diligenter narrat operam literis, igitur doctus euadet. Inductio ut, Omnis inducō. homo est sensus particeps, & omnis bestia est sensus particeps, igitur omne animal est sensus particeps: Romulus non diu tulit fratrem imperij consortem, Pompeium Cæsar, nec Augustus Antonium, nec aliquis aliis, cuius ad nos memoria peruenierit diutius imperij participem ferre potuit, nemo igitur est, qui consorte imperij diu ferat. Exemplum ut, Crassus in diuitijs fœlicitate inueniri non potuit, ergo neq; Crassus inueniet Pisistratus im-  
 a z p 82

## 4 INST. DIALECT.

petratis à Republica custodibus salutis  
sux, tyrannide occupauit, ergo & Diony-  
sius occupabit. Has autem quatuor ar-  
gumentationum formas satis erit hoc lo-  
co exemplis declarasse cum inferius a de-  
Cap. 8. vnaquaque per se differendum sit. Hæc  
videntur consequentiarum genera. Quod  
si præter hæc alia fuerint, facile ad hæc re-  
uocabuntur.

### *De bona, ac vitiosa consequentia.*

#### *Caput. 2.*

Bona con-  
sequentia.  
Vitiosa,

Vitiosæ  
consequē-  
tæ non  
sunt sim-  
pliciter  
consequen-  
tæ.

3. Topi 2.  
& 1. elech.  
1. Primum  
documen-  
tum.

**D**Uplex quoque dici solet consequē- A  
tia: bona, & vitiosa. Bona dicitur ea,  
in qua aliquid ex aliquo verè colligitur,  
ut quæ in exempla sunt hactenus addu-  
ctæ. Vitiosa est, in qua non verè aliquid  
concluditur, ut si dicas, Socrates est ani-  
mal, ergo est philosophus. Hæc cum ita  
sint, eas tantum nos in definitione conse-  
quentiæ complexi sumus, quæ bonæ sunt  
& aptæ. Eas enim, in quibus aliquid non  
vere colligitur, non arbitramur dicendas  
esse simpliciter consequétias, sed vitiosas,  
& ineptas consequétias quemadmodum  
Aristoteles a syllogismum nil concluden-  
tem, non simpliciter syllogismum, sed vi-  
tiosum

B  
tiosum syllogismum appellandū esse cen-  
set. Duobus verò potissimum indicis in-  
ternosci solent bona, & vitiosa consequē-  
tia. Alterum est: Si ex veritate anteceden-  
tis, saltem ex hypotheti data, consequens  
verū esse deprehenditur, bona, & apta est  
cōsequētia: si minus, vitiosa & inepta,  
Exéplica causa, quia ex veritate huius enun-  
ciationis, Socrates, est homo, deprehen-  
dimus hanc esse verā Socrates est animal,  
dicimus hanc esse bonā consequentiam,  
Socrates est homo, ergo Socrates est ani-  
mal. Pariq; ratione fatemur has esse ap-  
tas, Socrates est lapis, ergo & sensus ex-  
pers; si Socrates esset avis, volare haud  
dubie posset: quia & si neutrum antece-  
dens verum sit, tamen ex veritate utrius-  
que fieta, & data, utrumq; consequens ve-  
rū esse deprehenditur. Has verò dicimus  
esse vitiosas, Socrates est homo, ergo est  
philosophus. Socrates est homo, ergo e-  
quus est animal: quia in priori datur an-  
tecedens verum, & consequens falsum:  
posterioris autem consequens, & si sem-  
per verum est cum antecedente, tamen  
non ex eo quod antecedens verum est, de-  
prehenditur esse verum, quippe cùm an-

## 6 INST. DIALECT.

Ut bona antecedente existente vero, posset consequit  
sit conseq- quens, si nihil aliud prohiberet, esse fal- C  
uetia nec sum. Ex hoc documento efficitur, vt ad  
sufficit, bonam consequentiam non modo non  
nec requi- sufficiat veritas antecedentis & conse-  
ritur veri- quentis, sed ne requiratur quidem. Nam,  
tas antece- dens & cō ut ex dictis perspicuum est, ex vtroq; ve-  
z.docu- sequentis. ro constare potest consequentia vitiosa,  
mentum. ex vtroq; autem falso bona, & apta.

Repugnā Alterum indicū huiusmodi est. Si id,  
tię quę dī quod contradicit consequenti, repugnat  
catur hoc antecedenti, bona, est consequentia: si n  
loco. minus, vitiosa. Repugnantium autem  
nomine hic intelligo ea, quę simul vera  
esse non possunt. Hoc documento intelli-  
gimus illam esse bonam consequentiam,  
Socrates est homo, ergo Socrates est ani-  
mal, quia hoc enunciatio Socrates non  
est animal, quę contradicit consequen-  
ti, repugnat antecedenti. Illam autem  
cognoscimus esse vitiosam, Socrates est  
homo, ergo Socrates est philosophus, quia  
hoc pronunciatum, Socrates non est phi-  
losophus, quod contradicit consequenti,  
non repugnat antecedenti. Neque enim  
Socrates, si non sit philosophus, non erit  
homo. Eadem regula iudicamus, illa esse  
ineptam

ineptā consequutionē, nihilq; colligētem,  
Socrates est homo, ergo equus est animal,  
quia & si verum esse ponamus, quod nul-  
lus equus sit animal, non tamē statim ve-  
rū esse inficiabimur Socratē esse hominē.

*De consequentia formalis, et materiali.*

*Caput. 3.*

**A**nam verò bona consequentia aut est for-  
malis, aut materialis: itemq; aut necef-  
saria, aut probabilis. Consequentia for-  
malis dicitur ea, quæ vi formæ conclu-  
dit. Ea verò dicitur concludere vi formæ,  
eius formam modumq; colligendi si  
retinueris, in quacunque materia, etiam  
impossibili, aptè concludes. Exempli cau-  
sa, dicimus hanc esse formalem conse-  
quentiam, Omnis virtus est laudabilis,  
temperantia est virtus, igitur temperantia  
est laudabilis, quoniam vi formæ conclu-  
dit. Intelligimus autem eam concludere  
vi formæ, quia seruata eadem forma, in  
quauis alia materia, etiā impossibili, benè  
concluditur, ut si dicas, Omnis leo est la-  
pis, equus est leo, igitur equus est lapis.  
Est enim bona hæc cōsequutio ut ex di-  
ctis a apertū est. Eadem ratione dicimus Cap. supe-

Conse-  
quentia for-  
malis.

## 8 INST. DIALECT.

hanc esse formalem consequentiam. Necesse est omnem hominem esse animal,  
 igitur necesse est aliquod animal esse hominem, quoniam hac forma reteta semper apte concluditur, ut si dicas, Necesse est omnem leonem esse lapidem, igitur necesse est aliquem lapidem esse leopem. Ut autem  
Retinendus  
idem or-  
do verbo-  
rum.
 retineatur eadem forma, seu modus colligendi, primum necesse est ut seruetur eadem dispositio, seu ordo verborum, in quibus cernitur vis coequationis. Nam si ordo huiusmodi verborum mutetur, mutata haud dubie existimanda est coequationis forma, ut patet in his duabus consequentijs, Omnis virtus est qualitas, omnis iustitia est virtus: igitur omnis iustitia est qualitas: Omnis laurus est substantia, omnis equus est substantia, igitur omnis equus est laurus. Nam quia in priori consequentia subiectum primae enunciationis est praedicatum secundae, quod non fit in posteriori coequatione, alia certe forma est in priori, alia in posteriori. Deinde opus est ut seruetur eadem ac eadem acceptio, idemque acceptiover modus eiusmodi vocabulorum. Ex quo  
Seruanda  
cepio ver  
borum.
 fit ut in his duabus consequentijs, Homo deam-

deambulat, igitur aliquis homo deambulat: Homo est species, igitur aliquis homo est species: nō sit eadem forma, quia vox Homo in antecedente prioris accipitur pro singulis hominibus disiunctive, in antecedente autem posterioris accipitur pro homine communī præcise. Hæ verò Homo surgit, ergo non sedet: Homo surgebat ergo non sedet, ideo non habent eadē formam quia acceptio vocabuli Homo amplior est in posteriori antecedente, quam in priori. Nam vox Homo in priori accipitur pro solis hominibus, qui nunc existant iuxta differentiā temporis verbi. Surgit: in posteriori autē non modo accipitur pro ijs qui extiterunt, iuxta differētiā temporis verbi Surgebat, sed etiā extendit ad eos, qui nunc existant, ut placet Aristoteli. b Kursus necesse est ut seruetur eadem essentialis qualitas enūciationum principalium. Quofit, ut hæ consequentiæ non sint eiusdem formæ, Homo est animal, ergo est sensus particeps: Homo non est animal, ergo est sensus particeps: quia antecedens prioris est affirmatiū, posterioris negatiū. Dixi principaliū, quia si mutetur

Hæc patet  
lib. 8. cap.  
24. & 30.

legelib. 8  
ca. 4. & 34  
b  
1. éléch. 2.  
eruanda  
eodē essen-  
tialis qua-  
litas.

qualitas essentialis enūciationū quarūdā minus principaliū, quæ includātur in subiecto aliquo, aut predicato, nō necesse est ut mutetur forma, veluti si dicas, *Omnis homo, qui est iustus, est prudens*, ergo hic homo est prudens: *Omnis homo, qui non est probus, est imprudens*, ergo hic homo est imprudēs. Sunt enim eiusdem formæ, Præterea necesse est ut seruetur eadem quantitas enunciationū. Quam ob causam hæ consequentiæ non sunt eiusdem formæ, Omne animal est sensus particeps, igitur homo est sensus particeps: *Quoddā animal est rationis expers*, igitur homo est rationis expers. Denique necesse est ut seruetur eadem cōiunctio-  
 nes ac nexus principalium partium con-  
 sequutionis. Quia de causa hæ consequen-  
 tiæ non sunt eiusdem formæ, Si dies est,  
 sol lucet: *Quia dies est, sol lucet*. Hæc ne-  
 cessariò videntur seruāda (& si quæ sunt  
 alia, quæ ad modum colligendi spectent)  
 si forma consequentiæ retinenda est.

Consequē-  
 tia mate-  
 rialis.

C *Consequentia materialis est ea, quæ vi*  
*solius materiæ concludit*. Ea verò dici-  
*tur concludere vi solius materiæ, quæ vi*  
*quidem formæ nil colligit, sed tamen*  
*talis*

realis est ut assumpta simili materia semper in eadem forma apte concludatur. Exempli causa, dicimus hanc esse materialē consequentiam, Homo est animal, ergo est sensus particeps, quia propter solam materiā, hoc est, propter solam rerum significatarum inter se affectionem recte concludit. Nam quia esse sensus particeps ita connexum est cum animal, ut omne animal necessariō sit sensus particeps, hac sola de causa apte coeladit, qui ex eo quod homo est animal, colligit eundem esse sensus participem. Dico autem, hac sola de causa, quia si retenta eadem forma dissimilem materiam accipias, fieri potest ut ineptè concludas, veluti si dicas, Homo est animal, igitur est hinnitus particeps. Ea verò ratione intelligimus superiorem consequentiam, concludere vi materiae, quia simili materia assumpta, semper apte in eadem forma concluditur. Ut si dicas. Lau-  
rus est planta, ergo est sensus expers. Nam ut esse sensus particeps necessariō, ac vniuersē connexum est cūni animali, sic sensus expers cūnī plāta. Eādem ratione apte concludit ex vi materiae, qui

sic colligit Homo est animal, ergo non est sensus expers: Laurus est pláta, ergo non est sensus particeps. Et ita in alijs. Verum materialis consequentia minus propriè dicitur bona & apta.

Siquis autem hoc loco quærat, quænam consequétiæ ex quatuor generibus initio **D**  
**b cap. I.** traditis sint formales, quæ materiales,  
 Quæ sint illud respondendum videtur ex primo  
 formales, consequētia. quidem genere omnes esse formales, ut si  
 tix; quæ dicas. Homo est animal, igitur ho-  
 materiales. mo est animal: Omnis homo est animal,  
 igitur nullus homo non est animal (quâ-  
 quam enim prior illa ridicula est, tamen  
 est consequentia formalis atq; adeo om-  
 nium maximè necessaria quæadmodum  
 hæc enunciatio, Homo est homo, & si pu-  
 erilis est, tamen est enunciatio, atq; inter  
 enunciations in primis necessaria ) ex  
 reliquis autem tribus generibus, quasdam  
 esse formales, quasdam materiales. Verbi  
 causa in secundo genere, cùm ex subalter-  
 nante colligitur subalternata, aut particu-  
 laris ex in definita, est formalis consequen-  
 tia: cùm autem è contrario ex subalter-  
 nata colligitur subalternans, aliquando  
 est materialis, velut cùm genus, aut diffe-  
 rentia,

rentia, aut proprietas prædicatur de spe-  
cie, ut si dicas Homo est animal, igitur  
omnis homo est animal &cæt. In tertio  
vero genere, conuictiones quidem sunt  
formales consequentiæ reciprocationes  
autem, quæ sunt ex subiecto, & proprieta-  
te aut ex definito, & definitione, veluti si  
dicas, Omnis homo est disciplinæ capax,  
igitur omne, quod est disciplinæ capax,  
est homo: Omnis homo est animal ratio-  
nale, igitur omne animal rationale est ho-  
mo. In quarto deniq; genere omnes syllo-  
gismi sunt consequentiæ formales: cæte-  
ræ autem tres argumentationum formæ  
sunt materiales, exceptis fortasse quibus-  
dā inductionibus, vt postea d patebit.

d  
Cap. 14

*De consequentia necessaria, et pro-  
babili. Caput. 4.*

**C**Onsequentia necessaria est ea, cuius  
consequens necessario colligitur ex  
antecedente: vt illa, Socrates est homo,  
ergo Socrates est animal. Quicquid e-  
num homo est, necessariò est animal. Cō-  
sequentia probabilis est ea, cuius conse-  
quentia proba  
bilis.  
quens colligitur quidem ex antecedente,  
non tñ necessariò, sed maxima ex parte:

Conseque-  
tia necces-  
saria,Conseque-  
tia proba  
bilis.

ut si dicas, Hæc mulier est mater, ergo diligit filium: Agricola madat terræ multæ semina, ergo magnam fructuum copiam percipiet. Hæc enim non necessario sequuntur ex antecedentibus, sed fere sem

**Quæ con. per.** Cùm igitur omnis consequentia sit  
sequentia vel formalis, vel materialis: & iterum vel  
sint necesse necessaria, vel probabilis, illud iam hoc  
satiæ, quæ loco animaduertendum est, omnes for-  
probabi- malesesse necessarias: ex materialibus  
les. autem alias esse necessarias, alias proba-  
biles. Q uod enim omnes formales sint

necessariæ, ex eo patet, quia in hoc gene-  
re consequentiarum posito antecedente  
perpetuò sequitur conclusio. Id quod fa-  
cile est exemplis supra positis illustrare.  
Sed & Aristoteles a hoc ipsum de syllogis-  
mo aperte pronūciat, ut patet ex defini-  
tione syllogismi, quam tradit. Quod ve-

ro materiales consequentia partim int  
necessariæ, partim probabiles, facile intel  
liges, si singula genera percurras. Nam in  
ijs, quæ ordine eodem cadé præcisè verba  
cōtinent in antecedēte, & consequēte, &  
tamen nec sunt eadem, nec æquipollen  
tes, hæc est necessaria ex vi materiæ, Ho  
mo est animal, igitur omnis homo est  
animal,

animal, hæc verò probabilis ratione ita-  
dein materiæ, Mater diligit filium, igitur  
hæc mater diligit filium. In ijs autem,  
quæ ordine inuerso colligunt, hæc est ne-  
cessaria, Omnis homo est rationalis, igi-  
tur omne rationale est homo, hæc vero  
probabilis, Omnis qui diligenter dat ope-  
ram literis, fit doctus, igitur omnis, qui fit  
doctus, diligenter dat operam literis, at-  
que ambæ causa materiæ, non formæ. In  
enthymematibus etiam, inductionibus,  
& exemplis eadem varietas inuenitur, ut  
ex supradictis intelliges. Quanquam hæc  
ex sequentibus fient apertiora, Nunc ge-  
nerales quædam regulæ consequentiæ  
ex supradictis eruendæ videntur, ut faci-  
le quisque intelligat quid ex quo apta cō  
sequuntione (de hac enim semper loquor)  
concludi possit.

### *Regulae generales consequentiærum.*

#### *Caput. 5.*

**A** *P*rima regula. Ex vero non nisi verum;  
verum autem tum **ex** vero, tum **ex** <sup>Primæ re-</sup>  
**f**also colligitur. **a** Prior pars **ex eo pro-** <sup>gula.</sup>  
**b**atur, quia si **vlla** consequentia **ex ve-** <sup>2. pri. 2.</sup>  
**r**o falso colligeret, iam non esse bona <sup>2. post. 6.</sup>

&amp;

& apta consequentia, ut patet ex priori  
documento bonæ consequentiae. Poste-  
riorem partem cōfirmant hæc exempla.  
**Omnis virtus est laudanda, & tempera-**  
**tia est virtus, igitur temperantia est lau-**  
**danda: Omnis vitiositas est laudanda,**  
**& temperantia est vitiositas, igitur tem-**  
**perantia est laudanda: Ambæ enim hæ**  
**formales consequentiæ, id quod verum**  
**est, colligunt, sed prior ex vero antece-**  
**dente, posterior ex falso.**

Secunda.

b

g top. 4.  
& s. & lo-  
cis citatis

Secunda regula. Ex falso & falsum & **B**  
verum, falsum autem non nisi ex falso  
concluditur. **b** Prior pars hisce exemplis  
comprobatur. Omne animal est candi-  
dum, & coruus est animal, igitur coruus  
est candidus: Omne animale est nigrum,  
& coruus est animal, igitur coruus est ni-  
ger. Nam vtraque argumentatio ex falso  
antecedente concludit, sed prior falsum  
consequens, & posterior verum. Poste-  
rior autem pars huius regulæ ex eo vera  
esse cernitur, quia si falsum ex vero colli-  
geretur, daretur haud dubie in bona eō-  
sequentia antecedēs verum & consequēs  
falsum, quod supra negauimus.

Tertia.

Tertia regula. Ex necessario non nisi **C**  
neces-

sariū, necessariū aut ex quolibet (et aiūt)  
 id est, & ex necessario, & ex cōtingenti, &  
 ex impossibili, colligitur. <sup>c</sup> Prior pars hoc  
 modo probatur. Necessariū semper est  
 verum, contingens autem potest esse fal-  
 sum, & impossibile semper est falso, igi-  
 tur si ex necessario recte colligeretur con-  
 tingēs, aut impossibile, dari posset in bo-  
 na consequentia antecedens verum, &  
 consequens falso, quod diximus fieri  
 non posse. Posterior pars hisce exemplis  
 confirmatur. Omne animal per se sub-  
 sistit, & homo est animal, igitur homo  
 per se subsistit. Omnis philosophus mo-  
 uetur loco, & deābulans est philosophus,  
 igitur deambulās mouetur loco: Omnis  
 lapis per se subsistit, & homo est lapis, igi-  
 tur homo per se subsistit. Omnes hæ con-  
 sequentiæ colligunt necessariam conclu-  
 sionem sed prima ex necessario antece-  
 dente, secunda ex contingenti, & tertia  
 impossibili.

Quarta regula. Ex contingenti nun- <sup>Quarto</sup>  
 D quam colligitur impossibile, sed vel neces-  
 sarium, vel contingens: cōtingens autem  
 nunquam ex necessario, sed vel ex contin-  
 genti, vel impossibili, cōcluditur. <sup>d</sup> Quod  
<sup>prio 12.</sup> & phy. 5.  
 igitur & 9. met.

b

igitur ex contingēti non colligatur impossibile ex eo patet, quia cū contingēs possit esse verū, impossibile autem temp̄ sit falso, si quis admitteret recte colligi ex contingentī i. possibile, cogeretur tāne admittere, dari posse in bona cōsequētia antecedens verū, & consequens falso, quod nequaquam admittendum est. Quod autem ex contingēti colligatur necessariū, planum est ex regula iuperiori. Quod item ex contingēti colligatur contingens; in hoc exemplo cernes. Omnis grammaticus est dialecticus, & homo est grammaticus, igitur homo est dialecticus. Quod vero contingens non colligatur ex necessario, ex eo perīpicū est, quia si colligeretur, dari posset in bona cōsequētia antecedens verū, & consequēs falso. Necessariū enim non potest non esse verū, contingens autem potest esse falso, ut diximus. Quod deinde contingens ex contingēti colligatur, in hac ipsa regula ostendimus. Quod denique contingens ex impossibili concludatur in hac argumentatione perspicias, Omnis lapis loquitur, & homo est lapis, igitur homo loquitur.

**E** Quinta regula. Ex impossibili sequitur quodlibet, id est, tum necessarium, tum contingens, tum impossibile: impossibile autem non nisi ex impossibili colligitur. Quod autem ex impossibili concludatur necessarium, & contingens, ex tertia & quarta regula perspicuum est. Quod vero ex eo recte colligatur impossibile, ex haec consequentia in intelliges, Omnis lapis est praeditus viuendi facultate, si maragdus est lapis, igitur smaragdus est praeditus viuendi facultate. Quod denique impossibile non nisi ex impossibili concludatur, ex eo apertum est, quia si ex necessario aut contingenti colligeretur, dari posset in bona consequitione antecedens verum, & consequens falsum, ut ex dictis facile intelliges.

e  
x. de cœlo  
12. &c. 9.  
metr. 4.

**F** Sexta regula. Quicquid stat cum ante cedente stat cum consequente: non tamen quicquid stat cum consequente stat cum antecedente. Ita loquitur Dialecticiensus vero est Quicquid verum esse potest cum antecedente, potest etiam verum esse cum consequente non tamen contra, Ut si haec est bona consequentia Hoc est homo, ergo est animal, est autem verum

asserere aliquid esse hominem, & esse bipes, erit etiam verū afferere esse animal, & esse bipes: nō tū si verè dixeris aliquid esse animal quadrupes, continuo vere affirmabis quòd sit homo & quadrupes. Ratio verò prioris partis huius regulæ hæc est, quia si aliquando id, quod stat cū antecedente, non staret cum consequente, tunc sanè euerteret consequens non euerso antecedente, quo fieret ut in bona consequentia daretur antecedēs verum, & consequens falso. Posterior autem pars confirmata relinquitur exemplo ad ducto. Ex eo enim patet, aliquando id, quod stat cū consequente, non stare cum antecedente: quod satis est ad confirmādum institutum, modo ponas cōsequentiā illam esse bonam, vt re vera est, materialis tamen, non formalis, vt ex dictis facile intelliges.

**Septima,** Septima regula. Quicquid repugnat G consequenti repugnat antecedenti: non tamen quicquid repugnat antecedenti repugnat consequenti. Prior pars ex eo patet, quia si aliquid repugnaret cōsequēti, quod non repugnaret antecedenti, aliquid euerteret cōsequens, quod non euerteret

eret antecedens, sicq; in bona consequētia daretur antecedens verum & consequens falsum, quod fieri non potest. Ex hac priori parte colligi potest illud protri cum Dialecticorum pronūciatum (quod etiam ab Arist. sēpē usurpatur) In bona consequētia, ex opposito contradictorio consequentis infertur contradictorium antecedentis: vt si hæc est bona eōsequētia, Socrates est lapis ergo non est iēsus particeps, licebit ita concludere Socrates est sensus particeps, ergo Socrates nō est lapis, Item si hæc est bona consequētia, Omne animal est album, igitur omnis homo est albus, licebit ita concludere, aliquis homo non est albus, igitur ali- quod animal non est album. Nam si ex contradictorio consequentis non concludetur contradictorium antecedentis (& ita nec contrarium) posset utique contradictorium consequentis stare cum antecedente: aliquid ergo repugnaret consequenti, quod non repugnaret antecedenti: id quod prior pars huius regulæ non admittit. Posterior pars vel hoc vno exemplo stabilitur. Hoc non esse hominem, repugnat antecedenti huius

Dialecticorum pronūciatum.

Vt. 1. pri.  
42 & 2.  
pri. 2. & 4.

Si non concludetur contradictoriū antecedentis ergo nec contrarium: quia ex quo infertur contrarium infertur contradictionem.

## 28 INST. DIALECT.

consequentiæ, Hoc est homo, ergo est animal, & tamen non repugnat consequenti (Bucephalus siquidem, qui non est homo, est animal) igitur non quicquid repugnat antecedenti repugnat cōsequēti.

Octauia.

<sup>h</sup>  
§. pri. 28.  
&, 33.

Octauia regula. Ex quocunque sequitur antecedēs, sequitur cōsequens: & quicquid sequitur ex consequēte, sequitur ex antecedente. h Exempli causa, si hæc est apta cōsequentia, Est animal ergo est substantia, & ex homine sequitur animal ex homine vtique sequetur, ac concludetur substantia. Item si hæc est bona cōsequētia, Est homo ergo est animal, & substantia sequitur ex animali, substantia sanè concludetur ex homine. Hæc regula ex eo probatur, quia cum hic concludendi modus minimum ad tres conditionales reduci possit (vt si dicas, Si homo est, animal est, si animal est, substantia est, igitur si homo est substantia est) nunquam ex prioribus cōditionibus veris colligi potest extrema conditionalis falsa, vt inductione patet. Sumpta enim quacūque materia semper extrema vera est, si priores ponantur veræ, siue duæ tantum p̄cesserint, siue multò etiam plures, vt si dicas,

dicas, Si homo est, animal est: si animal,  
viuens: si viuens, corpus: si corpus, sub-  
stantia: igitur si homo est, substantia est.

Noitri hanc gradationem vulgo appellat <sup>Argumen-</sup>  
tatio de  
lant argumentationem de primo ad ultimum.  
timum, Græci σωγετρησιον hoc est acerua-  
lem, ut Cicero interpretatur. Quod vero  
idem alibi ait, hoc genus argumentatio-  
nis vitiosum esse, ac captiosum, non ita  
intelligendum est, quasi non recte con-  
cludat. Nam si omnes priores consequen-  
tiones, ex quibus ex remate exitur, fuerint  
aptæ, nihil vitij erit in extrema, Sed id  
propterea afferit, quod in hoc concitato  
progressu cōsequentiarum, quacum aliæ  
alijs, quasi grana granis innotacionem ad-  
duntur, sèpè inepta cum aptis permissi  
centur, quæ temporis breuitates vñ  
facile pernoscuntur: quo sit ut tota con-  
geries sepa hominem securum capiat.  
Dic Stoici fallaciter concludebant, omni-  
ne quod quavis ratione bonum esset,  
esse honestum: Si bonum, igitur opta-  
bile: si optabile, expetendum: si ex-  
petendum, dignitatem habet: si dig-  
nitatem habet, laudabile est: si lau-  
dabile, honestum: igitur si bonum est,

honestum est. Hic tertia consequutio est  
vitiosa. Multa enim sunt expectenda quæ  
non habent dignitatem, ut nonnulla viti-  
lia, & alia quædam iuctunda. Sit autem  
Socrates interdū ex vniuersalibus enunci-  
ationibus, ut si dicas. Omnis homo est ani-  
mal, & omne animal est viuens, & omne  
vivēs est substantia, igitur omnis homo est  
substantia. Sed hæc de regulis generalibus  
consequentiārum videntur satis. Iam ad  
argumentationē, quæ tertius differen-  
di modus est, aggrediamur.

## De Argumentatione. Cap. 6.

**A**rgumen-  
tū est mēs  
argumen-  
tationis.

In parti-  
tionibus.

**A**rgumen-  
tatio quid

**A**rgumētū  
Questio.  
b Boet. i.  
de dif. top

**A**rgumentatio ex arguento, quod  
est eius quasi mēs, nomen inuenit,  
Dicitur enim Cicerone autore, argumē-  
ti explicatio. Planius tamen & vis voca-  
buli, & natura rei hac definitione perspici  
potest, Argumētatio est oratio, in qua ex  
argumento explicato altera pars quæsti-  
onis concluditur. Argumentum est inuē-  
tum quid ad faciendam fidem, hoc est,  
medium, quod assumitur ad aliquid pro  
bandum. Quæstio est indubitationem  
ambiguitatēq; adducta enūciatio. b Quæ  
quidem vtramq; partem cōtradictionis

com

**C**omplectitur, affirmationem scilicet, & negationem, alteram expressè, alteram implicitè: vt, Sit ne omnis virtus anteponēda opibus, an non? Estq; omnis quæstio aut vniuersalis, vt quæ dicta est aut particularis, vt si dicas. Vtrū aliquis pau- Theses.  
 per sit felix, nec ne? quæ duo genera di- Hypothe-  
 cuntur Theses: aut singularis, vt, Num So- sis.  
 crates sine nota criminis cicutā hauserit, Vide Cic.  
 quæ dici ur Hypothesis. c Tunc autem ar in Parti-  
 gumentum explicari dicitur, cum sic ora- tione dilatatur, vt ad institutum cōfirmā Quo p-  
 dum aptetur. Exempli causa, si proposita &to argu-  
 sit prima illa quæstio, Sit ne omnis virtus  
 opibus anteponenda, an non? velisque  
 affirmatiuam partem confirmare, necesse  
 est primū exquiras argumētum mediū  
 ve ad id efficiendum. Quod si inuenieris  
 virtutis definitionem, intellecerisque vir-  
 tutem natura sua esse habitum, qui bonū  
 efficit habentem, & opus eius bonum red-  
 dit, d iam habebis argumentū. Est enim  
 medium, hæc accommodatissimum ad 2. Ethic. 6.  
 institutum concludendum. Si verò argu-  
 mētum repertū ita oratione dilataueris,  
 vt dicas, Omnis habitus, qui bonū efficit  
 habentem, & opus eius bonum reddit, est

opibus anteponendus, omnis autem virtus est huiusmodi habitus, igitur omnis virtus est opibus anteponenda, efficeris tandem argumentationem. Diximus namque argumentationem esse orationem, in qua ex argumento explicato altera pars questionis concluditur. Reiciuntur ergo à definitione argumentationis consequentes medio tiae omnes carentes medio, ut cum quæ non sunt libet enunciatio ex se ipsa colligatur, aut argumentationes ex quipollentium ex alia: aut ex universalis particularis, aut ex conuersa convertens: quas supradiximus non esse argumentationes. Cum enim huiusmodi consequentiæ medium non assumant ad aliquid concludendum, argumento carente necesse est: quo fit ut argumentationes dici non possint. Reiciuntur etiam argumentationes ex aperte falsis, quæ & si modo aliquo argumentationes dici possunt, eo quod ex medio assumpte aliquid concludunt, ut si dicás. Omnis equus est lapis, omnis leo est equus, igitur omnis leo est lapis. Tamen cum nihil suadeant, non sunt argumentationes, de quibus agat Dialecticus, nisi quatenus formam argumentationum participant. Reiciuntur

Argumentationes ex aperte falsis non transmittantur a Dialectico, nisi ratione forte.

untur ergo, quia mediū, quod assumunt, non est argumentum, cām nullam faciat consequentis fidem, illæ igitur consequētiæ duntaxat tradita definitione cōprehenduntur, quæ & medio constant, & ex antecedēte necessarij, aut probabili, aut quod tale esse videatur, ad faciendā qualemcunq; fidem, assensionemue cōsequē-

Quas cō-  
sequētiæ  
comprehē-  
dat tradi-  
ta defini-  
tiō argu-  
mentatiō-  
nis.

**G**tis comparata sunt. Hoc genus, pr̄sertim cum ex necessarijs, aut probabilibus ali- quid concludit, vocatur ab Aristotele nūc & πόθεις, id est demonstratio, late ac- cepto demonstrationis vocabulo: nunc f̄ πίστη, hoc est, fides, seu probatio: g nunc άργον, hoc est, ratio. Solet etiam passim apud Dialecticos appellari argumentum, eo quod totum argumentationis robur in arguento positum sit.

Vt 1. Rhe.  
Ad Theo.t  
Cic. etiā. 2  
Aca. pri-  
ma sedit,  
ita appella-  
lat.

f  
Vt 2. prio.  
23. & 1. to-  
pic. g  
Vt 1 top.  
10. & pas-  
sim lib. 8.

### De inuentione, & iudicio. Cap. 7.

**A**CVM igitur argumentatio sit oratio, in qua ex arguento explicato al- tera pars quæstionis concluditur, vt di- ximus, perspicuum sanè est, ad stru- cturam argumentationis duo esse neces- saria. Alterum est inuentio argumen- torum; alterum, accommodatio eorum ad

insti-

institutum confirmandum, quæ vocatur iudicium. Et inuētio quidem suppeditat materiā, iudiciū vero adhibet formam. B

Vnde cùm forma rei, quæ arte cōficitur, sine materia esse nō possit, plurimi sunt,

¶ Vt Cic. in top. quē per multi sequuntur. qui a dicant, necesse esse, ut prius de inuētione, quam de iudicio differatur. Qui-

bus ego cum Aristotele non prorsus assen-tior. Nam & si ad conficiendam argumē-tationem prius exquirēdum est argumē-tum, & inueniendum, quam ad quæstio-nem aptetur, tamen ut argumētationum formæ intelligantur non est necesse ante-tenere, qua via, & ratione inueniri possint argumenta ad quancunque quæstionem tractandam. Satis enim erit si in con-fetiis iam argumētationibus eiusmodi for-mæ ostendantur. Quin etiam cùm formæ omnium argumentationum, de quibus Dialecticus agit non differant à formis earum, quæ ex aperi e falsis enunciationi-bus constant, non dubium est, quin sum-ptis quibuscunq; vocibus, ignorata pror-sus vniuersa inueniendi ratione, formæ earum, & tractari planè, & perfectè intel-ligi possint. Mitto quòd multa necesse est dicere in tradenda inuentione argumē-torum,

Num pri-us de inuētione agē-dum sit quam de iudicio.

torum, quæ, nisi argumentationum formæ perspectas habeas, minimè assequaris, ut patebit in progreſſe: cùm tamen ut huiusmodi formæ intelligantur nihil necesse sit ex inuentione mutuari. Non est igitur cur prius inuentio argumētorū tradenda sit, quām iudicandi ratio attingatur. Sed animaduertendum est duplex iudicium à Dialectico tradi oportere: alterum, quo quisque sciat singulas cōstruere argumentationes: alterum quo intelligat, qua methodo, & via argumentationia, quæ ad aliquid tractandum assumentur, inter se disponenda sint. Quanquam ergo prior iudicij pars ante inuentionē tradi debeat, ut diximus: posterior tamen, nisi post inventionem, tradi non potest. Inuentione siquidem docetur varietas argumentorum, quam qui ignorauerit ordinem in argumentis constituere non valebit. Nos igitur cum Aristotele, b sive in tractanda argumentatione in cōmune, sive cùm de demōstratione, ac syllogismo Dialectico differemus, prius eam iudicij partem, qua singularum argumentationum constructio intelligitur, quām inventionem argumentorum

tra-

duplex iudicium.

prior iudicij pars dicitur ab Aristotele.

σύναλυσις,

id est, resolution:

posterior

τάξις, id est. or-

do. Prior iudicij pars ante

inuentionē tradēda est: pos-

terior post inuen-

tionem.

b In lib.

prior, post.

&amp; top.

# 31 INST. DIALECT.

a Ab Ari. trademus. Quibus exactis, ad posteriores  
 8 top 1. rem, quæ tum ordo, etum collatio, i. tum  
 d A Cicer. dispositio e, & methodus appellatur, ve-  
 in part. niemus,

A Quint. *Divisio argumentationis, et definitio*  
 li. 6. ca. 1. *Syllogismi simplicis.*

*Caput. 8.*

a **A**rgumentatio sèpè ab Aristotele in  
 Lege. Ari. Aquatuor genera diuiditur, in syllogis  
 2. pto 23. mum inductionem, enthymema & exem-  
 & 1. post plum: alias in duo tantum priora, quod  
 1. & 1. top. enthymema sit imperfectus syllogismus,  
 10. & 1. & exemplum inductio imperfecta. Sed  
 Rhet. ad nos priorem divisionem ut magis perspi-  
 Theod. 2. cuam, & vulgatam persequimur. Syllogis-  
 Syllogis- mus ergo, qui Lanne ratiocinatio dici-  
 mus, seu tatur, aut est simplex, siue categoricus aut  
 ratiocina- coniunctus, siue hypotheticus. Simplex E-  
 tio. igitur siue categoricus syllogismus, autore  
 Simplex Aristotele, est oratio in qua quibusdam

syllogis- positis aliud quiddam ab ijs, quæ posita-  
 mos, siue sunt, ex necessitate accidit, eo quod hæc  
 categori- sunt. Cum audis Quibusdam, intellige-  
 cus quid. quæm paticissimas enunciationses simili-

b 1 pto 1. ces. quas solas Aristoteles paulo ante de-  
 Quibus finierat. Satis autem sunt duæ, ut paulo  
 dem, infe-

inferius ostendemus. Adiectum est. Po- c Cap. 10  
 satis, id est concessis (quæ est grauissi- Positis.  
 C morum autorum interpretatio a me e- d  
     tiam videtur Aristoteles primo ad Theo-  
     decten libro e) quia syllogismus, cum sit  
     argumentatio, atque adeo potissimum eius  
     genus fidem faciat necesse est, atque ita  
     ex concessis ad id, quod non conceditur  
     progrediator. Quod & ex generibus, in  
     quæ dividitur syllogismus i (Demôstra-  
     tione, in quam, Syllogismo Dialectico,  
     Pleudographo, & Sophistico) quæ omnia  
     ad fidem aliquam, seu assensionem ex co-  
     cessis efficiendam comparata sunt, plane  
     colligitur. Concessa autem, & confessa  
     sunt, quæ aut necessaria, aut probabilia  
     videntur, siue reuera talia sint siue non  
     sint sed modo videantur. Cum audis Aliud  
     quiddam ab ijs, quæ posita sunt, intel-  
     lige conclusionem diuersam à qualibet  
     præmissarum siue præcurrentium pro-  
     positionum, atq; ita diuersam, vt careat  
     argumento, quo tamen neutra illarum  
     careat. Ex necessitate accidere idem est  
     quod necessariò sequi, atque concludi.  
     Eo quòd hæc sunt nihil aliud significat,  
     quam vi formæ.

Ut Alex.  
 Aphrod. &c  
 Auer codé  
 lo. o: &  
 Boet. l. 2.  
 de categ.  
 syllog. &  
 D. Them.  
 opus 48.

Cap. 2.

f  
1. topi. I.  
Concessa  
quæ.

Aliud quæ  
ddam.

Ex neces-  
sitate acci-  
dit.

Eo quòd  
hæc sunt.

Ita pater quid sit syllogismus simplex,  
& quo pacto illius definitio intelligenda  
sit. Quod si vis perparticulas definitionis  
ordinem rejecere omnia, quae rejecienda futuræ,  
hunc in modum dispone definitionem.  
Syllogismus est oratio in qua aliud quid-  
dam ex necessitate, ac vi forma sequitur,  
positis quæ paucissimis simplicibus enu-  
ciatiōibus. Cū ergo Syllogismus dicitur,  
Oratio, rejeciuntur voces simplices. Cum  
additur, In qua aliud sequitur rejeciūtur  
omnes orationes quæ nō sunt cōsequētiæ,  
imo & omnes consequētiæ quæ non sunt  
argumentationes. Itaque his duabus par-  
ticulis solæ argumentationes comprehenduntur, late tamen accepto argumen-  
tationis nomine, ut pote ut eas etiam cō-  
pleteatur, quæ constant aperte falsis, nec  
continent argumentum ullo modo ap-  
tum ad faciendam fidem. Cum verò ad-  
ditur, Necessario, rejeciuntur omnes ar-  
gumentationes probabiles. Omnes enim  
syllogismi sunt consequētiæ necessarie,  
non quòd omnes necessariam conclusio-  
nem colligant (multi enim colligunt nō  
necessariam, ut Dialecticus, Pseudogra-  
phus, & Sophisticus) sed quia omnes ne-  
cessario

cessario concludunt, siue necessariam conclusionem, siue probabilem, siue, quæ necessaria, aut probabilis esse videatur. Cū deinde adiicitur. Ac vi formæ, rei ciuitur omnes argumentationes necessariæ ex vi folius materiæ. Cum porro additur, o-  
fitis rei ciuitur ex argumentationibus necessarijs ratione formæ omnes illæ, que constant ex aperte fallis, siquidem aper-  
tè falsa non sunt apta, ut ponantur, huc concedantur. Cum denique additur,  
Quam paucissimis seu (quod idem est)  
duabus simplicibus enunciationibus, re-  
i ciuitur syllogismi tūm hypothetici (quo-  
rū singuli tres minimum simplices enu-  
ciationes ante cōclusionem p̄mittunt,  
ut in ferius g patebit (tum etiam simili-  
ces conglobati) qualis hic est, Omne cor  
pus est substantia, & omne viuens est cor  
pus, & omne animal est viuens, igitur om-  
ne animal est substantia) eo quod pluri-  
bus, quam duabus sumptionibus con-  
stent. Hi verò complicati syllogismi ne-  
cessarij rei ciendi erant, quia nullus eo-  
rum est simpliciter unus syllogismus, sed  
plures complicati.

**S**yllogismus simplex, aut est absolutus,  
aut modalis. Absoluti materia du-

Materia  
propin-  
qua.

Remota  
propositio

a  
1. pri. i.

Terminus  
Verbū est  
vt neccit  
prædica-  
tū: subie-  
ctū nō est  
terminos.

b

In quas  
partes di-  
catur reso-  
luti res ar-  
tificiosæ.

plex: propinqua, & remota. Materia pro-  
pinqua sunt propositiones, ex quibus pro-  
ximè syllogismus extruitur: remota ve-  
rò sunt termini ex quibus conficiuntur  
propositiones. Propositio est oratio, quæ  
aliquid de aliquo affirmat, aut negat: vt,

Omnis virtus est amplectēda: Nulla vir-  
tus est repudianda. Diciturque proposi-  
tio, quia in argumentatione ad aliquid  
conclūdēdūm proponit. Terminus ve-  
rō est, in quem resoluitur propositio. Hu-  
iūsmodi est solū prædicatum, & subiectū  
propositionis, vt Amplectenda, & Virtus  
in priori propositione. Nam verbum est,

cum sit forma propositionis, nō est pars,  
in quam propositio resoluatur: nulla si-  
quidem res artificiosa resoluitur in mate-  
riam, & formam, sed solū in partes ma-  
teriæ, quæ quidem remanēt post resolu-  
tionem: vt domus non resoluitur in ma-  
teriam, & figuram, sed solū in partes  
materiæ, hoc est in lapides, calcen, ligna,  
& tegulas, quæ permanēt dissoluta domo.

Sic

Sic igitur, cum verbum est, qui ratione copulat prædicatum cum subiecto, seu adsignificat eorum compositionem, & coniunctionem, non maneat dissoluta propositione, seu nequeat intelligi, ut ait

Alex. & A  
utro co-  
de loco.  
& Boec. r.  
de syll.  
c

D Aristotle, & efficitur ut non sit pars, in quam propositione resoluatur, ac proinde non sit terminus. Quanquam vero propositione, quatenus oratio est, in plures partes, quam in duas, resolui possit (hæc enim, D Homo sapiens est diues, resoluitur in tres, hæc vero, Cœlum supremum est corpus maximū, resoluitur in quatuor: & aliæ in multo plures) tamen quatenus est propositione, hoc est, quatenus aliquid de aliquo affirmat, aut negat, in duas tantum dico est in dissipatur, in eam, quæ affirmatur autem duas tangatur de altera, & in eam, de qua altera affirmatur, aut negatur: quæ sunt prædicatum, & subiectum. Huc iam pertinent

Proposi-  
tio qua  
proposi-  
cio est in  
duas tan-  
guntur  
tumpares  
relax-  
tur.

E divisiones illæ terminorum, quas iuniores initio suarum summularum inculcant. Alij enim sunt simplices siue incomplexi, ut nomina, & verba, alij coniuncti, siue complexi, ut definitiones, & aliæ pleraque orationes. Simplices vero dicuntur tum aquiuoci

Divisio-  
nes termi-  
num.

c ij analo-

(analogos intellige) tum vniuoci, tum concreci, tum abstracti, tum communes, tum singulares, & identidem alijs, atque alijs nuncupationibus, quibus in inicio diximus nomina generali significatione accepta appellari. Dicuntur porro termini hoc nomine, quia in ipsis terminatur, ac finitur resolutio syllogismi, ut initio diximus: d vel quia hisce propositio terminatur, ac finitur. e Alio modo materia syllogismi absoluti quadruplex dicitur: G Necessaria, probabilis, & quæ nec necessaria, nec probabilis sit, sed tamē aut necessaria, aut probabilis esse videatur, Sed cum syllogismus absolutus in communione nullū ex his quatuor generibus, materia sibi determinatē alius at sed ex quo modocunq; concessis componantur, nil rite in qua amplius hoc loco de hac materia dici- tuor gene- mus. Priora verò duo genera, quæ totum genus syllogismorum, de quibus nunc agimus determinatē sibi vendicat, planius adhuc tractanda, & explicanda sunt.

*Quod sint termini, & enunciationes  
in syllogismo: & quomodo appelle-  
lentur. Caput. 10.*

Omn-

**A** **O**mnis syllogismus **a**bsolutus tribus duntaxat terminis, & duabus propositionibus, a vnaque conclusione constet necesse est. Nam conclusio, quæ antequā probetur, in dubitationem ambiguitatē q; adducitur, duobus tātūm terminis per spiculē constat, suo (inquam) prædicato & subiecto. Ad iudicandum autem cum prædicatum cōclusionis vere affirmetur, aut negetur de subiecto, vnum argumentum huc medium satis est. Hoc autem medium semel iungendum est in ante-eidente cum prædicato conclusionis semel cum subiecto, ut quomodo extrema conclusionis ad illud se habuerint, eodem inter se affecta esse concludatur. Ex singulis vero coniunctionibus mediis cum extremis singule strūuntur propositiones. Igitur ad structurā syllogismi satis sunt tres termini, duæque propositiones, ex quibus conclusio colligatur. Quia propter si in argumentatione aliqua, quæ primo aspectu vñus syllogismus videatur, fuerint plures, quā duæ propositiones, aut certe plures, quam tres termini eiusmodi argumentatio non erit reuera vñus syllogismus, sed plures complicati, baut diuersa

vbis sunt  
plures,  
quam tres  
termini  
plures quo  
que sunt.  
argumen  
tationes.  
barist, ibi  
dem.

b Arist ibi-  
dein. argumentationum genera permista: ut  
si dicas. Omne corpus est substantia,  
& omne viuens est corpus, & omne ani-  
mal est viuens, igitur omne animal est  
substantia: & rursum, Omne viuens est  
corpus, & omne animal est viuens, igitur  
omne animal est substantia. Prior  
namque argumentatio constat ex sum-  
ptionibus duorum syllogismorum, poste-  
rior autem ex sumptionibus unius syllo-  
gismi. & ex antecedente unius enthyme-  
matis, ut animaduerteti facile patebit. B

Ex tribus autem terminis, ex quibus  
syllogismus simpliciter unus constitui-  
tur, unus dicitur maius extremum: alter,  
minus extremum: tertius vocatur medi-  
us terminus. Maius extremum est, quod  
præstantiorem habet in syllogismo locum.

Maius ext Maius ext Minus extremum, quod minus præstan-  
tem. Medius denique terminus est is qui

Medius terminus. bus ponitur in antecedente, semel iun-

c Etus maiori extremo, semel minori. Exe-  
1. pri. 34. plicata, si dicas. Omnis virtus est quali-  
tas, omnis iustitia est virtus, igitur omnis  
iustitia est qualitas, hoc nomen Qualitas  
erit maius extremus: iustitia, minus extre-  
mus: Virtus, medius terminus. Ex tribus  
vero

verò enūciationibus quibus constat syllogismus, vna dicitur tum maior proposi-  
 tio, tum si impliciter propositio: altera mi-  
 nor propositio, & assumptio tertia & co-  
 clusio, & complexio nominatur. Maior  
 propositio eit quæ ex maiore extremo, &  
 medio struitur: vt in proximo syllogis-  
 mo, Omnis virtus est qualitas. Minor pro-  
 positio eit, quæ ex minore extremo, & me-  
 dio conficitur: vt, Omnis iustitia est vir-  
 tus. Atq; hæ cōmuniter sūptiones, & præ-  
 missæ appellantur. Cōclusio verò eit, quæ  
 ex maiore, & minore extremo nectitur:  
 vt, Omnis iustitia est qualitas. Sed iā ferè  
 obtinuit disputationū abusus, vt dū stru-  
 etura ratiocinationū contētionis ardore  
 minus expēditur, quæcūq; propositio pri-  
 mo loco posita fuerit, dicatur maior: quæ  
 secūdo, minor, & si reuera illa sit minor,  
 hæc maior: vt cùm idē ille syllogismus hoc  
 modo struitur, Omnis iustitia est virtus,  
 omnis virtus est qualitas, igitur omnis iu-  
 stitia est qualitas. Non eft tamē præposte-  
 rē vt ēdum his vocabulis, sed potius, cùm  
 res minus perpenditur, dicendum, Nego,  
 aut Concedo priorem, aut posteriorem  
 propositionem.

d.  
 Ex Alex. t.  
 pri. 4. &  
 C. 1. de in-  
 uentione.  
 Maior  
 propositio  
 Minor.

Sūptiones,  
 seu præ-  
 missæ.  
 Cōclusio,  
 Abusus  
 quida su-  
 disputa-  
 tionibus.

*De forma syllogismi. Cap. II.*

**F**orma syllogismi absoluti ex figura, & modo cōstat, quemadmodum pul-

chritudo corporis humani ex conuenien-

**F**orma syllogistica membrorum, & quadam cooris sua-  
logistica. Figura syllogistica est extremerū

cū nō medio ad aliquid concludendū apta  
collocatio. Erit autem apta, si in altera

sumptionum sit maius extrellum, in al-  
tera minus, in cōclusione autem vtrūque,

medius verò terminus semel iungatur ma-  
iori extremo, semel minori, & nequaquā

ingrediatur conclusionem. Quare si ter-  
mini aliter disponantur, non erit figura

syllogistica: ut si dicas, Omnis virtus est  
qualitas & omnis iustitia est iustitia, igi-

tur omnis iustitia est qualitas: aut alio  
pacto, secūs quād docuimus, verba hēc

coniungas. Modus vero syllogisticus est B

**M**odus syllogisticus. sumptionum ad conclusionem colligen-  
dam secundum quātitatem, & qua-

litatem cōplicatio. Neque enim satis est  
ad coniudendum syllogisticè si termini

apta figura disponantur, nisi certa quædā  
sumptionum secundum quantitatem &

qualitatem complicatio accedat. Nam si  
ambæ sumptiones fuerint (exempli cau-

sa)

sa) particulares, aut utraque negatiua,  
nihil deficitur: ut patet si dicas, Quod-  
dam animal est equus, quidam homo est  
animal, igitur quidam homo est equus:  
Nullum animal est lapis, nullus adamas  
est animal, igitur nullus adamas est la-  
pīs. Ergo præter figuram necessarius est  
modus, cuius accessione forma syllogis-  
mi absoluantur,

*De tribus figuris syllogismorum, deque  
generalibus concluendi modis.*

*Caput. I.*

A **F**iguræ syllogismorum tres sunt. <sup>a</sup> Pri-  
ma est, in qua medius terminus alte-  
ri extremo subiicitur, & de altero prædi-  
catur. Secunda, in qua prædicatur de v-  
tore. Tertia, in qua utriusque subiicitur.  
Nec alia collocatio extremonim cum me-  
dio termino reperitur, quæ apta sit ad ali-  
quid concludendum. Generales modi co-  
cludendi duo sunt: directè ac indirectè.

B <sup>b</sup> Modus directè, seu secundum naturam <sup>c</sup> Ex i.prio.  
concludendi, est, cùm maius extrellum <sup>d</sup> 7. Directè  
de minore concluditur. Indirectè autem,  
seu contra naturam concludendi mo-  
dus, est cùm minus extrellum de maiore <sup>e</sup> Indirectè  
concludere

Maius ex colligitur. Ac in prima quidem figura il-  
tremū in iudicium maius extremum, quod prædicatur  
in figura. Minus. medio subiicitur: præstatius siquidem est  
Quomo- medio subiicitur: præstatius siquidem est  
do inter- & tertia, cum utrumq; extremum quo ad  
noscantur maius & prædicationem, & subiectionem, parem  
minus ex- habeat in sumptionibus dignitatē: sunt  
tremum qui velint, id esse maius, quod situ par-  
in 2. & 3. tium orationis alterum antecedit, id mi-  
figura. nus, quod sequitur: alij a dicunt id esse  
e Ex recē maius, quod in quæstione proposita præ-  
tioribus. dicatur, id minus, quod in eādem subij-  
vt Alexan. citur: alij deniq; asserunt, id esse maius,  
& Auerr. quod in cōclusione prædicatur, id minus,  
1. prio. s. quod in eādem subiicitur. Sed priores sen-  
e Hi refc tentiae, quicquid probabilitatis habeant,  
runtur, & impignā omittendæ a nobis sunt hoc loco, quia ter-  
tur ab Ale tia multo est planior, ac facilior. Num au-  
xandro. tem sit verior, alias videbimus.

*Quot modis in quaq; figura direcțe, aut  
etiam indirecte concludatur Cap. 13.*

In prima  
figuri tu  
direcțe.  
tum indi-  
r: & con-  
cluditur.

**I**N prima ergo figura dubium non est, A  
quin uterque concludendi modus locū  
habere possit, direcțe nimirum, & indirecte.  
Si enim ita dicas,

Omnis

Omnis virtus est qualitas,  
Omnis iustitia est virtus,  
Igitur omnis iustitia est qualitas.

directè sanè cōcludes, ut potè maius extre-  
mum de minore . Si vero sic ratioci-  
neris.

Omnis virtus est qualitas,  
Omnis iustitia est virtus,  
Igitur quædam qualitas est iustitia.

indirectè haud dubiè, & contra naturam colliges, scilicet minus extre-  
mum de ma-  
iore. At in secunda & tertia figura longe  
alii ratio est, iuxta eam sententiam, quā  
hoc loco seq̄imur. Nam cū in utraque  
id perpetuo sit maius extre-  
mum, quod  
de altero concluditur ut dictum est, neces-  
sario efficitur, ut quandocunque in his fi-  
guris ratiocinatio cōstruitur, directè cō-  
cludatur. Quia ratione factum est, ut Di-  
alectici, qui nomina omnibus modis con-  
cludendi imposuerunt, enumeratis in pri-  
ma figura quatuor directè, & quinq; indi-  
rectè concludendi, quos vocauerunt.

In secunda & tertia fi-  
gura semper direc-  
tè conclu-  
ditur.

*Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton,*  
*Celantes, Dabitis, Fapejno, Fisje somorum,*  
nul-

nullum indirecte concludentē in secūda,  
aut tertia figura nominauerint, sed hos  
tantū decem directe cōcludentes.

*Cesare, Camestres, Festino, Baroco: Darapti,  
Felaptō, Disamis, Datisi, Beccardo, Ferijon,*

Quorū quatuor primi ad secundam,  
sex reliqui ad tertiam figuram pertinent.  
Hac ratione (ut alias omissam) dictū est  
à me, planiorem esse in his duabus figuris  
tertiā de maiore, & minore extremo ien-  
tentiam, quia inquam nulos indirecte  
concludendi modos inuehit, quod tamē  
superiores opiniones facere cogūtur. Sed  
hæc alias. De his ergo vnde uiginti modis  
enumeratis, qui nam sint, & qua arte his-  
ce nominib[us] significantur, nunc dicen-  
dum est.

*De modis directe concludendi in  
prima figura. Caput. 14.*

26. modi  
sunt in fin-  
gulis figu-  
ris, si com-  
potentur  
simul apti  
& inepti.

**S**i nomine modorū intelligamus quas A  
cunq[ue] complicationes sumptionum se-  
cundum quantitatem, & qualitatem si-  
ue aptæ sint ad conclusionem aliquam  
colligendā, siue inceptæ, sexdecim nece-  
sario dandi sunt in vnaquaque figura.  
Nā aut utraque sumptio est vniuersalis:

aut

aut utraq; particularis: aut maior prop-  
ficio vniuersalis, & minor particularis:  
aut maior particularis, & minor vniuer-  
salis. Nec enim hoc loco de singularibus  
enunciationibus loqui instituimus: inde-  
finitæ vero ex forma sua pro particuli-  
bus habendæ sunt. In unaquaq; autē di-  
ctarum quatuor complicationum secut-  
dum quantitatem, quatuor itidem aliae  
secundum qualitatē cernuntur. Aut enim  
utraq; sūptio affirmat: aut utraq; negat:  
aut propositio affirmat, assūptio negat:  
aut propositio negat, & assūptio affirmat:  
Itaq; late accepto modoru nomine, sex  
decim sunt modi in singulis figuris, Ve-  
rum ex his, quod quidem ad primam fi-  
gurā attinet, quatuor tantum ex vi for-  
mæ directe concludunt, videlicet:

Modi di-  
rectè con-  
cludentes  
in 1. figura

*Barbara, Celarent, Darij Ferio,*  
In his .n. solis directe concludendo nun-  
quam oīno daripossunt antecedens ver-  
rum, quin consequens vi antecedentis  
verum esse deprehendatur. Quæ ratio  
probandi, cæteris etiam quin decim  
modis apte concludentibus accommo-  
danda est. Quanquam necessitas con-  
cludendi (quæ omnibus conuenit alia  
quoque

b quoque ratione perspici potest, ut paulo  
Cap. 21. & inferius docebimus. Harū autem qua- B  
25. & citra tuor vocum significationem, atque adeo  
quindecim reliquarum facile intelliges, si  
Distiones aduerteris. p i m a m vocalem cuiusque di-  
modoium c t ionis significare maiorem propositio-  
qualitatē nem: secundam numero minorem: ter-  
& quanti- tatem enī tiam denique conclusionem . Et rursus  
ciationū vocalem A designare enunciationem vni  
significat, versalem affirmatiuam, E vniuersalem  
negatiuam, I particularem affirmatiuam,  
& O particularem negatiuam . Primus  
ergo primæ figure modus est, cum ex v-  
traque sumptione vniuersali, & affirmatiua,  
conclusio vniuersalis, & affirmatiua  
colligitur. Quod totum significat vox  
barbara. Exemplum.

*Bar.* Omne bonum est expetendum.

*b&* Omnis virtus es bona.

*ra.* Igicur omnis virtus est expectēda.

Secundus modus est, cūm ex maiore  
vniuersali negatiua, & minore vniuersali  
affirmatiua, conclusio vniuersalis nega-  
tiua colligitur. Quod totum significat  
vox Celarent. Exemplum.

Ce-

*Ce-* Nullum bonum est fugiendum,  
*la-* Omnis virtus est bona.  
*rent.* Igitur nulla virtus fugienda est.

Tertius modus est, cum ex maiore & vniversali affirmativa, & minore particulari affirmativa, conclusio particularis affirmativa colligitur. Id quod significat vox Darij. Exemplum.

*Da-* Omne vitium fugiendum est,  
*ri-* Aliqua consuetudo est vitium,  
*i.* Igitur aliqua consuetudo fugienda est

Quartus modus est, cum ex maiore & vniversali negativa, & minore particulari affirmativa, conclusio particularis negativa colligitur: quod significat vox Ferio. Exemplum.

*Fe-* Nullus timidus est fœlix,  
*ri.* Quidam diues est timidus,  
*o.* Igitur quidam diues non est fœlix.

Reliqui duodecim modo nihil ex vi formæ directe cōcludūt, quia in singulis dari potest antecedēs verum, & cōsequens falsum, ut experiēti facile patebit verūm quatuor iam dicti adeò latè funduntur,

Omnis ut omnis proposita quæstio in aliquo eo  
quæstio concludi- rum confirmari possit. Colligunt enim  
conclu- omnia genera cœlusionum, ut potè vni  
turi. 1.  
figura. uerse affirmantem, vniuerie negatatem, in  
parte affirmantem, & in parte negatam.

2. prio. 4.

*De modis indirecte concludendi.*

Caput. 15.

**M**odi vero indirecte cœcludendi quinque sunt. Baralipson, Celantes, Dabitis, Fapesino, Frisefomorum. Et primi quidem tres nil differunt à tribus prioribus directe concludendi, nisi quod colligunt conclusiones, in quas conclusiones illorum converuntur. Reliqui autem duo apertius ab omnibus quatuor directe concludentibus dissentiantur. Exempla.

2. Hos modos colle-  
git Theo-  
phastus  
pa. 1. mex  
2. prio. 1  
partum ex  
1. prio. 7.

vt scilicet  
Alex. 1.  
prio. 4.

- Ba-** Omne animal est substantia.  
**ta-** Omnis homo est animal.  
**lip.** Igitur quædā substantia est homo.

- Ce.** Nullum animale est lapis,  
**lan-** Omnis homo est animal,  
**tes.** Igitur nullus lapis est homo.

3

*fratrum* *et* *amicorum* *dictis* *3* *modis* *22*

- D<sub>4</sub>. Omne bonum expectandum est,  
*bi.* Qui tam labor est bonus,  
*tis.* Igitur quoddam expectandum est labor.

Quartus ex maiore vniuersali affirmativa, & minori vniuersali negativa colligit ordine conuerlo particularem negatiuam hoc pacto.

- F<sub>4</sub>. Omnis mens est substantia,  
*pes.* Nullum corpus est mens,  
*mo.* Igitur quaedam substantia non est corpus;

Quintus ex maiori particulari affirmativa, & minore vniuersali negativa, colligit indirecte particularem negatiuam hoc pacto.

- F<sub>5</sub>. Quaedam arbor est viuens,  
*se-* Nullum animal est arbor.  
*son.* Igitur quoddam viues non est animal.

D<sub>e</sub> modis secundæ figuræ, Cap. 16.

A **E**x illis sexdecim modis, quos in singulis figuris reperiri diximus, quatuor du-taxat apti sunt ad aliquid concluden-dum. In secunda figura, primus est cum

d ex

ex maiori vniuersali negatiua, & minore vniuersali affirmatiua conclusio vniuersalis negatiua colligitur: qui quidem vocatur Cesare, vt,

**Ces.** Nullum opus à virtute profectum est execrandum,

**a.** Omne mendacium est execrandum.

**re.** Igitur nullum mendacium est opus à virtute profectum;

Secundus modus est, cum ex maiore vniuersalia affirmatiua, & minore vniuersali negatiua, conclusio vniuersalis negatiua colligitur: qui dicitur Camelites, vt,

**Cam.** Omnis qui diligit iniquitatem odit animam suam,

**mes.** Nullus iustus odit animam suam,

**tres.** Igitur nullus iustus diligit iniquitatem.

Tertius est, cùm ex maiore vniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua, conclusio particularis negatiua colligitur: qui nuncupatur Festino, vt,

**Fest.** Nullum vitium placet Deo,

**2.** Quædam animi submissio placet Deo,

**3.** Igitur quædam animi submissio non est vitium.

Quartus est, cùm ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore particulari negatiua conclusio particularis negatiua efficitur: qui appellatur Baroco, vt.

Ba. Omnis prudens prospicit futura,  
ro. Quidam diues non prospicit futura,  
eo. Igitur quidam diues non est prudens.

Reliqui duodecim modi nihil colligunt  
ratione formæ, quia in singulis dari potest Negantes  
antecedens verum, & consequens falsum. duxat  
Hoc autem proprium est huius figuræ, ut quesito-  
negantes duxat questiones in ipsa cōnes confit  
fitmari possint. Solas enim negantes cōclu- mantur in  
clusiones colligit, verum tam vniuersales,  
quam particulares. b 2. figura,  
verū om̄nes.

## De modis figuræ tertiae.

1. PRO. s.

## Cap. 17.

A **S**Ex in hac figura inueniuntur modi ad  
concludendum apti: a ceteri inutiles  
sunt, nihilque ex vi formæ concludunt. a  
Primus utilius est, cum ex extraquæ sum-  
ptione vniuersali, & affirmatiua, conclu-  
sio particularis affirmatiua colligitur;  
qui dicitur Darapti, vt,

Da. Omne animal sentit,  
rap. Omne animal est corpus animatum,  
ti. Igitur quoddam corpus animatum sentit

d 2 Se-

Secundus est, cum ex maiore vniuersali negativa, & minore vniuersali affirmativa, conclusio particularis negativa efficitur: quid dicatur Felapton, ut si dicas.

*Fe-* Nullus lapis nutritur,

*lap-* Omnis lapis est corpus,

*zon.* Igitur quoddam corpus non nutritur.

Tertius est, cum ex maiore particulari affirmativa, & minore vniuersali affirmativa, conclusio particularis affirmativa siccluditur. Atq; hic dicitur Disamis, ut,

*Dis-* Quoddam animal respirat,

*dis-* Omne animal est sentiens,

*mis.* Igitur quoddam sentiens respirat.

Quartus est, cum ex maiore vniuersalia affirmativa, & minore particulari affirmativa conclusio particularis affirmativa colligitur. Vocatur autem Datisi, ut,

*D4* Omnis avarus est miser,

*suf-* Quidam avarus est diues,

*s.* Quidam igitur diues est miser.

*Quin-*

Quintus modus est, cum ex maiore particulari negatiua, & minore vniuersali affirmatiua, conclusio particularis negatiua cocluditur. Hic dicitur Bocardo, ut,

**Bo.** Quoddam animal non habet sanguinem,

**car.** Omne animal est viuens,

**de.** Igitur aliquid viuens non habet sanguinem.

Sextus modus est, cum ex maiore vniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua conclusio particularis negatiua efficitur: qui nūcupatur Ferison, ut,

**Fe.** Nullus sapiens est miser,

**ri.** Quidam sapiens est pauper,

**son.** Igitur aliquis pauper non est miser.

Quod verò cæteri decem modi nihil ex vi formæ concludant, ex eo intelliges, quia in singulis inuenitur antecedēs reū, & cōsequēs falsum: quod per facile est experiri. Hoc verò proptium est huius figurae, ut particulares dūtaxat quæstiones in ipsa cōfirmari possint. Solas enim particulares cōclusiones colligit, verū tam affirmantes, quam negantes.

Particula  
res dūta-  
xat que-  
stiones cō-  
firmantur  
in hac fi-  
gura, verū  
omnes.

**E**x dictis colligi possunt tum communes quaedam regulæ omnibus figuris, tum propriæ singulis. Communes omnibus quatuor sunt.

**Prima.** Ex duabus particularibus nihil vi formæ concluditur. Hæc patet ex dictis, quia ex duabus particularibus quatuor modi constare possunt (vel enim vtraque sūptio affirmabit, vel vtraque negabit, vel propositio affirmabit, assumptio negabit, vel propositio negabit, & assumptionis affirmabit) quorum nullū in figura villa ut aptè concudentem recentimus.

**Secunda.** Secunda regula. Ex duabus negatiuis nihil vi formæ concluditur. Hæc etiā perspicua est ex dictis, quia ex duabus negatiuis quatuor itidem modi constare possunt (aut enim vtraque vniuersalis erit, aut vtraque particularis, aut propositio vniuersalis assumptio particularis, aut propositio particularis assumptionis vniuersalis) quorum nullum haec tenus ut aptè cocludentem numerauimus. Atque ita fit ut his duabus regulis comprehendantur

septem inutiles modi à singulis figuris  
explosi. Nam cōplicatio ex utraque par-  
ticulari negativa, quæ secundâ regulâ  
rejecitur, iam per primam reiecta est.

**B** Tertia regula. Si altera sumptio-  
num particularis fuerit, conclusio eti-  
am particularis sit necesse est. Hæc iti-  
den patet ex dictis. Siquidem nul-  
lus modus præscriptus est, qui vniuersa-  
lem conclusionem ex particulari sum-  
ptione colligat.

Quarta regula. Si altera sumptionum  
negativa fuerit conclusio etiam negati-  
va sit necesse est. Hæc denique ex dictis  
aperta relinquitur, quæ in admodum &  
superior. Ratio vero utriusque est, quia  
consequens est effectus antecedentis, ef-  
fectus autem deteriorum partem sua  
causa imitatur. Veruntamen prima, & In quibus  
tertia regula intelligendæ sunt in ijs syl-  
logismis quorū nō unes termini sunt cō-  
munes, seu vniuersales (horum enim ha-  
bitenus doctrinam tradidimus, quia hi  
maxime usurpantur in disciplinis) item gula.  
cūm prædicata enunciationum non no-  
tantur signo Omnis, quod efficit enuncia-  
tionem a communi viu remotam. Nam

Tertia.

Quarta.

d iij in

56. INST. DIALECT.

in ijs syllogismis, in quibus præter consue-  
tuinem aliquod prædicatum huiusmo-  
di signo notatur, & in expositorijs, qui  
constant medio termino singulari, ana-  
logia est, ut paulo post docemus

*Regulae speciales singulis figuris.*

Caput. 19.

**E**X ijs vero, quæ in tractatione primæ  
figuræ dicta sunt, colliguntur duas regu- A

**I**uxta peculiares primæ figuræ. Prior est ex  
maiore propositione particulari nihil vi-  
formis concludi. Posterior, ex minore ne-  
gatiua nihil effici. Quæ quidem intellige-  
Posterior dæ sunt in modis directe concludentibus.

Nam in cæteris non servantur, ut pote in  
**F**apesino, & Frisëomorum. His duabus  
regulis comprehenduntur reliqui quinque  
modi ad concludendum inepti in primæ  
figura, qui regulis generalibus non sunt  
comprehensi: primus, cum utraque affir-  
mat sed maior ex parte, minor in totu:  
secundus, cum maior negat ex parte, &  
minor uniuersè affimat: tertius, cum  
major affirmat ex parte, & minor uniuer-  
se negat: quartus cum utraq; est uniuersa,  
sed maior affirmat, minor negat: quin-  
tus

qus cum maior affirmat in totum, & mi-  
nor negat ex parte.

Ex iij, etiam, quæ in secunda figura tra-  
ctanda diximus, cotidem regulæ ipsi pro-

priæ eruuntur. Prior. Ex maiore propo-  
sitione particuliari nihil ratione formæ

colligi. Posterior. Ex veraque sumptione  
affirmatiua nihil colligi. His etiam dua-

bus comprehenduntur cæteri quinque mo-  
di nihil concludentes in secunda figura:

primus cùm maior de parte affirmat, &

minor de toto negat: secundus, cùm ma-  
ior ex parte negat, & minor vniuersè af-

firmat: tertius, cùm utraq; affirmat, sed  
maior de parte, minor de toto: quartus,

cùm utraq; vniuersè affirmat: quintus,

cùm utraque affirmat, sed maior de toto  
genere, minor de parte.

Ex ijs tñudem, quæ in tertia figura  
dicta sunt, hec vna regula ipsi propria

colligitur. Ex minore negatiua nihil ef-  
fici. Quæ regula comprehenduntur reli-  
qui modi nihil concludentes in hac figu-  
ra qui regulis generalibus comprehensi-  
non sunt. Hi vero tres sunt tantum: vñus,

cùm maior vniuersè affirmat minor v-  
niuersè negat: alter, cùm maior vniuersè

b  
PRO. 5.  
Prior re-  
gula secundū  
de figura  
posterior.

REMONSTRAT  
REMONSTRAT  
REMONSTRAT

Regula  
tertiae, fi-

gure.  
c  
1. prior. 6.

affir-

affirmat, minor ex parte negat: tertius, cùm maior ex parte affirmat, & minor vniuersè negat.

*Duo documenta generalia à recentioribus tradita. Caput. 20.*

**P**rimum documen-  
tum.  
**N**on sunt tamen prætermittenda hoc A  
loco duo generalia documenta, quæ  
à recentioribus proponuntur, ex quibus  
traditæ regule magna ex parte naicun-  
tut. Alterum est, Medium terminum in  
altera saltē præmissarum complete di-  
stribui debere, id est, vniuersè accipi pro  
omni re, pro qua accipi potest. Contra-  
rio vitiolaborat hic inceptus syllogismus,

Quoddam animal est bipes,  
Quidam equus est animal,  
Igitur quidam equus est bipes.

Emendabitur autem si hanc feceris ma-  
iorem, Omne animal est bipes, vel hanc B  
minorem, Quidam equus est omne ani-  
mal. Vtique enim modo distribuetur me-  
dius terminus, qui in vitiosa illa racio-  
natione non distribuitur. Quanquam se-  
cunda correctio, & emendatio perparum  
vslur-

Surpata est, quia prædicatum raro nota  
tur ligno Omnis. Hoc tamen inusitato  
enunciandi modo licet ex duabus parti-  
cularibus aliquid vi forme concludere,  
ut si dicas,

Quo pa-  
do ex dia-  
bus parti-  
cularibus  
aliquid ef-  
ficiatur.

Quoddam animal est bipes,  
Quidam equus est omne animal,  
Igitur quidam equus est bipes.

Hic vero falax syllogismus,

Omne animal fuit in arca Noe,  
Quidam equus Alexandri est animal,  
Igitur quidam equus Alexandri fuit in arca Noe.

non ideo vitiosus est, quod medium non  
distribuitur, sed quod non distribuatur  
complete, seu perfecte. Subjectum si quis  
d' majoris accipi solet pro omnibus spe-  
ciebus animalium ( exceptis ijs, quæ in  
aquis degunt & alijs quibusdam ) non erat  
am pro omnibus eorum individuis. Eo-  
dem vitio notatur hoc sophisma.

Omnis essentia diuina est pater,  
Filius est essentia diuina,  
Ergo filius est pater.

Me-

Medius enim terminus, quo in sensu maior propositio conceditur, non distribuitur completem ac perfecte. Quanquam enim accipitur pro omni essentia diuina, quae una est, atque adeo maximè una est, tamē non accipitur pro omni re, quae est essentia diuina. Nam si hoc modo acciperetur (ac si apertius dictū esset, Omne quod est essentia diuina, est pater) à nemine propositio concederetur: quando quidem falsa esset ac heretica. Et tamen quilibet persona diuina est verissimè essentia diuina, & tamen non qualibet est pater. Quod si quis obijciat contra hoc documentum, quod medius terminus in secunda figura nunquam distribuatur, cum perpetuo sit prædicatum, quod quidem signo distributio, seu universalis, ut est Aristotelis sententia, nisi D

<sup>a</sup>  
S. peri s.  
<sup>b</sup>  
Li. 8. c. 31.

Solutio. me notatur. occurses, Semper prædicatum negatiæ enunciationis distribui à negatione, quæ negat copulam verbi, ut infra doccebi: nec Aristotelem huic sententiæ refragari, sed tantum afferere, prædicati enunciationis universalis non esse notandum signo Omnis, quod est universalis affirmatiæ. Ciam ergo in secunda figura

**S**igura necessariò altera sumptio sit negativa, efficitur, ut medius terminus necessariò in altera distribuatur: ut, exempli causa huius propositionis, Lapis non est animal, hic sit sensus; Lapis non est hoc animal, nec hoc, nec illud, nec illū aliud: & ita ceterarum. Alterum documentum est, Nullum terminum qui non fuerit distributus in antecedente, distribuendum esse in consequence, Contrario vitio laborat hic paralogismus,

Secundum  
documen  
tum.

Omne animal est sensus capax,  
Omne animal est substantia,  
Igitur omnis substantia est sensus capax.

**F**etenim nomen Substantia, quod non distribuitur ( id est, non accipitur uniuerso) in assumptione, distribuitur in conclusione. Ex hoc documento efficitur, ut merito, nec Daripti, nec Felapton, nec duo illi modi indirectè concludentes Baralipont, & Fapesmo colligant vniuersalem conclusionem, etiam si content vniuersalibus sumptionibus, quoniam, si vniuersalem concludas, argumentaberis à termino nondistributo ad distributum,

Cursus p  
ex-virag  
suptione  
vniuersali  
non effici  
atur vni-  
uersalis  
conclusio.

ut loquuntur recentiores: id quod anti-  
maduertenti facile patebit. Itaq; non se-  
gniter notanda sunt hæc documenta.

*De syllogismo perfetto, et imperfecto.*

Perfectus  
syllog.

a  
1. prius.

b  
Ab Alexā.  
1 p. i. 4. &  
Scot. sēt. q. 1. & alijs

Principia,  
qua dicū-  
tur regu-  
laria?

c  
1. p. i. 1.

Porrò syllogismorum quidam perfecti A  
sunt, quidam imperfeci. Perfectus  
dicitur is, qui nullatenus indiget, ut collegēdi  
necessitas sit evidens, hoc est, qui adeo  
perspicue ex necessitate colligit, ut nulla  
sit opus arte ad id ostendendum. Huius  
generis sunt omnes, ac soli directe conclu-  
dentes in prima figura: qui propterea di-  
cuntur per se noti, ac indemonstrabiles,  
quod in his absque ullo medio exercea-  
tur vis duorum quorundam principiorum ip-  
sum, ac naturali lumine intellectus perspecto-  
rum, ac evidentium, è quibus omnis col-  
legēdi ratio, que in quaunque argumē-  
tatione certatur, quasi è purissimis fon-  
tibus emanat. Alterum eorum est Quic- B  
quid uniuersè affirmatur de subiecto,  
affirmatur de quo quis contento sub illo:  
ut si substantia dicitur uniuersè de ani-  
mali, omnis autem homo continetur  
sub animali, de omni homine dicitur  
substan-

Substantia. Alterum vero est, Quicquid  
vinuerse negatur de subiecto, negatur de  
quo quis contento sub illo <sup>4</sup>; ut si habere vi-  
tam vinuerse negatur de lapide, omnis  
autem sapphirus continetur sub lapide,  
haud dubie de omni sapphiro negabitur  
vitæ functio. Prioris principij vis exerce-  
tur in primo, & tertio modo primæ figu-  
ræ, hoc est, in Barbara, & Darij posterio-  
ris autem in secundo, & quarto, qui dicun-  
tur Celarent, & Ferio. Quo sit ut princi-  
pia hæc meritò dicantur regulatiua om-  
nium syllogismorum, quasi omnium  
normæ, ac regulae: siquidem & cæteri om-  
nes syllogismi ad quatuor illos, in quibus  
primo eorum vis cernitur, reuocantur, ut  
statim dicimus. Sillogismus imperfectus  
est, qui vna re, aut pluribus indiget, ut col-  
ligendi necessitas euidentia fiat: Cuius-  
modi sunt reliqui omnes præter quatuor  
primos primæ figuræ. Neque enim adeo  
perspicue concludunt, ut necessitas col-  
ligendi statim appareat: sed quisque  
eorum eget conuersione aliqua, aut  
evidenti deductione ad id, quod fieri ne-  
quit, aut expositione, aut certè pluribus  
conuersionibus, quibus ipsa consequentia  
neces-

<sup>d</sup> ibidem

In quibus  
syllogis-  
mis exer-  
ceatur vis  
tū prioris  
principij  
tū poste-  
rioris.

<sup>imperfe-</sup>  
ctus syllo-  
gismus.

<sup>e</sup> 1. pri. x.

necessitas plane perspiciatur. Ut igitur quo pacto id fiat doceamus necesse est ut ante explicemus; quid sit evidens deducatio ad id, quod impossibile est, quid etiam expositio. Namquid sic conuersio, & quot modis nat iam supra expoluimus.

Li. 3 ca. 8.

*Desyllogismo deducente ad impossibile. Caput. 22.*

**D**Vobis modis syllogismo aliquid A probamus: directo, aut ex hypothesi, seu conditione cum altero posita. Exempli causa, si alicui probare voluero, nulla opposita in eadem re simul reperiri posse, uno e duobus modis mihi licebit id facere. Altero, hoc idem concludendo, ut si dicam.

Nulla repugnancia repetiri simul possunt in eadem re,  
Omnia opposita sunt repugnancia,  
Igitur nulla oppositissimae in eadem re possunt reperiiri.

Altero, concludendo aliud pronunciatum, verbicausa, nulla contraria posse simul reperiri in eadem re facta tamen prius conventione cum altero, ut si in contrariis id confirmem, in omnibus propositorum

torum generibus confirmatum cœlatur:  
Veluti n. dicam;

Nulæ formæ motuō sese ab eodē subiecto expellentes;  
Sicut reperti possunt in eadem re;  
Omnia contraria sunt formæ huiusmodi  
Igitur nulla contraria reperti si nul possunt in eadem re.

Prior syllogismus directò probat insti-  
tutum, & ideo vocatur διεκτικός; quasi Syllogis-  
mus ostendens: posterior non confirmat pro-  
positum, nisi ex pacto, & conventione  
cum altero, & ideo dicitur ἐγνωθέσεως Syllog ex  
quasi ex conditione posita. Itaq; in syllo-  
gismis, qui ex hypothesi rem probat nu-  
meratur iij, qui dicuntur εἰς τὸ ἀδύνατον Syllogis-  
mus per  
καὶ πιστὸς ἀδυνάτος hoc est, Ad impossibile, & Per impossibile quia ex contradicente ad  
cetera alicuius enūciationis veræ ab aduer- impossibi-  
sario absurdè data, & ex altera perspicue- le.  
deducit hominem ad aliquid, quod fieri  
nequeat, & per eiusmodi impossibile,  
quod illè admittere omnino recusat, Cur dice-  
cogit eum retractare id, quod absurde  
ante dederat, atque adeò admittere enū- tur ad im-  
ciationem quā negauerat. Exempli cau- potib.  
sa, neget alius quis hanc veram enūciatio- Cur pē  
nē, Aliquid ex quo voluptas capitur, non  
est bonum; dicatq; absurdè, omne id, ex  
eo quo

quo voluptas capit, esse bonum: tunc  
ego sic argumentabor.

Omne id ex quo voluptas capit, est bonum, ut ait  
Quædam verò mala sunt, ex quibus inuidus vola-  
ptat m caput, ut perspicuum est,  
Igitur quædam mala sunt bona.

Ille verò, cùm viderit me aliquid, quod  
fieri nequeat, ex enunciatione à se data,  
& alia perspicue vera collegisse, plane ne-  
gabit id, quod absurdè assertuit, siccq; ad-  
mittet, quod negauerat, quia id veru esse  
non potest, ex quo impossibile aliquid  
efficitur. Ita syllogismus hic, quē feci, non  
colligit directò institutum, ut potè, Non  
omne id ex quo voluptas capit esse bo-  
num (id quod ego concludere contra ho-  
minem cupiebam) sed quiddam impos-  
sibile, quo concluso cogitur ille ex tacito

Cōditio, seu hypo-  
thesis un-  
dē syllo-  
gismus ad  
impossi-  
ble dicitur  
ex hypo-  
thesi que  
st.  
quodam pacto, & conditione, quam om-  
nes disputantes inter se statuunt, retrah-  
ctare id, quod dixerat. Cōditio autem  
cōuentione tacita disputantium, qua ille  
tenetur, est, ut si aliquid, quod fieri ne-  
queat, ex cuiusquam assertione concludi  
comperiatur, talis assertio retractata cē-  
seatur. Impossibile namque non, nisi ex

im-

impossibili, sequitur, ut suprà b dictum  
est. Sic igitur fit deductio ad impossibile. Hoc lib. et  
Quæ tunc erit eidens, cum syllogismus,  
qui ad impossibile deduxerit, fuerit per-  
fectus, hoc est, ex primis quatuor primæ  
figuræ: qualis est is, quem in exemplum  
attulimus. Verum quo pacto hoc syllogis-  
morum genere eidens fiat necessitas  
cōcludendi imperfectorum, paulo post c  
docebimus.

Cap. 27.

*De syllogismo expositorio.*

Caput. 23.

**A** Xpositio verò, qua sēpē vtitur Arist.  
fit quodā syllogismorū genere quod  
Expositoriū appellatur. Is autē dicitur  
syllogismus expositarius, qui constat me  
dio termino singulari, Exempla mox tra-  
dentur. Quia verò naturale est singulari-  
bus terminis, vt subiectatur is maximè,  
ac præcipue dicitur expositarius syllo-  
gismus, qui in tertia figura struitur. Per-

**B** petuò enim medius terminus in ea figura  
subiectur, vt patet ex dictis. Ex ijs, que  
dicta sunt, efficitur, vt generaliter hoc di-  
fferant expositorijs syllogismi ab ijs, quos

vt. 1. prī-  
i. & 6.

Syllog.

exp. quidā

Exposit.  
syllogis.  
præcipue  
struitur in  
tertia fi-  
gura.Qua ratio  
ne diffe-rât exposi-  
torij syl-  
logismi.

e ij liacte

hactenus tractauimus, quod illi cōstent  
medio termino cōmuni, hi singulari. Si  
ergo expositoriū syllogismi non solum cō  
stiterint medio termino singulari, sed e  
tiam utramque sumptionem habuerint  
singularem, duobus tantum modis in pri  
ma figura colligent, totidem in tertia, &  
tribus in secunda. Prior modus primæ fi  
guræ, ex utraque affirmante colligit sin  
gularem affirmantem hoc pacto,

Socrates est sapiens,  
Hic homo est Socrates,  
Igitur hic homo est sapiens.

Posterior ex propositione negante, &  
assumptione affirmante colligit singula  
rem negantem hoc pacto.

Socrates non colit multos deos,  
Hic philosophus est Socrates,  
Igitur hic phil. non colit multos deos.

Primus secundæ, ex utraq; affirmante col  
ligit singularem affirmantem, ut,

Marcus Tullius est Cicero,  
Hic homo est Cicero,  
Igitur hic homo est Marcus Tullius.  
Se-

Secundus ex propositione negante, & assumptione affirmante colligit singularem negantem.

Demosthenes non est Cicero,

Hic orator est Cicero,

Igitur hic orator non est Demosth.

Tertius ex propositione affirmante, & assumptione negante colligit singularem negantem.

Socrates est filius Sophronisci,

Plato non est filius Sophronisci,

Igitur Plato non est Socrates.

Prior tertiae, ex utrâque affirmante colligit particularem affirmantem hoc pacto.

Socrates est sapiens,

Socrates est pauper,

Igitur quidam pauper est sapiens.

Posterior ex propositione negante, & assumptione affirmante colligit particularem negantem hoc modo,

Crœsus non est sapiens,

Crœsus est diues,

Igitur quidam diues non est sapiens.

Si tamen in hac figura minus extre-  
mum fuerit singulare, licebit priori mo-  
do concludere singularem affirmantem,  
posteriori autem singularem negantem,

**E**xpositio- quod facile est exemplis cernere. Si autē  
vij ex solo expositorij syllogismi solum medium ter-  
medio sin gulari.

**P**rima fi- quidem figura totidem erunt modi, quot  
gura. in syllogismis ex medio communi, nee  
ab illis different, nisi quod necessario ha-  
bebūt maiores singulares ratione medijs,

**S**econda. quod in maiore subiicitur. Exempla fa-  
cile occurrent. In secunda vero prater  
quatuor vulgatos modos negatiue con-  
cludentes, quorum exempla statim sece  
offerunt, alijs quatuor ex utrāque affirmatiue  
colligentes reperientur,  
quorum primus ex utrāque vniuersali col-  
ligit vniuersalem, vt si dicas,

Omne astrum efficiens diem est hic sol,

Omnis planeta, qui est in quarto cœlo est hic sol,

Igitur omnis planeta qui est in quarto cœlo est  
astrum efficiens diem.

Secundus ex propositione vniuersali,  
& assumptione particulari cōcludit par-  
ticularē.

ticularem. Tertius ex propositione particulari, & assumptione uniuersali, uniuersalem. Quartus ex utrâque particulari, particularem. Quod non est difficile exemplis illustrare. Ac in tercia figura nū Tertia.

**E** quām plures sunt quam duo modi, quos iam tradidimus. Illud tamen obiter admonuerim, hoc syllogismorum genere ex utrâq; suppositione particulari aliquid in secunda figura ex vi formæ cōcludi: itemq; ex particulari colligi uniuersale: id quodd supra animaduertendum dicimus.

Possunt autem hi quatuor modi affirmatiue concludentes in secunda figura ( si quis illos inficeretur ) renocari ad modos primæ solus maioris cōuersatione: primus quidem, & tertius ad primum: secundus vero, & quartus ad tertium. Possunt etiā probari per deductionem ad incommodum: primus, & tertius, in Bocardo: secundus, & quartus, in Berison. Nā ex contradictione conclusionis cuiusque modis assumpta minore colligitur immediatè contrarium, aut contradictionum majoris: modo ponas singularem negationem conuerti in uniuersalem negationem, ut supra b dictum est. Quanquam b  
Lib. 3. c. 9.

hæc reuocatio forsitan, non est naturalis, sed ad hominem pertinacem, aut qui minus perspicaciter eorum vim considerat. Nam cum huiusmodi syllogismis sint expositorijs, fortasse non indigent probatione, quia diligenter aduertenti videntur per se noti, ut mox dicetur. Tatum abest ut per Bocardo, & Ferrison, qui per expiatorios cōfirmantur, probari debeant.

*Quod expositorijs syllogismi sunt perfecti, ac per se euidentes,*

*Caput. 24.*

**V**Idetur autem omnes syllogismi expositorijs habere necessitatem colligendi per se notā, & perspicuam, ac proinde esse perfecti, quia constant medio termino, siue argumēto, singulari, qui est maxime unus, & absque ulio medio exercent vim illorum principiorum per se euidentium. Quæcumque sunt eadem unius tertio, sunt eadem inter se: Quæcumque ita sunt ad aliquid tertium affecta, ut alterum sit idem illi, alterum non idē, non sunt eadem inter se: in quibus nomine tertij potissimum intelligitur aliquid singulare. Merito ergo huiusmodi syllogis-

syllogismi dicti sunt expositorijs quia sunt adeo perspicui, & evidentes, ut rem ipsam sensibus exponere videatur. Vnde etiam fit ut non ab re demonstrationes sensibiles appellari soleantur. Sed contra haec sic

**C**hiceat argumentari: Haec sunt vitiosae, ac fallaces argumentationes. Essentia divina est pater, essentia divina est filius, ergo filius est pater. Pater non est filius, pater est essentia divina, ergo essentia divina non est filius: & tamen hi modi, tradiunt in tertia figura (cū hi termini, Essentia divina, & Pater in diuinis sint singulares) igitur perperam tradiunt videtur.

**D**etur. Respondebis tamen nomine medijs

Solutio.

termini singularis, quo syllogismus expositorijs propositum confirmat, intelligendum esse eum, qui accipitur pro aliqua re individualia, quæ nec est plures res, nec est idem res cū ea, quæ est plures res (sic enim intellecto nomine tertij perspicua sunt duo illa principia, quæ attulimus aliōquin non parū habent ambiguitatis) ad hunc terminum. Essentia divina accipi pro quadam re individualia, hoc est, pro ipsa Deitate, quæ tamen est plures res, id est plura supposita divina: & hunc terminum

Pater

Cur ex po  
sitor i syl  
logismi  
hoc nomi  
ne appell  
lantur.

Obiectio  
nem a  
Ab Alex.  
priori. &  
6. & ob  
alijs.

Lege Scot  
d. 2. q. 7. &  
Dur. 1. d.  
33 qu. 1. &  
Ochamū  
2 part. Lo  
gicæ cap.  
16.

Pater (in diuinis) accipi pro quadam re  
 indiuidea, hoc est, pro prima persona  
 Trinitatis, quæ tamen est idem re cum  
 essentia diuina, quæ est plures res. Non  
 cernuntur ergo modi supradicti in propo-  
 sitis argumentationibus, Quanquam Ari- E  
 lis senten<sup>tia</sup> stoteles nullū terminum singularē nega-  
 ret posse esse mediū terminū syllogisini  
 expositori, quia lumine fidei minimē il-  
 lustratus, nullā cogitabat rem singularē,  
 quæ simul esset plures res Vnde apud ip-  
 sum duo illa principia habentur per se  
 nota, accepto nomine tertij pro qua cur-  
 que re singulari.

*De probatione ostensiva imperfecto-  
 rum syllogismorum. Caput. 25.*

**H**is ergo positis, facile erit intelligere, A  
 quo pacto necessitas colligendi im-  
 perfectorū syllogismorū per perfectos co-  
 firmetur. Quanquam enim latē ea probari  
 possit ex eo, quod eādem forma retenta  
 in nulla matrīa reperiri potest antece-  
 dēs verū, & cōsequens falsum, tamen com-  
 pendiosior hēc via est, ac securior siquidē  
 nemo est, qui materias omnes possit  
 percur-

percurtere: ex quo sit ut nunquam animus dubitantis quiescat, donec imperfēctam ratiocinationem per perfectam; ac per se evidētē comprobet. Itaq; prima genera. confirmatio fiet conuersionis interūētu: altera per evidētē deductionē ad id quod fieri nequit: tertia per expositionē.

- B** Confirmatio per conuersionem quæ ostensiua probatio, & ostensiua reductio seu ostensiua imperfectiorū ad perfectos appellari sollet) tūc sit, cū ex sumptionibus imperfecti syllogismi, aut sine vlla conuersione, aut conuerſione utriusque, alteriusue duntaxat, per syllogismum aliquem perfectum colligitur conclusio imperfecti, aut conuerſia eius, ex qua tandem ipsa per conuersionem efficitur. Quia enim quicquid sequitur ex consequente, se quitur ex antecedente, vt supradiximus a, conclusio, quæ ex sumptionibus syllogismi perfecti collecta fuerit, ex sumptionibus etiam imperfecti, ex quibus illæ efficiuntur, concludi comparietur. Hac ratione probantur omnes imperfecti syllogismi præterquam Baroco, & Bocardio, vt in progressu apertum erit.
- C** Baralipton igitur, qui est imperfectiorū primus

Tria eōs  
mationū

genera.

Confirmatio per cō  
versionē,

sua.

Cap. 5.

Cui principio nō  
tur proba  
tio ostensi  
ua.Qui nam  
syllogis  
mi ostensi  
ua confir  
mentur.

primus modus, sic probatur. Ex sumptio-  
nibus eius sine villa conuersione colligi-  
tur in Barbara conclusio vniuersalis affir-  
mativa, ex qua tandem per conuersionem  
per accidens, efficitur conclusio indirecte  
collecta. Exercentur ista hoc modo. Di-  
cat aliquis, nihil colligere hunc syllogis-  
mum in Baralipton,

Omne animal est substantia,  
Et omnis homo est animal,  
Igitur quædam substantia est homo,

Tunc ego confecto ex sumptionibus  
eiusdem syllogismi syllogismo perfecto,  
sic probabo consequentiam.

Omne animal est substantia,  
Et omnis homo est animal,  
Igitur omnis homo est substantia,

Tum sic.

Omnis homo est substantia,  
Igitur quædam substantia est homo,

Ergo ex primo antecedente necessario  
sequitur postremum consequens in Ba-  
ralipton, ut dictum est.

Eadem arte viēris improbationē duorū  
modo.

modorum sequentium, ut potè Celantes,  
& Dabitis, per Celarent, & Darij, nisi  
quòd conclusiones immediate collectæ  
in Celarent, & Darij, simpliciter conuer-  
tendæ sunt. Itaq; tres primi imperfecti  
modi non alia conuersione probantur,  
quam conclusionis perfecti syllögismi.

Fapesmo verò probatur conuersione  
per accidēs maioris, & simplici minoris,  
& illatione suæ conclusionis, in Ferio. b      b  
Quod ita intelliges. Neget aliquis neces- 1. prior.  
sitatem colligendi huius syllögismi in Fa-  
pelmō,

Omne animal est substantia,  
Et nullus lapis est animal,  
Igitur quædam substantia non est lapis.  
Tunc ego sic probabō consequitionem.

Omne animal est substantia,  
& nullus lapis est animal,  
Igitur (per conuersionē vtriusq;) quæda-  
substantia est animal.  
& nullum animale est lapis.

Iam sic.

Nullum animale est lapis,

& quædam substantia est animal;

Igitur quæda substantia non est lapis.

Ergo

Ergo ex primo antecedente necessariò sequitur in Fapesmo extreinū cōsequēs.

Ibidem. Feris somorum eodem modo probatur, quo Fapesmo, nisi quod maior conuertitur simpliciter.

Cesare probatur conuersione simplici majoris, & illatione suæ conclusionis in Celarent.

I. p. 5. Camestres probatur conuersione simplici minoris, & illatione conuersæ suæ conclusionis in Celarent, & huius simplici conuersione.

Ibidem. Festino probatur simplici conuersione majoris, & illatione suæ conclusionis in Ferio.

Baroco non potest probari interuentu conuersionis, quia minor, cum sit particularis negatiua, conuerti non potest: maior autem, cum sit affirmatiua, non conuertitur, nisi in particularem, ex qua cū altera particulari nihil colligitur.

I. p. 6. Darapti probatur conuersione per accidens minoris, & illatione suæ conclusionis in Darij.

Ibidem. Felapton, conuersione etiam per accidens minoris, sed illatione suæ conclusionis in Ferio.

Disamis, cōuersione simplici maioris, *Ibidem.*  
 & illatione conuersæ sūę conclusionis in  
 Darij, & huius simplici conuersione.

Datis, conuersione simplici minoris, & *Ibidem.*  
 illatione sūę conclusionis in Darij.

Bocardo non probatur interueniente  
 conuersione, quia maior non cōvertitur;  
 minor autem cōvertitur in solam par-  
 ticularē, ex qua cum altera particulari  
 nihil efficitur.

Ferisōn denique probatur conuersio- *Ibidem.*  
 ne simplici minoris, & illatione sūę con-  
 clusionis in Ferio.

D Meritò autem hęc probatio dicitur re-  
 ductio syllogismorum imperfectiorū ad  
 perfectos, quia semper hac arte ex sum-  
 ptionibus imperfecti syllogismi struitur  
 perfectus colligens immediate eandem  
 conclusionem, aut conuersam eius quod  
 vtique non sit in probatione per dedu-  
 ctionem ad impossibile, ut patebit. *e Cap. 27*

Cur hęc  
 probatio  
 dicatur re-  
 ductio im-  
 perfecto-  
 rū ad per-  
 fectos.

Detectitur artificium, quo vocabula im-  
 perfectorum modorum indicant  
 eorumdem probationem.

Caput. 26.

Sunt

**S**Vnt autem nomina horum modorum **A**  
Sadeo artificiose compolita, ut quo pa-  
cto quisque probatus sit apposite ac in-  
geniose significent. Nam literæ a quibus  
vocabula incipiunt, ut pote. B, C, D, E;  
significant per quem modum perfectu  
quisque imperfectus probandus sit. B  
namq; significat probandum esse per Bar-  
bara, C per Celarent, D per Darij, & F per  
Ferior. S verò significat enūciationem,  
quam designat vocalis præcedens, con-  
uertendam esse simpliciter, P autem per  
accidens. Verùm aduerte, hæc duas lite-  
ras, cùm designant conclusionem esse cō-  
uertendam, non significare cōuersionem  
conclusionis imperfecti syllogismi, ied  
perfecti, qui ex imperfecto struitur, vt  
patet ex dictis. Iam M significat muta-  
tionem maioris in minorem, & minoris  
in maiorem, quam præmissarum trans-  
positionem vocant. Fit autem hæc trans-  
positio in redigeridis quatuor modis, Fas-  
pesuo, Frisëom, Camestros, & Disamis;  
quia in prima figura nec minor potest  
esse negatiua, vt in tribus prioribus nec  
maior particularis, vt in quarto. Cate-  
**B**  
tum huiusmodicommutatio non est in-  
telligenda

Hic vari-  
at aliquā  
tum signi-  
ficativa ha-  
rū litera-  
rum.

telligenda secundum sicutum partium orationis (hæc enim non est necessaria, cum sèpè in prima figura maior proposicio posterioriem locum, minor priorem obtineat) sed secundum naturam. Poterat si sane significatio huius literæ prætermitti, quia sola conuersio docet, quæ sumptio imperfecti syllogismi fiat maior in per se cito, quæ minor. Denique, C post primam syllabam in dictione positum, significat modum talem non ostensive seu directò confirmari posse, sed deductione ad impossibile, sumpta videlicet contradicente conclusionis in syllogismo perfecto loco illius sumptionis, quæ designatur per vocalem præcedentem, ut statim patebit. Atq; sic circa in duobus tantum modis intenit, in Baroco nimirū, & Bocardo.

*De probatione syllogismorum imperfectorum per deductionem ad impossibile. Caput. 27.*

A Probatio autem imperfectorum syllo- Quo pa-  
gisorum per evidenter deductio- cto nat  
neum ad impossibile (quæ reductio per hæc pro-  
impossibile vocatur) tunc fit, cum ex sum-  
ptionibus syllogisini imperfecti, & con-  
f tradi-

tradicente conclusionis, colliguntur per syllogismum perfectum, & aliam quan-dam vnam, aut alteram euidentem con-sequentiam duæ contradicentes, aut cō-trariæ enunciationes. Cogit enim hæc probatio aduersarium nunquā negare conclusionem imperfecti syllogismi ad-missis sumptionibus, ac proinde nunquā inficiari necessitatem talis consequutio-nis, ne tantam absurditatem admittere cogatur. Exemplicausa dicat aliquis syl-logismum in Baralipton non necessariò concludere, ac proinde nullum sequi in-commodum, si detur in eo antecedens ve-rum, & consequens falsum. Me autem pe-tente, ut det ita esse annuat ille, dicatq;;

Omne animal est substantia,

& omnis homo est animal.

& tamen non aliqua substantia est homo,

seu (quod idem valet) nulla substantia est homo.

Tum ego ex datis ab homine colligā uno syllogismo perfecto, & duabus alijs eu-identibus consequutionibus duas contra-rias enunciationes hoc modo,

Nulla substantia est homo (vrais)

& omne animal est substantia (vt etiam dixisti)

Igitur nullum animal est homo.

Iam sic.

Nullum animal est homo,  
Igitur nullus homo est animal.

At

Omnis homo est animal (*vt dixeras*)  
Igitur nullus homo est animal, & omnis  
homo est animal: Quæ quidem sunt contrarie  
enunciationes.

Collegi ergo evidenter ex dictis illius  
duas contarias simul veras, ex quibus  
etiam evidenter colligi possunt due cō-  
tradictoriæ. Hæc collectio, *vt vides*, & si  
non directò ostendit pérparam illum ne-  
gasse conclusionem admissis sumptioni-  
bus, tamen ex hypothesi id probat, ex  
hoc nimirum communi principio, quod batio niti  
omnes disputantes tacite ponunt, id postur.  
sibile non esse ex quo impossibile aliquid  
consequi deprehenditur, *vt supra* <sup>a</sup> di  
Etum est.

Princi-  
piis cui  
hæc pro-  
batio niti  
imperfe-

*Cap. 22.*  
Omnes

Tria igitur hæc aduerte. Primum, hoc è syllo-  
probationis genere quemlibet imperfe-  
ctum syllogismum probari posse per a-  
liquem perfectum. Alterum, ex con-  
tradicente conclusionis cum altera sum-  
fij ptione possunt.

ptione imperfecti, extruendum esse antecedens perfecti: ex conclusione autem, perfecti, aut eius conuertente cum altera sumptione imperfecti, extruendum esse antecedens extremæ consequentia. Tertium, in probatione imperfectorum primæ, præterquam modi Celantes, contradicente conclusionis imperfecti faciendo esse maiorem perfecti, & maiorem imperfecti minorem: in probando autem modo Celantes, contradicente conclusionis imperfecti faciendam esse minorem perfecti, et minorem imperfecti maiorem. At verò in probandis modis secundæ figuræ, contradictorium conclusionis faciendum esse minorem relata eadem maiore: & in probandis modis tertiq; faciendum esse maiorem relata eadem minore.

**Dictiones** Quanquam verò his obseruatis per quarū ad ciliè sit intelligere, quo perfecto modo immonitu fa perfectus quisque confirmetur, tamen ut cilius sit multo etiam sit facilius, accipe hunc versum,  
di proba Phœbis er axis obit terras, æthramq;ne quoniam.

Cuius primæ duæ dictiones inseruiunt primæ figuræ: duæ sequentes, secundæ: duæ

ex-

extremæ, tertiae. In quibus hæ quatuor vocales, A, E, I, O, sunt obseruandæ, quia hæ designant cōclusiones quatuor modorum perfectorum, ac proinde quatuor perfectos modos, quibus imperfecti hoc probatio-  
nis genere cōfimandi sunt, A, significat Barbara; E, Celarét; I, Darij; O, Ferio. Nō est tamen habenda ratio vocaliū, à qui-  
bus diphthongi incipiunt. Prima igitur dictio significat, ex primis tribus imper-  
fectis modis primæ figuræ, primum probari per Celarent, secundum per Darij, ter-  
tium rursus per Celarét. Secunda vero, sig-  
nificant ex duobus sequentibus, Fapesmo scilicet, & Ferisesom, priorē probari per Barbara, posteriorem per Darij. Ex qui-  
bus intelliges quid cæteræ dictiones sig-  
nificant. Hæc de probatione imperfecto-  
rū syllogismorum per evidentem deduc-  
tionem ad impossibile, quæ mihi nō ad-  
modum proprie videtur dici reductio im-  
perfectorum ad perfectos, quoniā hæc ar-  
te ex sumptionibus imperfecti nō strui-  
tur perfectus eandē conclusionē colligēs,  
sed ex contradicente conclusionis cum  
altera sumptionum concludens contra-  
riam, aut contradicentem alterius.

Non ad-  
modum  
propriè  
dicitur  
hæc pro-  
batio re-  
ductio im-  
perfecto-  
rum nad  
perfectos.

*De probatione imperfectorum syllogis-  
morum per expositionem. Cap. 28.*

Dæbus modis sit probatio per expo-  
sitorium syllogis-  
mum.

A Probatio denique imperfectorum syl-  
logismorum per expositionem (qua  
Aristoteles confirmat necessitatem conclu-  
dendi syllogismorum tertiae figuræ) duo  
bus modis fieri potest. Vno quidem eui-  
denter cōcludendo ex sumptionibus syl-  
logismi imperfecti sumptiōes syllogismi  
expositorij, ex quibus cōclusio imperfecti  
colligatur. Quia enim quicquid sequitur  
principiū ex consequente sequitur ex antecedente,  
cui hæc conclusio, quæ ex sumptionibus syllogis-  
mi expositorij collecta fuerit, ex sumptio-  
nibus etiam imperfecti, ex quibus illæ  
efficiuntur, concludi comperietur. Exem-  
pli causa, quod hic syllogismus in Dara-  
pti necessariò concludat,

Omne animal est sensus capax,

Omne animal est corpus,

Igitur quoddam corpus est sensus capax.

hoc pacto confirmari potest expositorio  
syllogismo.

Omne animal est sensus capax,

& omne animal est corpus,

Igitur hoc animal est sensus capax,

& hoc animal est corpus,

Tum

Tum sic.

Hoc animal est sensus capax,

Hoc animal est corpus,

Igitur quoddam corpus est sensus capax,

Quare ex primo antecedente necessaria sequitur extremum cōsequens in Duplicati, ut dicimus, Eodem pacto probari potest necessitas colligendi in modo Fellowton.

**C**Alio modo fieri potest expositoria probatio, non colligendo quidā ex sumptiōnibus imperfecti syllogismi sumptiones expositoriū (sæpè enim colligi nō possunt; vt in ceteris quatuor modis tertiz figuræ, quia ex particulari propositione non colligitur singularis) sed sumiendo sub medio termino, aliquid singulare, ratione cuius vera sit particularis sumptio, & extenuando ex eiusmodi singulari medio, ac eisdem extremis similiter se habentibus secundum affirmationem, & negationem, syllogismum expositoriū, qui eandem colligat conclusionē. Verbi causa, si quis negauerit hunc syllogismum in Disamis necessariò concludere.

Alius modus probandi per expositionē.

f. iiiij. Quidam

Quidam homo est grammaticus,  
Omnis homo est animal,  
Igitur quoddam animal est grammaticum,

sic poterit necessitas consequutionis hoc probationis genere confirmari. Summo hominem aliquem singularem ratione cuius veredictum sic aliquem hominem esse grammaticum, ut potest Antonium. Tum conficio expositorum syllogismum hoc modo,

Antonius est grammaticus.  
Antonius est animal,  
Igitur quoddam animal est grammaticum.

Quia igitur quidam homo dicitur grammaticus ratione Antonij, efficitur, ut si ex eo quod Antonius est grammaticus, & est animal, colligitur quoddam animal esse grammaticum, eadem conclusio colligatur ex eo quod quidam homo est grammaticus, & omnis homo est animal. Hoc pacto probantur per expositionem reliqui quatuor modi tertiarum figurarum: quod facile est exemplis ostendere. De probatione igitur modorum tertiarum figurarum per expositionem, haec satis sint: Sed in surget

Obiectio.

quis

quis contra ea, quæ diximus, argumentabiturque hoc modo, *Hic syllogizimus,*

*Aliquis oculus necessarius est ad videndum.*

*Omnis oculus est pars capitinis,*

*Igitur aliqua pars capitinis necessaria est ad videndum.*

hic syllogismus, inquiet, est in Disamis,  
 & tamen non potest probari expositio-  
 ne, igitur non recte dictum, est, omnes syl-  
 logismos tertiae figuræ hoc probationis  
 genere posse probari. Confirmabit autem  
 posteriorem propositionem, hac ratione:  
 Quia sub medio termino huius syllogis-  
 mi non potest colligi, aut accipi aliquid  
 singulare, ratione cuius maior propositio  
 sit vera: quandoquidem nec dexter ocu-  
 lis meus (exempli causa) necessarius mihi  
 est ad videndum, cum sinistro cernere  
 possim, nec sinister cum dextro possim  
 D aspicere. Dices tamen, maiorem proposi-  
 tionem propositi syllogismi duplice sen-  
 sum habere posse, disiunctiuū, & disiunctū.  
 Disiunctiuus est huiusmodi, *Hic oculus ne-*  
*cessarius est ad videndum, aut ille oculus ne-*  
*cessarius est ad videndum: quo quidem pacto*  
*propositio est falsa, quia utraq; pars disiū*

f v Qionis

Solutio.

Sensus di-  
 siū,  
 & disiū-  
 etus.

ctionis falsa est. Disiunctus sic habet, Hic oculus, aut hic necessarius est ad viden-  
dum : qui sensus haud dubie verus est,  
quandoquidem indifferenter, ac indeter-  
minatè alter oculus est ad videndum ne-  
cessarius. Si ergo maior propositio disiū-  
ctuum habet sensum, ut à recentioribus  
Dialecticis ex forma sua habere iudica-  
tur, syllogismus est in Disamis, sed ipsa  
est falsa, quo sit ut non liceat sub subiecto  
eius colligere, aut sumere aliquid singu-  
lare, cui conueniat prædicatum. Si verò  
ei cōcedamus sensum disiunctum, ut po-  
pulari sermone habere videtur, erit illa  
quidem vera, sed non efficiet syllogismū.  
Particularis enim propositio, quæ ad syl-  
logismum ab Arist. traditum assūmitur,  
imo quæ propriè, ac simpliciter particu-  
laris dicitur, disiunctuum sensum habere  
debet. De sensu autem disiunctuo, & di-  
siuncto ad finem harum institutionum a  
non nihil amplius dicemus.

*Quem sen-  
sum habe-  
re debeat  
particula-  
ris prope-  
titio in syl-  
logis.*

<sup>a</sup>  
Li. 8. c. 29.

*De modalibus syllogismis. Cap. 29.*

**D**ixi hactenus de materia, & forma A  
absolutorum syllogismorum, nunc  
quæ sit materia, & forma modaliū quam  
potero

potero breuissimè docebo. Materia cu- Materia  
propin-  
iusque (quemadmodum de absolutis di- ximus) duplex est: propinqua, & remota. quamoda  
Propinqua sunt duæ propositiones mo- rium syll.  
dales, aut altera modalis, altera absoluta,  
ut cernere licet in his syllogismis,

Necessitatem est omne animal esse substantiam,  
Necessitatem est omnem hominem esse animal,  
Igitur necessitatem est omnem hominem esse substantiam.

Necessitatem est omnem virtutem esse qualitatem,  
Omnis iustitia est virtus,  
Igitur necessitatem est omnem iustitiam esse qualitatem.

Possuntq; ad structuram modaliū syl- Materia  
remota  
modaliū  
syllog.  
logismorum, non solum modales propo-  
sitiones cū absolutis, sed etiā modales cū  
modalibus multifariā permisceri. Remo-  
ta verò materia sunt tres termini: in qui-  
bus quidēm nō numeratur modus. Itaq;  
ut modus in conuersione modalium non  
numeratur inter prædicata, & subiecta,  
sic in syllogismis modalibus non nu-  
meratur in terminis. Denique forma  
modalium syllogismorum ex figura e-  
tiam, & modo constat, quemadmodum  
&

Modi non & absolutorum. Estq; in utroque genere  
in dem sunt triplex figura. At verò modi concludédi  
in omni- non iude: in sunt in omnibus. Quanquam B  
bus syllo- enim syllogismi, quorum utraq; sumptio  
gismis mo est ex necessario, eisdem illis modis colli-  
dalibus ar- gant cōclusiones ex necessario, quibus ab-  
que in ab- soluti colligunt absolutas (id quod nullo  
solutis. negocio experiēris) in reliquo tamen tā-  
ta est varietas, ut merito à nobis hoc loco  
sint prætermittendi.

*De syllogismis ex obliquis Cap. 30.*

**S**E D antequam syllogismi simplicis A  
facultates, seu potestates ab Aristote-  
le traditas refiero, breuiter de syllogismis,  
qui ex terminis obliquis constant, quia  
non nihil exhibent negotijs, dicendum ar-  
bitror. Quatuor itaq; documenta video  
fere obseruari in examine huiusmodi syl-  
logismorum.

Primum est. In modis affirmatiuè B  
concludentibus, si altera tantùm sum-  
ptio fuerit ex obliquo, aptè efficietur cō-  
clusio ex obliquo, modò hæc duo obser-  
ves: alterū, ut extremū obliquum in an-  
tecedente, sit obliquum in consequēte:  
alterum, ut cùm medium fuerit obliquū  
in

in una sumptione, extremum alterius  
sumptionis sit obliquum in conclusione.  
Exempla.

Omnis potestas est à Deo,  
Regnum est potest,  
Igitur regnum est à Deo.

Omnis virtus est honestas.  
In omni probo est virtus,  
Igitur in omni probo est honestas.

Contrariorem eadem est scientia,  
Sanitas, & morbus sunt contraria,  
Igitur sanitatis, & morbi eadem est scientia.

Omnis vitium est malum,  
Quædam appetitio est vitij.  
Igitur quædam appetitio est mali.

C Secundum. In modis negatiuè concludentibus, si affirmativa tantum fuerit ex obliquo, nulla conclusio efficietur, siue ex rectis, siue ex obliquo. Si vero sola negativa ex obliquo fuerit, efficietur conclusio ex obliquo, obseruatis duabus animaduersionibus superioris documenti. Verbi causa, ratiocinationes in hac oratione comprehensæ nihil colligunt.

Nul-

Nullus sol est animal,  
 Omnis equus est a sole,  
 Igitur nullus equus est animal, vel, ab animali.

Hæ verò rectè concludunt,

Nullum vitium est in Deo,  
 Omnis acceptio personarum est vitium,  
 Igitur nulla personarum acceptio est in Deo.

Omnis pars est tranquilla libertas,  
 Impio non est tranquilla libertas,  
 Igitur impio non est pax.

Nulli mortali est impune peccare,  
 Omnis rex est mortalis,  
 Igitur nulli regi est impune peccare.

Omnis pietas est virtus,  
 Nulla reprehensio est virtutis,  
 Igitur nulla reprehensio est pieratis.

Tertium. In modis affirmatiuè con-  
 cludentibus, si ambæ sumptiones fuerint  
 ex medio obliquo, aut utraque ex obli-  
 quo extremo nulla conclusio efficietur,  
 siue ex rectis, siue ex obliquo. Hæ squide  
 sunt ineptæ ratiocinationes,

Cuiq;

Cuique homini inest intellectus,  
Cuique homini inest sensus,  
Igitur sensus est intellectus.

Cuiusque regis est distribuere magistratus,  
Parasitus est regis,  
Igitur parasiti est distribuere magistratus.

Omnis locutio est à lingua,  
Omnis locutio est à gutture,  
Igitur guttur est lingua,

Vel

Igitur guttur est à lingua.

**E** Quattum. In modis negatiuè conclu-  
dentibus, si ambæ fuerint ex medio obli-  
quo, aut utraque ex obliquo extremo, ef-  
ficietur conclusio ex rectis: ut si dicas,

Nulla fides regni socijs,  
Confabulatio est regni socijs,  
Igitur confabulatio non est fides.

Nullius iustitiae est conténere mortis pericula,  
Cuiusdam virtutis est conténere mortis peric.  
Igitur quædam virtus non est iustitia.

**F** Hæc ferè videntur obseruari partim <sup>a. prio. 37.</sup> ab Aristotele dicta, a partim à posteriori <sup>Documentum</sup> adiecta. Securius tamen putauerim, <sup>tum</sup>

præ-

b  
Ibidem. præceptum illud Aristotelis, b quo iubet  
in resolutione, atq; examine huiusmodi  
syllogismorum reuocare propositiones  
ex obliquis ad propositiones ex rectis, nō  
mutato sensu propositionum. Hoc enim  
si fiat facile iudicare quisq; poterit, num  
syllogismus ex obliquis aptè concludat,  
an non. Nam si propositiones ex rectis  
habentes eundem sensum, effacerint cō-  
clusionem quæ idem significet, atq; illa,  
quæ syllogismo ex obliquis colligebatur,  
aptè concludere dicendus erit syllogis-  
mus ex obliquis sin minus, vitiosa erit  
ratiocinatio.

Hoc igitur vt fiat aliquando loco casus  
obliqui ponendus est rectus eiusdem no-  
minis mutata aliquāculum reliqua orati-  
one: vt si sensum illius propositionis, Cō-  
trariorum eadem est scientia, hoc modo  
exprimas, Cōtraria sunt res, quarum ea-  
dem est scientia vel hoc modo, Contraria  
cadunt sub eandem scientiam. Aliquan-  
do vero ex sensu enunciationis elicēdus  
est rectus alterius nominis, cui adiunga-  
tur idem obliquus aut alius, qui eundem  
sensum efficiat vt: si id quod dicitum est,  
Omnis potestas est à Deo, dicas hoc mo-  
do,

do, Omnis potestas est donū a Deo vel,  
donum Dei. His ergo, & allijs modis re-  
uocare poteris propositiones ex obliquis  
ad propositiones ex rectis, vt intelligas  
sit ne apta, an vitiosa consequutio cuius-  
que propositi syllogismi ex obliquis.

*De quibusdam syllogismorum facul-  
tatisbus. Caput. 31.*

A **S**Ex facultates, seu potestates syllogis-  
morum simpliciū tradit Aristoteles. a

2. Lib pri,  
a cap. 1.  
usque ad  
17.

Prima est, Plura cōcladendi. Qui enim  
infert subalternantem, potest etiam in-  
ferre subalternatam: & qui colligit con-  
uersam, potest colligere conuertentem.  
Amplius extenditur hæc potestas ab Ari-  
stotele, sed hæc dixisse satis sit hoc loco

B Secunda potestas est, Vera ex falsis col-  
ligendi. Nam eadem ratiocinationis for-  
ma, qua ex veris verum colligimus, pō-  
sumus ex falsis verum itidem conclu-  
dere: id quod ex supra dictis o facile in-  
telliges.

b  
Cap. 5.

Tertia est, Circulariter, seu in orbem  
ratiocinandi. Quod tum sit, cùm ex eā-  
deni conclusione, & conuertente alteri-  
us sumptionis, altera sumptio colligitur.

g Verbi

98 INST. DIALECT.

Verbi causa, si dicas,

- Omne quod est risus capax, est fletus capax;
- Omnis homo est risus capax,
- Igitur omnis homo est fletus capax.

ex conclusione quidem cum conuerten-  
te maioris colliges minorem, ex eadem  
vero conclusione cum conuertente mino-  
ris colliges maiorem. Dices enim

- Omnis homo est fletus capax,
- Omne fletus capax est risus capax,
- Igitur omnis homo est risus capax.

Et rursus.

- Omnis homo est fletus capax,
- Omne risus capax est homo,
- Igitur omne risus capax est fletus capax.

Conuer-  
sio latè ac-  
cepta.

Hic conuersio latè accipitur, ut scilicet  
complectitur reciprocationem simplicè  
ex vi materiæ, quæ quidem sit inter ter-  
minos conuertibiles, hoc est, quide se in-  
uicem vniuersali affirmatione dicuntur,  
quales sunt iij ex quibus nunc propositi  
syllogismi confessi sunt. Vnde fit ut per-  
fecta circulatio, hoc est, quâ vtraq; sum-  
ptio concluditur in Barbara duntaxat  
fieri possit.

Quar-

**D** Quarta est, Conuersiūe ratiocinandi.

Quod tūc potissimum fieri docet Aristoteles b, cūm ex contradictorio conclusio-  
nis, cūm altera sumptionum, colligitur &cæc.  
cōtradictorium alterius sumptionis. Hoc  
modo diximus supra e, probari posse om-  
nes imperfectos syllogismos. cap. 27.

**E** Quinta est, Ratiocinādi per impossibi-

le. Quod quo pacto fiat superius dixi-  
mus, cūm de syllogismo ducente ad im-  
possibile dissenserimus. Differt autem hæc & 27.  
potestas à superiori, quod illa requirit cō-  
fectum prius syllogismum, ut sumat cō-  
tradictorium conclusionis cū altera sum-  
ptionum, hæc solūm ponit negatam esse  
aliquam veram propositionem, eius cō-  
tradicentem eum aliqua perspicuè vera  
propositione accipit.

**F** Sexta est, Ratiocinandi ex oppositis.

Quod tunc sit, cūm ex duabus contrarijs,  
aut contradictorijs, concludimus enun-  
ciationem in qua idem de se ipso nege-  
tur, ut si dicas,

Omnis homo est animal,  
Et nullus homo est animal,  
Igitur nullus homo est homo.

g ij Nūlē

**N**ullus lapis est sensus particeps,

**Q**uidam lapis est sensus particeps,

**I**gitur quidam lapis non est lapis.

**E**st autem hoc ratiocinandi genus accommodatissimum ad reuincendos eos, qui per proteruiam oppositas propositiones admittunt, Hæc de syllogismis simplicibus, seu categoricis videntur satis, nunc de coniunctis aliquid dicamus.

*De syllogismis coniunctis, siue hypotheticis. Caput. 32.*

**H**æc ex

**C**icero. in  
top. & Bo-

**e**t. in libr.  
de syllog.

**h**ypot. &  
libr. 1. in

**T**op. Cic.

& D. Th.

**o**pusc. 48.

**c**ap. 15. &

**s**equenti-

**b**us, & A

**u**er. 1. pri.

**a**d cap. 32.

**S**yllogismus coniunctus, seu hypotheticus, esse definitur, qui ex una principali propositione coniuncta, & altera quadam siue coniuncta, siue simplici minori principali conclusionem colligit: ut, A

**S**i Socrates est vir tute prædictus, est laude dignus,

**S**i autem est iustus, est vir tute prædictus,

**I**gitur si est iustus, est laude dignus.

**S**i sol lucet, dies est,

**S**ol autem lucet,

**D**ies igitur est.

**S**i sol lucet, dies est,

**N**on est autem dies,

**I**gitur sol non lucet.

Principalis propositio dicetur apud Boetium & maior, & propositio, & sumptum: minus principalis, tum minor tū assumptio. Quanquam vero minor, & conclusio, tum categoricæ, tum hypotheticæ esse possint, nos tamen in præsentia de ipsis tacitum hypotheticis syllogismis disseremus, qui ex minore, ac conclusione categoricis conficiuntur. Sunt enim simpliciores. Quia de causa illos etiam omittemus, in quibus maior propositio constat pluribus, quam duabus categoricis.

Maior p.  
positio.

Minor.

D. quibus  
syllog. hy  
pot. agen  
dum.

**B** Triplex est igitur syllogismus coniunctus: conditionalis, copulativus, & disiunctivus: ratione videlicet maioris propositionis, que triplex esse potest, conditionales, copulativa, & disiunctiva, de quibus supradictum est,

Triplex  
syllog. hy  
pothe. eu  
coniunctus

**C** Conditionalium duplex figura esse dicitur. Prior est, cum ponitur antecedens propositionis, ut ponatur consequens. Posterior, cum tollitur consequens, ut tollatur antecedens. Vtriusque sunt paulo ante allata exempla. Modis singularum sunt quatuor. Aut enim tam antecedens, quam consequens affirmat, ut,

a. Li. 3. c.  
14. &cext.  
Conditionali syllo.  
lo. duplex  
figura.

g. iii. Si

In singu.  
lis figuris  
sunt qua.  
tuor mo.  
di.

102 INST. DIALECT

Si sol lucet, dies est,

At sol lucet,

Ergo dies est.

**Aut** utrumq; negat, ve,

Si sol non lucet, non est dies,

At sol non lucet,

Igitur non est dies.

**Aut** antecedēs affīmat, cōsequēs negat, vt,

Si sol lucet, non est nox,

At sol lucet,

Ergo non est nox,

**Aut** antecedens negat, & consequēs affīmat, vt,

Si sol non lucet, nox est,

At sol non lucet,

Nox igitur est.

**Atque** hi sunt primæ figuræ. Secundæ autem sunt huiusmodi.

Si sol lucet, dies est,

Non est autem dies.

Igitur sol non lucet.

Si sol non lucet, non est dies.

At est dies,

Ergo sol lucet,

Si sol lucet, non est nox,

At est nox,

Igitur sol non lucet.

Si sol non lucet, nox est,

Non est autem nox,

Igitur sol lucet.

De conditionalibus negatiis, in quibus  
nimis conditionalis particula nega-  
tur, nihil in presentia dicemus, quia ferè  
non sunt in usu.

**D** Copulatiui autem affirmatiui, hoc est, Copulatiui  
in quibus copulatiua coniunctio non ne-  
gatur, nulli sunt. Si enim ita dicas, Socrate  
s est philosophus, & est bonus vir, igitur  
est philosophus, vel, igitur est bonus vir,  
non feceris syllogismos, sed enthymema-  
ta quadam conditionalium syllogismo- Aduerte,  
rum, in quibus videntur deesse haec maiori-  
res propositiones, Si Socrates est philoso-  
phus, & est bonus vir, est philosophus; Si  
Socrates est philosophus & est bonus vir,  
est bonus vir.

**E** In negatiis autem una tantum figura gancium  
esse videtur, in qua nimis altera pars <sup>vna</sup> est fi-  
propositionis ponitur, ut altera tollatur. <sup>figura mo-</sup>  
**Exemplum.** <sup>di verbi</sup>

Non & dies est, & nox est.

Est autem dies,

Nox igitur non est.

Vel,

Est autem nox,

Non est igitur dies,

mobi

g iiiij Nata

Vna subla <sup>et</sup> Nam qui alteram tollit, ut alteram pos-  
ta oar e, nat non recte concludit, ut si dicas.

nō statim Non & Socrates de ambulat, & sedet  
uon tur Non de ambulat autem:

altera. Igitur se sit,

**Vel.**

Non sedet autem,

Igitur de ambulat.

Potest enim cubare, Huius generistres  
sunt modi. Aut enim utraque pars propo-  
sitionis affirmat, ut in proposito exem-  
pli cernis, aut utraque negat, ut si dicas,

Non & Socrates non dormit, & non vigilit,

Non dormit autem,

Ergo vigilet.

**Vel.**

Non vigila autem,

Ergo dormit.

Aut altera pars affirmat, altera negat, ut  
si dicas,

Non & Socrates deambulat, & non mouetur,

De ambulat autem,

Ergo mouetur

**Vel.**

Non mouetur autem,

Ergo non deambulat.

**Idem**

Idem modus erit, si prior pars propositionis neget posterior affirmet, ut si diceres.

Non & Socrates non mouetur, & de ambulat,

Non mouetur autem,

Ergo non de ambulat:

Vel,

De ambulat autem,

Ergo mouetur.

In his omnibus, ut dixi posita una parte statim tollitur altera.

D. In disiunctiuis deniq; affirmatiuis, hoc est, in quibus disiunctiva particula non negatur (reliquum etenim genus, ut minus usurpatum omittimus) duplex est figura, si modò disiunctione sit ex repugnantiibus, quo pacto veteres de disiunctione locuti sunt. Prior ponit alteram partem, ut alteram tollat, posterior tollit alteram, ut alteram ponat. Modi singularum tres sunt, aut enim utraque pars propositionis affirmat, ut si dicas,

Disiuncti  
uora lyt-  
log. du-  
plex figu-  
ra apud  
veteres  
medi cu-  
iusq. tres

Aut dies est, aut nox est,

Est autem dies,

Ergo non est nox,

Est autem nox,

Vel

Ergo non est dies,

g v Aut

166. INST. DIALECT.

Aut utraque negat ut si dicas,

Aut dies non est, aut nox non est,

Non est autem dies,

Ergo nox est,

Vel,

Non est autem nox

Ergo dies.

Aut altera pars affirmat, altera negative,

Aut dies est, aut sol non lucet,

Dies autem est,

Ergo sol lucet, &cæt.

Atque hæc exempla ad priorem figuram  
pertinent, Posterioris hæc sunt,

Aut dies est, aut nox est,

Non est autem dies,

Ergo nox est,

Vel

Non est autem nox,

Ergo dies,

Aut dies non est, aut nox non est,

Est autem dies,

Ergo non est nox.

Vel,

Est autem nox,

Ergo non est dies.

& sic in cæteris. Cum autem disiunctio  
non est ex repugnantibus, ut, Aut Miloni

Insidias fecit Clodius, aut Clodio Milo,  
 sola posteria figura apta est. Nam si diñū  
 ētio ex duabus partibus ( de hac enim lo-  
 quimur ) est vera, altera autē pars est fal-  
 sa, dubium non est, quin altera sit vera:  
 alioqui tota propositio esset falsa. Non ta-  
 men si altera pars veræ disiunctionis vera  
 est, statim altera falsa erit, cū utraq. vera  
 esse possit, vt ex ijs, quæ suprà diximus, b  
 perspicuum est. Hæc de syllogismis hypo-  
 theticis satis esse evidenter. Reliqua enim  
 ferè, quæ in hac redici possunt, spinosa  
 admodum sunt, & parum frugifera: quorū  
 apud Boetiū latissimus patet campus.  
 Reliquum estigitur vt quoniam de syl-  
 logismo iam diximus, cætera tria argu-  
 mentationum genera persequamur.

## De Enthymemate. Cap. 33.

**E**nthymema dicitur apud Aristotelē  
 syllogismus imperfectus, non ea qui-  
 dem significatione, qua omnes, qui non  
 sunt per se noti, ac euidentes, dicuntur  
 imperfecti ( quo pacto de imperfectis syl-  
 logismis superioris loquuti sumus ) sed  
 quia in eo altera sumptio prætermitti-  
 tetur. Exempla.

Li. 3. c. 17.

In lib. de  
syllogis-  
mo hypo-  
th. & lib. 5.  
in Topicis  
Cic.

Cic.

2. p. 27.

D. Aug. li.

2. de li. ar-

bit ca. 9.

D. Tho. 12

q. 15. ar. 4.

Virtus est, qua nemo male uti potest;

Igitur virtus est simpliciter bona,

Item.

Id quod nemo male uti potest simpliciter bonum,  
Igitur virtus est simpliciter bona.

b In priori deest propositio, in posterio. B  
2. de differentiia assumptio. Vnde Boëtius b explicans

Top. quo pacto enthymema dicatur imperfectus sylogismus Enchymema, inquit, est oratio, in qua non omnibus antea propositionibus constitutis, infertur testimata conclusio. Quod vero Aristoteles c adiungit,

Loco citato. enthymema esse ex verisimilibus, aut signis, ita accipendum est, quasi frequentius ita accidat. Quia enim saepius oratores quam Dialetici, & philosophi enthymematis vtuntur, efficitur, ut ferè enthymemata ex verisimilibus, aut signis, que oratoribus sunt familiaria, concludantur. Quia vero omnis sententia, teste Cicerone, enthymema vocatur,

In Top. dicam quo pacto id intelligendum sit.

De sententia. Aristoteles secundo ad Theodecten libro ait, senten iam esse enunciationem de re aliqua vniuersali, quæ amplectenda sit, aut vitanda: atque hanc esse partem

Cap. 21. enthymemata.

enthymematis, nunc quidem integrantem, veluti si dicas, Non est hominibus fouenda ira immortalis: nunc verò subiecta, quæ verè est enthymema, ut si dicas, Non est mortalibus fouenda ira immortalis. Quod enim dicitur, Mortalibus obiter innuit antecedens, quasi dictum sit, Homines sunt mortales, non est igitur illis fouenda ira immortalis. Itaque sententiae, in quibus ratio obiter inseritur, sunt enthymemata: cæteræ, vel conclusiones, vel antecedentia tantum enthymematum dicendæ sunt. Sed ut Homerus propter excellentiam commune poetarum nomine effecit apud Græcos suum, sic, cùm omnis sententia (in qua ratio inseritur) enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ Cicero ex repugnantibus conficitur acutissima, sola hac propriè nomen commune possidet f: ut. Quem quis non accusat, dam nat? Verum si ratio vocabuli habeatur, non modo omnis sententia, sed etiam quæcumq; mentis conceptio enthymema, appellari potest. Dicitur enim enthymema, Quintiliano interprete g, commētum & cōmētatio: Boëlio verò h, animi cōceptio. Quo nomine videtur hoc argu-

men-

f  
ibi.g  
Li. 5. c. 10h  
Lib. 5. in

topic. CIC

Cic

argumēta

tionis ge-

nus dictū

sit enthe-

mema.

## 16 INST. DIALECT.

mentationis genus appellatū, ut ab exemplā  
plo, quod est alterum genus popularis ar-  
gumentationis, distingueretur. Exemplū  
enim ex re singulari sensui subiecta con-  
tendit aliquid efficere: enthymēma verò  
ex ratione cōmuni, quam animus apud  
se excogitat. Id quod Aristoteles docet.

i Inprobl. Per exempla, inquit, & fabulas fācilius  
sc̄ilicet, q̄d discitur. Sunt etenim quæ explorata ha-  
beantur, & particularia sint Enthyme-  
mata verò demonstrationes sunt ex vni-  
uersalibus, quæ minus quām particula-  
ria nouimus, &c. Quo minus mihi sit  
verisimile, propterea hanc argumēatio-  
nis formulā enthymēma fuisse nomina-  
tā, quod ἐπιθυμῶ, hoc est in animo ma-  
neat illa sumptio, quæ prātermittitur, ut  
quidam volunt.

## De inductione. Caput. 34.

**I**nductio est à singularibus ad vniuersā A  
lia progressio: a vt omne animal nutri-  
tur, & omnis plāta nutritur, igitur omne  
vniuers nutritur: item. Nec Crœso aurum,  
nec vires Achilli, nec Demostheni elo-  
quentia, nec Alexandro gloria fœlicita-  
tem asserre potuerunt, & sic res habet

in cæteris rebus caducis, nemo igitur est,  
qui in rebus cum tempore labentibus fœ-  
lix esse vñquam possit. Fit itaque indu-  
ctio tum affirmando, tum negando. Fit e-  
tiam non modò cùm ex singularibus ad  
vniuersalia progredimur, sed etiam cùm  
ex quocunque genere partium totum cō-  
cludimus ut sitotum corpus morbo labo-  
rare ex singulariū partium ægrotatione  
colligas. Verum quæ à singularibus ad  
vniuersalia progreditur, præcipua est in-  
ductio, modo nomine singularium non  
tantum intelligas ea, quæ verè singularia  
sunt, sed etiā quæ minus vniuersalia. Hoe  
inductionis genus ea de causa Socrati, vt  
primo autori tribuit Aristoteles. b quia  
Socrates primus quæsiuit, ac definiuit v-  
niuersalia, quæ quidem ex singularibus  
inductione colligebat. Quam autem vim  
habeat induc̄tio alio loco dicemus, certè  
populari sensu est valde accōmodata. c

In ea tamen diligenter curandum est, ne  
qua pars prætermittatur. Aut igitur om-  
nes numerandæ sunt, aut si tam multæ  
existant, vt vel numerari omnino, vel fa-  
cile, ac sine fastidio non possint, paucis  
quibusdam regensitis addeenda sunt hæc

Quæ sit  
præstanti  
er induc-  
tio,

b 1. met.  
6. & 13.  
meta. 4.

ver-

verba, Et ita in reliquis, aut similia.

Si vero huiusmodi verba addideris antecedensq; & consequens eisdem praecisis terminis constituerint, tum deum induc̄tio erit consequentia formalis: ut si quæ for dicas, Hic ignis vrit, & ille ignis vrit, & males. ita reliqui ignes, igitur omnis ignis vrit.

Hoc enim pacto antecedens & consequēs erunt duæ enunciations æquipollētes, ut patet ex supradictis, d à quarū altera ad Li. 3. ca 7. alteram est formalis cōsequentia, vt etiā ex dictis e perspicuum est: Sed, ut verum Hoc li. c. 3 fatear, huiusmodi inductiones non sunt Ca. 1. & 6. argumētationes, ut ex hoc eodem libro colliges. Earum tamen inter argumentationes mētionem fecimus, quia propter similitudinem, quam habent cum ijs inductionibus, quæ argumētationes sunt, & definiri simul, & argumentationes vocari consueuerunt.

### *De exemplo, Caput. 25.*

Exemplū **E**xemplum est oratio, in qua singula- A quid.

<sup>a</sup> 2. Rho. ad **E**re aliquid ex uno, aut per paucis similibus confirmari contenditur. Hoc vero duplex est. a Alterum rei gestæ auctoritate, alterum fictæ, & vt gestæ com-

me-

memorazione nititur. Posterioris rursus duo sunt genera. Alterum dicitur Parabolæ, id est, collatio: alterum, Apologus.

Exempla primi generis. Darius capta

**B** Ægypto statim in Græciam traiecit, ergo rex Persarum, nisi arceatur Ægypto in Græciam traijet: Florentini ciuili dissidio reiplublicæ administrationem amiserunt, itemq; Senenses, ac Pisani, ergo & Venetorum Respublica collabetur, si ciues cum ciuib[us] depugnauerint. Exemplum secundi generis. Non sibi cōsulerent

Exemplū  
rei gesti.

**C** vectores, qui gubernatores sorte deligerent, ergo non sibi consulet Respu. quæ sorte creauerit magistratus.

Parabolæ  
seu colla-  
tio.

**D** Tertij generis exemplum b Equus olim pascua solus obtinebat; in ualit eam possessione certuus, ut pasceret, depopulareturq; Incensus dolore equus, cogitabat incommodum suum vleisci: adit hominem, ut consulat: eum implorat ut secum

b  
Apud Ant.  
Ibidem.  
Apolo-  
gus, sec  
tabulæ.

A rationem aliquam ineat iniuriæ vindicæ. At homo inueni, inquit, illam. Patet addi frænum in ostibi, ego hasta desupta dorsum in scandam: ita incurremus, & conficiemus improbissimum animal. Approbauit consilium equus, infrenatus

b est

est, equitem recepit in sedē. Ita loco sup-  
plicij de coruo sumendi abactus est ipse  
in feruitatem. Ergo imerei vereor ne dū  
conamini vestras iniurias vlcisci, idem  
vobis eueniat. At frenum quidem iam  
inieciſtis vobis creato imperatore Pha-  
lāride. Quod si custodes etiā in salutis ad-  
hibendos ei censem̄tis, ac dorso recipitis,  
non video cur hoc non sit seruire Phala-  
ridi. Ac primum quidem genus, quoniam  
res praeteritas narrat, ex singularibus co-  
ficitur, itemque tertium, quia ex ijs strui-  
tur, quæ singuntur praeterisse: at secun-  
dum genus sāpē ex rebus vniuersalibus  
pri⁹ gen⁹rē pro-  
prie dicū-  
tur exempla  
liqua impropriæ.

*Comparantur inter se quatuor argu-  
mentationum genera. Cap. 36.*

**C**Vm igitur argumentationum qua-  
tuor sint genera, syllog. enthyyme-  
ma inductio, & exemplum: prima quidē  
duo ex totocō firmat partes, ut quod om-  
nis iustitia sit amplectenda, ex eo, quod  
omnis virtus est amplectenda. Tertium  
verò (hoc est, inductio) ē contrario ex-  
par-

partibus confirmat totum, ut, quod omnis iunctitia sit amplectenda, eo quod omnis virtus, qua æquabiliter res distribuuntur, omnisque ea, qua sine iniuria cuiusquam sunt rerum commutations, amplectendæ sunt. Quartum denique, quod est exemplum, ex parte confirmat partem, ut, quod Catilina à Cicerone interfici debeat, cum Gracchus à Scipione

**B** imperfectus sit. Atque prima duo genera plus virium habent, suntq; apud eos, qui res diligentius persequuntur, maioris ponderis: duo posteriora communis hominum sensu magis accommodantur. b Præterea ut enthymema est imperfectus syllogismus, & sic exēpli est inducō in perfectum. c Denique ut syllogismus, & inducō frequentius usurpantur à dialecticis, sic enthymema & exemplum ab oratoribus. Vnde fit ut enthymemata orationi syllogismi, exempla oratione inducōnes ab Aristotele dicantur. Nam et si Arist.

nomine enthymematum, quibus Oratores utūt, nō solum imperfectos, & multos syllogismos, sed etiam perfectos, siue integros intelligit, ut ex multis locis patet: tamen præcipue intelligit

h ij imper

Hec ex A  
rist. 2 pri-  
24. sc. 2.  
Rhet. ad  
Theo. 2. &  
Alex. H. 1.

A prior. 4.  
b  
1. top. 10.  
4. 2. 10.  
2. prior. 2.  
d

Non tan-  
deris: duo posse  
men codē  
modo, quā  
a exempli  
non collig-  
giscencia  
sionem in-  
ducōne  
sionis  
ut enthym-  
ema col-  
igit con-  
clusione  
syllogis.

c  
1. Rhet. ad  
Theo. 2.

f  
ib. dem. 36  
li. 2. ca. 28

imperfectos siue non integros, quia familiare sit Oratoribus, ut eas sumptiones,

quæ perspicuae sunt, prætermittant, ut ipse idem adiungit. <sup>g</sup> Vnde factum videtur,

ut enthymema oratorium definitum sit

apud illum, <sup>h</sup> Syllogismus imperfectus ex

verisimilibus, aut signis. Quanquam vetera tria posteriora genera ex primo, hoc

est, ex syllogismo vires accipiunt, ad ipsiusq; ut ad caput omnibus probationis redigantur, nostamen de huiusmodi reuocatione nihil hoc loco dicemus, quando-

quidem nec de syllogismi coiuncti ad simplicem reductione diximus, ne longior,

quam insticuimus, fieret hac tractatio.

Quoniam igitur iudicandi normas quibus argumentationum formæ prescribuntur, haec tenus pro ratione instituti nostri late persequuti sumus, reliquæ est, quod

ad hanc partem attinet, ut generalem inveniendorum argumentorum viam apre-

giamus.

*De generali via, & ratione medij, argumentiue inneniendi.*

*Caput. 37.*

Primùm igitur ponenda sunt ob occasio-

los predicamenta, in quibus differendi

principiis

prima elementa disposita sunt. Mox rem, quæ sunt in questione definitiones considerandæ. Tum proprietates, quæ naturas earundem indissolubili societate commitantur, annotandæ. Denique, ut paucis multa complectar, consequentia, & antecedentia, eius modi rerum, & ea quæ illis repugnant spectanda.

**A** Consequentium nomine intelligimus hoc loco ea quæ de rebus quarum sunt consequen-

Hæc pene Ari. I. pri.  
ta.

**C** tia vniuersè affirmantur, siue necessariò, ut virtus de iustitia, siue probabiliter, vt diligere natos de parentibus. Antecedentium autem vocabulo intelligimus ea, de quibus vniuersè affirmantur res, quarum illa dicuntur antecedētia, siue id necessariò fiat, siue verisimiliter; cuiusmodi sunt iustitia respectu virtutis, & parentes respectu diligentium natos. Repugnantia

Con sequentia.  
Antecedētia.

**D** denique dicimus hoc loco, quæ de rebus, quarum respectu dicuntur repugnantia, affirmari, aut nullo modo, aut raro possunt, vt malum de iustitia, & odiſſe natos de parētibus. His positis, cùm quatuor sint genera questionum, quæ proponi possunt, vniuersè affirmantes,

Regula  
nati.

## 118 INST. DIALECT.

**Hec ex A-**  
**rist. I. pri-**  
**29 Vniuer-**  
**salis affir-**  
**matiua**  
**quo argu-**  
**mento co-**  
**firmari**  
**debeat.**

& in parte negantes, quatuor documen-  
 tis complecti possumus b generalem in-  
 ueniendi medijs argumentum rationem.

Primum documentum. Ut quæstio vni- **E**  
 uersalis affirmatiua confirmetur, quæren-  
 dum est aliquid, quod idē sit antecedens  
 prædicati, & consequens subiecti. Exem-  
 pli causa, si proposita sit quæstio. Omnis  
 ne iustitia sit laudanda, an non, cuius par-  
 tem affirmatiua velis probare accipe  
 virtutē, de qua vniuersè affirmatur Lau-  
 dandum, quæq; vniuersè affirmatur de  
 iustitia, & confirmabis institutum in Bar-  
 bara hoc modo,

Omnis virtus est laudanda,  
 Omnis iustitia est virtus,  
 Igitur omnis iustitia est laudanda.

**Particula-**  
**ris affir-**  
**matiua,**  
**quo.**

Secundum. Ut quæstio particularis af- **E**  
 firmatiua confirmetur, quærendum est  
 mediū, quod idē sit antecedens prædicati,  
 & subiecti, aut cōsequens prædicati, &  
 antecedens subiecti. Hac arte probabis,  
 quādā substantiā esse viuētē, vel sumpto  
 animali pro argumēto, ut propositū con-  
 cludas in tertia figura, veluti hoc modo,

Omne

Omne animal est viuens,

Omnis animal est substantia,

Ergo quædā substantia est viuens.

**V**el sumpto corpore pro medio, ut cōclu-  
das indirectè, in prima figura hoc modo,

Omne corpus est substantia,

Omne viuens est corpus,

Igitur quædam substantia est viuens.

**G** **T**ertium. Ut quæstio vniuersalis nega-  
tiua confirmetur, quærendum est medi-  
um, quod idem sit consequens subiecti,  
& repugnans prædicato, aut contraria, con-  
sequens prædicati, & repugnans subiecto.

Hoc documento probabis nullum homi-  
nem esse lapidem, vel sumpto animali  
pro argumento, ut concludas in Cela-  
gent, aut Cesare hoc modo,

Nullum animal est lapis:

Omnis homo est animal,

Igitur nullus homo est lapis.

Nullus lapis est animal,

Omnis homo est animal,

Igitur nullus homo est lapis.

**V**el sumpto sensus experte pro medio, ut  
concludas in Celantes, aut Camelites  
hoc modo,

Nullum sensus expers est homo,

Omnis lapis est sensus expers,

Igitur nullus homo est lapis.

Omnis lapis est sensus expers,  
Nullus homo est sensus expers,  
Igitur nullus homo est lapis.

Particula-  
ris negati-  
va quo ar-  
gu.conf.

**Quartum.** Ut quæstio particularis negativa confirmetur, quærendum est medium, quod idem sit antecedens subiecti, & repugnás prædicato. Hoc pacto probabis, quandam substantiam non esse viuentem, sumpto lapide pro argumento, cōcludendoque in prima figura hoc modo.

Nullus lapis est viuens,  
Quædam substantia est lapis,  
Igitur quædam substantia non est viuens.

**In secunda hoc modo,**

Nullum viuens est lapis.  
Quædam substantia est lapis,  
Igitur quædam substantia non est viuens.

**In tertia hoc modo,**

Nullus lapis est viuens,  
Omnis lapis est substantia,  
Igitur quædam substantia non est viuens.

Hæc de generali argumentorum inuenientiorum ratione videntur satis.

Insti-

126

# INSTITUTIONVM DIALECTICARVM.

LIBER VII.

*Divisio syllogismi simplicis in quatuor genera. Caput I.*

A  ED missis iam hoc lo-  
co tribus posteriori-  
bus argumentationū  
formis, itemque syl-  
logismo hypothetico:  
de Demōstratio, Di-  
ialectico, Pseudogra-  
pho, & Sophistico (in quos syllogismus  
simplex ab Aristot. dividitur) deinceps  
differamus. Nascuntur hæc quatuor ge-  
nera ex quadruplici materia syllogismi,  
de qua superiori libro b mentionem fe-  
cimus. Aut enim sumptiones sunt necel-  
fariæ, ut Omne totum est maius sua par-  
te, Omnis homo est rationis particeps;  
aut probabiles, ut Malè parta male dilat-  
buntur, Obsequium amicos, Veritas o-  
dium Parit; aut videntur necessariæ, sed

Top. I.

Cap. 9.

Quadruplex ma-  
teria syl-  
logismi  
simplicis.

h v non

non sunt, ut, Ex nihilo, nihil producitur,  
 Quorum circumscriptiones sunt æquales,  
 ipsa sunt æqualia: aut videntur probabi  
 les, nec sunt, ut, Quicquid non amisisti  
 habes, Non est relinquendum præsens bo  
 num pro futuro. Ex primis itaque fit syl  
 logismus demonstratiuus, siue Demon  
 stratio: ex secundis, syllogismus Dialecti  
 cus: ex tertiijs, Pseudographus, qui verā  
 mentitur Demonstrationem: ex quartis  
 Sophisticus, qui Dialecticum syllogismū  
 fallaciter imitatur. Ac domonstratiōnis  
 finis est efficere scientiam: syllogismi Dia  
 leictici, gignere opinionem: pseudogra  
 phi, errorem (hoc est falsam in modum  
 scientiæ existimationem) sophistici, de  
 ceptionem. Vnde fit, ut priora duo gene  
 ra explicanda sint, ut illis utamur: poste  
 riora, ut ea cum ipsis vitare, tū ab alijs pro  
 posita refellere possimus.

Duplex  
demonstra  
tio.

<sup>a</sup>  
¶. post. 10.

De demonstratione. Cap. 2.

**D**emonstratio igitur duplex est: a al  
 tera, qua ostenditur ita esse dūtaxat,  
 vt cōclusio enūciat, quæ propterea dicitur  
 demonstratio. **Quod** sit, vulgo demōstra  
 tio. **Quia:** altera qua ostenditur propter  
 quid

A

quid ita sit, quæ vocatur, Propter quid.

Demonstratio quod sit assumit pro argu-  
mento effectum, aut causam remotā. Et se-  
cūm quidem, ut si demonstres lunam de-

ficeret, eo quod, cùm plena sit, nullumq; in-  
ter nos, & ipsam sit obstaculum, nullam  
facit umbram. Causam verò remotam,

ut si demonstres lunam deficere, quia sol

B opponitur illi per Diametrum mudi. De-

demonstratio propter quid assumit pro me-

dio causam proximam, ut si illud ipsum

(lunam in quam deficere) ostendas quia

terra interposita est inter ipsam, & solem;

& hominem esse disciplinæ capacem,

quia eit rationis particeps. Hoc genus

demonstrationis, quod ab Aristotele c

tū φιλοσόφῳ (quasi dicas, Philosopho

rum propria ratio) cum etiam demon-

stratio simpliciter, ac absolute dicitur,

hoc modo eodem autore c definitur.

Demonstratio est syllogismus efficiens

scientiam. Scire autē simpliciter (ut pau-

cis, quæ ille f pluribus dicit, cōpletar) est

effectum necessariū per proximam cau-

sā ut causam cognoscere: quod in exem-

plis nunc adductis licet intueri. Ita distin-

D gutur Demonstratio propter quid non

Demōstra-  
tio quod  
sit sic  
quia.

b

2 post 2.

Demōstra-  
tio pro-  
pter quid.

c

8. Top. 4.

d

1 Poste 2.

e

Ibidem.

f

Ibidem.

Prior defi-  
nitio de-  
mōstratio  
propter  
quid.

solum à syllogismo sophistico, qui efficit deceptionem, à pseudographo, qui gignit errorem, à Dialectico qui opinionem, sed etiam a demonstratione quod sit, quæ id modo efficit, ut aliquid cognoscam usque

<sup>g</sup> Ibidem effectum, aut causam remotam, ut dictum posterior est. Definitur etiam hoc modo. <sup>g</sup> Demon.

<sup>E</sup> definitio, stratio est ratiocinatio, quæ constat ex omnino veris, necessarijs, ex primis, seu immediatis, ex prioribus, ac notioribus natura, & continentibus causa in conclusionis. Ex necessarijs quidem, quia & si id, quod necessarium est, ex non necessarijs colligi potest, percipi tamen, ac cognosci,

<sup>h</sup> i. post. 6 nisi ex necessarijs, non potest. <sup>b</sup> Ex imme diatis autem, hoc est, in demonstrabilibus, quia si sumptio aliqua fuerit demonstrabilis nec dum tamen demonstrata, non

<sup>i</sup> i. post. 2 erit utique concessa, i saltem firmissimo assensu, & planè evidenti, qualem requiriunt sumptiones demonstrationis. Si tamen sumptiones fuerint demonstrabiles, sed iam simpliciter demonstratae, erunt

— haud dubie aptæ ad demonstrationem propter quid. Quod Aristoteles alibi explicat, Demonstrationem esse cum ex veris ac primis syllogismus conficitur,

<sup>aut</sup>

**G**aut ex ijs, quæ per prima, & vera suæ cognitionis principium acceperunt. Ex prioribus verò, & notioribus naturâ, quia ex causis. <sup>m</sup> Causæ siquidem priores sunt, ac notiores naturâ, quam effecta: quâquam nostra cognitione, quæ ab externis rerum accidentibus ad intimas rerum naturas proficiuntur, priora, & notiora sunt effecta, quam causæ. Denique ex continentibus causam conclusionis, quia sci re simpliciter, ut dictum est, est per causam cognoscere.

<sup>m</sup> i. post. 2

### De principijs, & Conclusione demonstrationis Caput 3.

**A**Ex dictis patet, sumptiones dēmōstrātionis, quæ principia demonstratio-  
nis dicuntur, aut indemonstrabiles esse  
debere, aut iam demōstratas: quæ autem  
sunt indemonstrabiles, per se notas esse  
oportere, aliòqui essent ignotæ. Hinc fit  
ut duo sint prænoscenda de principijs de-  
monstrationis, ut docet Aristot. a alterū  
quid extrema illorum significet, alterū  
quod ipsa principia sint, hoc est, quod ve-  
**B**ra sint. Propositiones per se notas dicun-  
tur ab Aristotele b pronugciata necessaria. <sup>a</sup> z. post. 4

<sup>D</sup>uplex  
prænotio  
principi-  
orum de-  
monstra-  
tionis.<sup>P</sup>roposi-  
tiones per  
se notas.<sup>b</sup> i. post. 3  
ria & 2.

ria adeò perspicue veritatis, ut si termina  
 torum modò significationem teneas, sta  
 tim illis assenti-ris: & alibi, c Quæ nō per  
 x. top. 1. Principia alia sed per se ipsa fidem habent. Harum  
 cōmūnia: quædam dicuntur principia cōmenia,  
 d vel omnibus scientijs, vt impossibile est  
 x post. 8. quicquam simul esse, & non esse, vel qui-  
 Principia busdam, vt, Si ab æqualibus æqualia de-  
 propria. mas, quæ remanent sunt æqualia; quæda  
 Dignita tes. Positū propriā vni scientiæ, d vt, Natura est p̄ma  
 tes. Cō- ones. Cō-  
 clusio. de monstra-  
 tionis. gnitates, hæc positiones. Cōclusio autem D  
 x. post. 6. demonstrationis propter quid, & si debet  
 & 7. esse necessaria, & per se quemadmodum,  
 Enuncia & sumptiones, c nō debet tamen esse per  
 tio per se se nota. Hoc enim pacto esset indemon-  
 duobus strabilis, cùm tamen demonstrabilis esse  
 modis. debeat. Duobus autem modis dicitur e-  
 x. post. 4. nunciatio aliqua per se, f vel quia prædi-  
 catū est ratio definitiæ essentialis sub-  
 iecti, aut ad eam pertinet, vt Homo est  
 animal rationale, Homo est substantia  
 corporea: vel quia subiectum pertinet ad  
 rationem prædicati, vt Homo est disci-  
 plinæ capax, Animal rationale est disci-  
 plinæ

plinæ capax. Hæc de demonstratione, & principijs, ac conclusione demonstratiōnis sint lati: nunc de quæstione demonstranda, deque inuentione medijs, argumentiue ad eam ostendendam breuiter dicamus.

*De quæstione demonstranda, & partibus eius. Caput 4.*

Quæ sunt  
quaestiones  
que demo-  
strari pos-  
sunt.

- A **Q**uestiones, quæ demonstrari pos-  
sunt, tres sunt. **a** Prima est, An res  
sit: ut Sicut cœlum nouum? Altera qua-  
lis sic: ut, An cœlum octauum si rotun-  
dum? Tertia Propter quid talis sit: ut,  
Propter quid cœli omnes sint rotundi?  
Nam quæstio Quid res sit, quam Aristo-  
les secundam facit, sola definitione pro-  
**B**revia tractatur. Prima & secunda pos-  
sunt demonstrari demonstratione quod  
sit, ut, cœlum nouum esse, ex motu quæ  
in octavo efficere conspicitur: & octa-  
num esse rotundum, ex eo quod omnia  
altra quæ fixa appellantur, videntur æqua-  
lis magnitudinis in quounque meridia-  
no. Tertia verò non potest demonstrari,  
nisi demonstratione propter quid, Ut,  
omnes cœlos esse rotundos, quod possint  
hoc

Quæstio  
Quid res  
sit cur hic  
omittatur

Quæ de-  
monstra-  
tionis ge-  
nere, quæ  
que ostendit  
possit.

**Partes** hoc pacto in orbem moueri, motibusque  
duæ cuius inter se discrepantibus, & quibusdam pe-  
que que- nè cōtrarijs. Omnis autem quæstio duas  
stionis. C habet partes integrantes, Altera est sub-  
iectum, quòd & datum, & concessum i-  
cīrco appellatur, quia antequam fiat de-  
monstratio prænōisse debemus quòd sit  
**b** (vt ait Aristotēles) hoc est, quòd non sit  
1. post. 1. &c. 8. apertè res impossibilis. De rebus enim,  
quas plane compertum habemus, nō pos-  
se cohārere in rerū naturā, nemo aggre-  
**Passio-** ditur demonstrationem. Altera est predi-  
catum, quòd potissimum est proprietas  
aliqua subiecti, qua de causa tum passio-  
tum affectio vocatur. Dicitur etiam quæ-  
stionis, quòd queramus ob quam causam  
subiecto conueniat, aut num omnino cō-  
ueniat. Proinde non est necesse ut præ-  
noscamus passionem, seu affectionem ei-  
se, sed tantum quid vocabulum signifi-  
**c** cat: id quod commune est omnibus sim-  
pli- tatis. plicibus partibus demonstrationis.

*De inventione medijs, argumentivè de  
monstratiui. Cap. 5.*

**De inten-  
tione me-  
dijs demō-  
stratiui.**

**Q** Via igitur nulla quæstio demōstra A  
ri potest nisi prius queratur mediū  
ar-

argumentum ad demonstrationem co-  
ficiendam: argumenta vero, nisi certis  
notatis locis, inueniri, facile non possunt:  
dicendum est nunc, quid sit argumentum  
demonstratiuum; quotq; sive loci vnde Argumen-  
tum demonstratiuum  
huiusmodi argumenta erui queant. Ar-  
gumentū itaq; demonstratiuum est necessariū inveniē-  
tū ad faciendam fidem, hoc  
est, medium quod cūm prædicato, & sub-  
iecto questionis necessariam habet connec-  
tionem, eiusq; quod confirmandū pro-  
**B**ponitur, perfecta efficit persuasionē. Loci  
verò quos demonstrator perscribitur debet;  
vt huiusmodi argumenta inteniat, tres  
sunt: Primus est effectoru, qui quidē pu-  
blicus penè est, propriusq; eorum argumen-  
torum, ex quibus demonstratio quod sit  
conscitetur. Alter locus est causarum, pau-  
cioribus quidem perutus, sed ex quo ad  
utrumq; genus demonstrationis argumenta  
deponi possint. Nam ex causis remotis  
sit demonstratio quod sit, ex proximis,  
propter quid, vt dictum est. Sumet au-  
tem vniuersisque artifex ex hoc loco eas  
causas, quas in rebus quas tractat, repe-  
titi animaduerterit. Proinde Phylactus  
accipiet quevis causarum genera, quo-

Primus lo-  
cus.

Secundus

Vtius hu-  
ius loci  
periodus.

niam rebus naturalibus, de quibus disserit, omnes causæ cernuntur. Metaphysicus omittet causam materialem, quia res supernaturales, quas contemplatur, materialiæ sunt expertes. Moralis philosophus

7. Ehti. 8. potissimum vltetur fine, b quia bonitas, & peruersitas actionum humanarum, de quibus ipse agit, ex fine, quem sibi quisque proponit præcipue nascuntur. Sic cæteri artifices pro ratione rerum, quas pertractant causas diligere curabunt.

## Tertius.

locus, quo maximè vltuntur mathematici, est locus definitionis. Ex quo vtri que etiam generi demonstrationis argumēta suppeditātur. Nam cūm passiones, ordine prefluant ab essentia subiecto conueniunt, ordine quodam ab eius essentia profluant, vt grauitate, & dñe ostendunt Metaphysici (vt à natura intellectua primū intellectus, deinde voluntas: & à natura sensitiva, proxime sensus, deinde appetitus) efficiuntur, vt principia essentiæ subiecti, quæ definitione subiecti continentur, sint causæ proximæ primæ passionis, & hæc secundæ, & secunda tertiae: sique fieri posse ut per definitionem subiecti ostendatur prima passio demonstratione propter quid, secundum da

da verò demonstratione quòd sit, pariq;  
ratione ut secunda demonstretur per pri-  
mam demonstrationem propter quid,  
tertia verò demonstratione quòd sit, &c.  
eodem ordine. Sed quoniam hi tres loci Hi loci cō-  
continentur inter locos Dialecticos de  
quibus paulo inferius agendum est, inde  
poterit quisque accipere, quæ hic fortasse  
desiderabit. Quanquam ea, quæ ad de-  
monstrationē pertinent, maiorismo-  
menti sunt, quam ut nouitij ex hoc libel-  
lo pleniorem intelligentiam debeat re-  
quirere.

## De syllogismo dialectico. Cap. 6.

**A** Dialecticus syllogismus est, qui ex pro-  
babiliis concluditur. Sunt autem gismus  
probabilia, quæ videntur omnibus, aut quid.  
plurimis, aut sapientibus, atque his, vel  
omnibus, vel plurimis, vel spectatissimis;  
modo non sint *προβαθόξεις*, id est, *præ-*  
*ter omnium openioneum*. Omnibus, ut,  
Parentes diligere natos suos: Obsequium <sup>a</sup> Ibidem.  
amicos conciliare. Plurimis, ut, Opes ma-  
gno studio esse conquirendas: Par parti  
referendum. Omnibus sapientibus, ut  
Præstatoria bona esse, quæ in animo sunt  
quam quæ in corpore, aut rebus externis:  
i ij Melius

Dialec-  
ticu-  
syllo-  
gis-  
musr. Top. 1.  
Probabi-  
lia.

1. Top. 8.

## 112 INST. DIALET.

Melius esse ratione duci, quam fortunā.  
 Plurimi autem, ut, Animos hominum esse  
 immortales. Felicitatem non esse in  
 voluptate positam. Spectatissimis, ut,  
 Mūdum corpore, quod dicit Plato: & om-  
 nibus ita continenter fluere, ac labi, ut ait He-  
 roclitus. Quæ tamen ita probatur ijs qui  
 ceteris sapientissimi habentur, ut sint contra om-  
 nium opinionē, non numerantur in pro-  
 babilibus: quale est illud Parmenidis, &  
 Melissi, Omnia esse unum: & illud Zenon-  
 sis, Nil moueri posse. Probabilia pōrro  
 aut sunt per se probabilia, aut per alia. B

d Per se probabilia dicuntur, quæ non egēt  
 confirmatione, sed simul atque proponū-  
 tur approbari solent, ut Melissi regi rem-  
 publicam à viris probis, quam ab impro-  
 bis: Per alia approbantur, ut, Melius gu-  
 bernari Républicam uno principe, quam  
 iudicio multitudinis. Cum ergo audis,  
 Dialecticum syllogismum esse eum, qui  
 ex probabilibus cōcluditar: intellige ver-  
 ba, Ex probabilibus in numero etiam si-  
C gulari, quasi dictum sit, Ex utraque sum-  
 ptione probabili, aut ex altera saltem.  
 Potest enim altera esse necessaria, & al-  
 tera probabilis, ut si dicas, Qui vitia re-  
 pre-

prehendunt, odium sibi cōflant, qui autem fūta, & homicidia insectantur, vitia reprehendunt, igitur qui fūta, & homicidia insectantur odium sibi cōflant. Hic maior propositio est probabilis, sed minor, necessaria. Quin etiam in hoc syllagis nomorum genere vtraq; sumptio potest esse necessaria, si altera latem non sumatur ut necessaria, sed ut probabilis dūnta  
**D**xat. Animaduertendum eit autem, dialepticum syllogismum Epicherema etiā, quasi dicas Aggressionem, vocari ab Aristotele: eo quod ad disputationem cum altero in eūdam est maximè promptus, & idoneus. Pressius tamen hoc nomen à quibusdam usurpat, pro breui scilicet, & vehementi ratione probabili, quā p̄ficitim propositione comprehensa, ut si dicas, Num mater filium occidisset?

§. Top. 4.

*De propositione, ac quæstione dialetica. Caput 7.*

**A**Propositio igitur dialetica est interrogatio probabilis, hoc est, quæ aperte interrogat id quod videtur omnibus, aut plurimis, &c. Ut, Nōnne diligunt paren-

Propositiō, diale-

tica.

§. Top. 5.

tes natos suos? &c. Dicitur interrogatio, quia cum non sit necessaria, aut certe non videatur, cogitur is, qui disputationem cum altero transigit, petere ab eo, an veram propositionem existimet, ne, si ex non concessis argumentetur, frustra omnem ratiocinandi laborem suspiciat. Dicitur autem aperte interrogare id, quod videtur omnibus, aut plurimis, &c. quia unam duntaxat interrogationis notam

<sup>b</sup> exprimit, eamque solam contradictionis partem expresse proponit, quae probabilis habet, ut patet in tradito exemplo; quamquam tacite alteram etiam tum

<sup>a. Top. 3.</sup> rogandi notam, tum contradictionis parte implicite continet, <sup>c</sup> Verum enim vero, & si propositio dialectica querenti sit

<sup>2. Peri. 2.</sup> <sup>& 1 pri. 1.</sup> interrogatio totius contradictionis ratiocinantis tamen est sumptio eius partis, quae probabilis videtur, ut ait Aristoteles.

<sup>d</sup> <sup>Ibidem.</sup> Sic probare niteretur Epicurus, omnem voluptatem esse bonam. An non putas quicquid secundum naturam est, esse bonum? Nonne omnis voluptas est secundum naturam? Quae si alius ad misset, tum ille sic concluderet. Quicquid secundum naturam est id bonum est, omnis autem

autem voluptas secundum naturam est,  
igitur omnis voluptas bona est.

**B** Quæstio verò dialectica, problemæque dialecticæ, est theorema, de quo aut neutrām in partem sentiunt homines, aut contrà plerique ac sapientes, aut sapiētes contrà, ac plerique, aut utriq; ipsi secum discordant. Dicitur theorema, quasi cōsideratione dignum, quia cum non sit exploratum, sed ambiguum, duplī interrogatiōis nota vt utrāque ex parte expendatur, efferti solet, f hac nimirum formula, Vtrum fœlicitas posita sit in actiōne virtutis nec nec aut alia simili. Quanquam breuitatis causa sepe huiusmodi quæstionibus vna duntaxat interrogādi nota exprimitur, vt, Sit ne mundus infinitus: quod etiam in ijs, quæ vt demonstrentur proponuntur, fere fieri consuevit. Quæstio de qua neutrām in partem sentiunt homines, est huiusmodi, Sint nstellæ pares an non? Quæstio de qua cōtendant sapientes cum plerisque, est veluti si proponatur, Vtrum sol sit multis partibus maior toto terrarum orbe, an non? Quæstio de qua plerique inter se certant, huiusmodi esse potest, Sint nc

honores anteponendi opibus, an contraria?  
Quæstio, de qua dissident sapientes inter  
se, est velut hæc, Sint ne cœli ex eadem  
materia cōpositi, ex qua elementa con-  
stant, an ex aliis?

*Divisio[n]es quædam communes pro-  
positionib[us], & quæstionib[us dia-  
lecticis]. Cap. 8.*

**C**VM autem omnis interrogatio categorica roget, num prædicatum aliquod alicui conueniat subiecto: omne aut prædicatum sit definitio, aut proprium, aut genus, aut accidens eius subiecti cui conuenit, aut ad horum aliquid reuocetur, efficitur, ut omnis propositione, omnis questionis, & quæstio dialectica, aut sit definitionis, aut proprij, aut generis, aut accidentis, aut certe ad aliquod ex his quatuor generibus redigatur. **A**nimaduertendum est

a tamē, has siue propositiones, siue quæstiones, duobus modis rogare posse, sic ne aliquid definitio alicuius, aut proprium, aut genus, aut accidens. Altero, si aperte id quærant expreso nimirum nomine definitionis, aut proprij, aut generis, aut accidentis in hunc modum. **E**st ne animali-

Quatuor  
genera  
proposi-  
tionum, &  
quæstio-  
num.

a  
Top. 3.

ratiō.

rationale definitio hominis? Est ne proprium hominis esse discipline capax? Est ne animal genus hippocentauri, an non? Est ne intelligere accidens Deo an non? Altero, si non aperte id queratur, sed tam  
 men ex ipso querendi modo facile intel-  
 ligatur: ut si dicas. Est ne animus id ipsum  
 quod numerus se ipsum mouens? Solus  
 ne homo est memoria praedictus? Non  
 ne homo est quoddam animal? Non ne is,  
 qui excus est potuit respicere? Idem nam  
 que videtur esse querere, Num animus sit  
 id ipsum quod numerus se ipsum mouens? &cetera, atque expresse rogare,  
 Num animi definitio sit numerus se ip-  
 sum mouens? Num memoria praeditum  
 esse sit proprium hominis? Num animal  
 sit genus hominis? Num cæcum esse sit  
**C** accidens hominis? Quod si interrogatio[n]es  
 nec priori, nec posteriori modo rogentur sit  
 ne aliquid definitio alicuius, aut proprii,  
 aut genus, aut accidens, sed simpliciter  
 querant, num aliquid alicui conveniat, ut,  
 Num apes sint prudentes? Num croco-  
 dili plorare possint? Num zoophyta sint  
 animalia? Num angeli sint animalia ra-  
 tionalia? (quæ interrogations propter  
 i v ipsam

**Q**uestio ipsam simplicem quæredi formam, simplicis in herentia vocari solent ) si hoc, in heretia inquam, pacto proponantur, in propositionibus, & questionibus accidentis numerandæ erunt. <sup>b</sup> Non tamen qua ratione accidentis à cæteris tribus prædicatorum generibus distinguitur, sed qua funditur ad omnia, que quoquo modo alicui accidentunt, id est, conueniunt: quo pacto accidentis vocabulū sēpissimè accipitur. <sup>c</sup>

1. Top. 5.  
2. Top.  
2. & 4. To.  
pic. 1. &  
7. top. 3.

Ibidem, &  
alij locis  
complati  
bus,

accidunt, id est, conueniunt: quo pacto accidentis vocabulū sēpissimè accipitur. <sup>c</sup> Iraque accidentis interrogatio duo genera propositionum, & questionum complectitur: alterum accidentis propriè dicti, alterum accidentis fusissimè accepti, quod genus interrogationum latissime omnium patet.

Ad propositionem, questionemq; gene  
ris reuocat Aristoteles <sup>d</sup> in interrogationem  
differentia generalis de spicie minus la-  
tē patente, vt, Sit ne sensus capax diffe-  
rentia communis homini cum alia re? Nu-  
meretur ne homo in sensus capacibus?  
Eodem reuocanda est interrogatio spici-  
ei de in diuiduo, vt, Sitne homo species  
cōparatione Antichristi? Sit ne Samuel  
ille qui apparuit Saoli quidam ex hominib;  
an non? Eodem quoque reuocatur  
inte-

interrogatio analogi de quovis membro.

Sed de hac diuisione satis.

**E** Alia diuisione tribuuntur propositiones, quætionesq; dialeæticæ in tria genera: in morales, naturales, & logicas. e Morales sunt, vt, Sit ne parætibus potius patendum, quam legibus, si discrepent? Naturales, vt, Sint ne decem cœli, an non? Logicæ, vt, Num tres tâtum, an quatuor <sup>1. Top. 9.</sup> & 12. sint syllogismorum figuræ? Ad hæc tria genera, quæ materiam attingunt, pertinent, aut reuocantur, omnes tum propositiones dialeæticæ, tū etiam quæstiones. Sed quoniā de propositione, ac quæstione dialeætica iam diximus, sequitur, vt ad inuentionem argumentorum, que nobis propositionum copiam ad omnia quæstionum genera tractanda suppeditabunt, ingrediamur. Prius tamen quid sit argumentum dialeæticum, qui loci percurrenti sint Dialetico, ut facile reperiat argumenta, exponamus.

### De arguento dialeætico, & loco.

#### Caput. 9.

**A** Rgumentum dialeæticum est probabile inuentum ad faciendam fidem <sup>a</sup>, Cice. in hoc par.

Alia tria genera propositionum & quæstionum Dialeticæ.

e

hoc est, medium, quod cum prædicato,  
& subiecto quæstionis aut cum eorum al-  
tero probabiliter, hoc est, verius militer  
conneßetur, ut eius, quod confirmandum  
est, assensu in quendam non omnino ne-  
cessariū efficiat. Sic ego interpretor. Pro-  
babile inuentum ad faciendam fidem,  
accommodate scilicet ad Aristoteles do-  
ctrinam, quicquid Cicero cuius hæc ver-  
ba sunt, & alijs nonnulli his verbis intel-  
ligant. Etenim hac ratione differt argu-  
mentum dialepticum a demōstratiuo: cu-  
ius naturam in eo positam esse diximus,  
ut cum prædicato, & subiecto quæstionis  
necessaria connexione iungatur, ad per-  
fæctam propositi persuasione. Sed quia B

b id, quod est necessarium, potest iudicio

1. Post. 26. multorum esse probabile duntaxat bdu-  
Argumēta bium non est, quin argumenta omnia  
demonstratiua possint esse dialectica si  
tua pot cū altero saltē quæstionis termino  
sunt esse probabiliter tantum coniungi existen-  
Dialecti- tur. Ex quo sit, ut hac in parte non so- C  
ez.

lum tradenda sit methodus exquiren-  
di argumenta probabilia, sed etiam ne-  
cessaria, Quod planè Aristoteles se feci- .

Initio li se in topicis significauit. Nam cū locos  
bris et au omnes

Omnes dialecticostradidisset, statim sub-  
iicit, eum locorum campum commu-  
nem esse Dialectico, & nihilopho, hoc  
est probabiliter suadenti, & cogenti de-  
monstratione. Et cum de inventione me-  
di demonstrationis in libris de posteriori ad  
resolutione scripsit ad eam, quam tradi-  
derat in topicis de iocis dialecticis tra-  
ditionem, lectorum n. sit. Habet igitur,  
argumentum dialepticum (ut à demon-  
stratio distinguatur) esse probabile me-  
dium in iudicio eius, cui proponitur, & si re-  
ueris sepe numero sit necessarium, ac de-  
mōstratum. Non solum autem ipsum  
medium dicitur argumentum, sed etiam  
quilibet sumptio praesertim maior, ta-  
tūq; antecedens. Quā significatione sepe  
Dialectici argumēti nomine utuntur.

**D** Locus vero perspicua translatione def̄ loci  
nitut à Cicerone. Argumenti sedes. Ut quid.  
enim earum ( inquit ) rerum, quæ abs-  
conditæ sunt, demonstrato, & notato  
loco facilis est inventio: sic enim perue-  
stigare argumentū volumus; locos tiosse  
debemus. Sic enim appellatæ ab Aristote-  
le sunt hæ quasi sedes e quibus argumē-  
ta promuntur. Itaq; licet definire locum,

Argu-

2. Post. 14.

<sup>a</sup> Rhet. ad Argumenti sedem. Vocat etiam locum  
 Tho. cap. Aristoteles, Elementum. Idem, inquit,  
 vñmo. Legē Ale- elementum dico, & locum. Causa est,  
 xandr. in quia cūm simplex sit, multorum tamen est  
 prefatio origo, & initium argumentorum. Vnde  
 ne topic. mox locum definens, Elementum, inquit,  
 ex Theo- ac locus est, in quem multa incident en-  
 phrasto. thymemata. Et Boëtius, Locus est id  
 g. 1. de dit vñdè ad propositam questionem conve-  
 ter. top. nientis trahitur argumentum.

### De duobus locorum generibus.

#### Caput 10.

<sup>a</sup> Boet. 2. **P**OTER locus duplex dicitur: Maxima, &  
 de diff. & Differentia maximæ. Locus ma-  
 top. Locus xima, est propositio per se nota fidē alijs  
 Maxima. subministrans. Nomen propositionis per  
 b Cap. 3. se notæ latius hic, quam superius, acci-  
 pitur. Quæcunq; enim cognitis terminis  
 statim sine ylla confirmatione approba-  
 tur, per se nota hoc loco dicitur, siue ne-  
 cessaria sit, vt, Cui non conuenit definitio non conuenit definitum: siue probabi-  
 lis, vt, Quid maxima pars eorum: qui  
 e Boet. in in quauis arte versantur, dicunt, id verum  
 Top. Cic. est. Subministrare alijs fidem, est cōtinere  
 & 2. de dif in se vim probationis aliarum. Exempli  
 fer. 10. cau-

ea uia, propositio prior, quā nunc in' exē-  
 plum acculimus, dicitur subministrare  
 fidem huic, Sapiens non est inuidus,  
 quia continet totam eius probationem  
 ex definitione prædicari desumptam hoc  
 modo: Inuidus est, qui bonis affligitur a-  
 lienis, sapiens verò bonis alienis non affli-  
 gitur, sapiēs igitur inuidus non est. Quia  
 enim definitio inuidi non conuenit sapi-  
 enti, sicereo nec nomen conuenire con-  
 cluditur. Posterior verò dicitur submini-  
 strare fideī aſſenſionē m̄e huic proposi-  
 tionis, Prædicamenta sunt decem, quia cō-  
 tinet totam eius probationem ex autori-  
 tate desumptam hoc modo, Ferè omnes  
 philosophi dicūt, decem esse prædicamē-  
 ea, sunt igitur decem. Dicuntur autem  
 huiusmodi propositiones Maximæ, quia  
 quilibet continet plurimas, ut prior illa,  
 has omnes, Cui non conuenit definitio  
 inuidi, nec nomen conuenit: Cui non cō-  
 uenit definitio iusti, nec nomen, &c. et  
 Posterior verò has, Quod dicunt maxi-  
 ma pars Iurisperitorum esse iustum, aut  
 iniustum, id iustum, aut iniustum, est: Quod  
 ferè omnes Medici dicunt esse salubre,  
 id salubre eit, &c. Locus differentia

Maximæ  
cur hoc  
nomine  
dicantur

Boet.

Locus dif-  
ferentia  
maximæ.

maxi-

maximæ est receptaculum pluriū in maxima  
ximarum; ut locus definitionis, locus au-  
toritatis. Si quidem ex loco definitionis,  
qui primus est huius generis non soluit  
equum illam maximam, Cui non con-  
uenit definitio non conuenit definitio;  
sed etiam hanc, Cui conuenit definitio,  
conuenit definitum, & plures alias, ut in-  
ferius aperatum erit. Et ex loco autorita-  
tis, quem extremum numerabilibus  
Casequē. modo defumitur illa, Quod maxima pars  
eorum, qui in quavis arte versantur, di-  
cunt, id verum est, sed etiam haec In usu  
loquendi sequenda est vulgi consuetudo.  
Eodemq. modo ex singulis locis, quos in-  
ter hos recensebimus, plures maxima duc-  
untur, ut progradientiōis perspicuum  
Cur sit loquitur. Non dicuntur autem huiusmodi loci  
et dicuntur differentiæ maximarum, quod ipsas ma-  
ximas singulatim distinguat (quippe cū  
maxima vniusquisque multas complexu suo iugat,  
ut diximus) sed quod diuersis maximā-  
rum classib[us] diuersam tribuant appellatiōnem. Quæ enim maxime in loco  
definitionis induciuntur, dicuntur à defi-  
nitione: quæ in loco autoritatis, ab au-  
toritate: & sic ceteræ à suis quasi domi-  
bus;

bus alijs, atque alijs nominibus appellan  
**D** tur. Siquis autem hoc loco curiosius ex- de nacuta  
 quirat, quid nam sit hoc ipsum receptacu locoru ha  
 lum maximarum, & argumētorum, quid ius gene  
 uē hoc nomine translatitio significetur,  
 verbi causa, Num receptaculum definiti  
 onis sit ipsamet definitio, an( quod recte Non essō  
 dicitur) habitudo, seu respectus definitio  
 nis ad definitum, ex quo maximæ primi  
 loci vim habent, & sic in cæteris: id sanè hanc que  
 diligentius velle intelligere, inutile in hac stionem.  
 locorum tractatione crediderim. Hærent Locorum  
 enim in his quasi salebris adolescentium primus ad  
 ingenia, nec vtuntur dialectica libertate tor Arist.  
 in ea re, in qua maximè expedita esse de  
 bent. Dabitur tamē alijs accuratiūs hæc Ita Cicer  
**E** explicandi occasio. Ac priores quidem lo in præ fāc  
 cos Aristoteles primus inuenit, e luculē. & reliqu  
 tissimèque tradidit. f Posteriorum verò ōes. & ip  
 sic autor extitit: ut adiiciendi aliquid, mi se. 2. Elēc. 9  
 ntendi, ac mutandi locum posteris reli  
 querit. Quo factum est ut alij post eū Phi In li. To  
 losophi hac veluti aperta ianua, aptius. 1. Elenc. 9  
 certe & artificiosius( vt facile est, inuētis Quo pa  
 aliquid adiicere)g hoc locorum genustra  
**F** diderint. Cūm autem de prioribus loqui  
 mur, more Aristotelis dicere solemus, te locorū.

Locus à definitione, Locus ab autoritate, &c. quasi propositio à definitione, vel ab autoritate vim habens. At cùm de posterioribus sermo est, aptius loquéris hoc modo, Locus definitionis, Locus autoritatis, quām si dicas, Locus à definitione, Locus ab autoritate & sic in cæteris. Nam cum dicimus, Locus definitionis, significamus reperiri in eo definitionem, eodemq; modo in cæteris locis argumenta reliqua: quod non declarat, qui ita loquitur, Locus à definitione, Locus ab autoritate, &cæt.

### *De locorum numero.*

#### *Caput. II.*

**H**uiusmodi ergo locorum, qui priores A naturā, pauciores, & communiores meritò habentur, duo sunt genera. a Alij ro. ad The continent argumenta ἐντεχνα hoc est, odes. 2. artificiosa alijs ἐτεχνα id est artis exper Artificio sa, siue in- tia. Argumenta artificiosa sunt, quæ Dia lectici arte, & diligentia ex ipsa quæstio sita. b ne elicuntur (Cicero b insita vocat) ut est In part. definitio eius rei, quæ in quæstione prædi Artis ex catur, aut subiectitur. Artis verò expertia pertia, siue assumpcta. (quæ à Cicerone c dicuntur remota, & assūpta sunt)

pta sunt ea, quæ non eruuntur ex ipsa questione, sed extrinsecus assumuntur, ut autoritas sacrarum literarum, aut alicuius

<sup>ē</sup>  
ibidem, &  
in Top.

Loci omnes deo & viginti.

Argumentorum dia-  
uilio.

B probati Philosophi. Loci prioris generis sunt viginti, posterioris duo. Hoc enim colleges ex generibus argumentorum, quorū loci sunt receptacula, & sedes. Nam argumenta artificiosa, aut significat id ipsum; ex quo desumuntur: aut ea, quæ modo aliquo ad id affecta sunt, hoc est, quæ id certa aliqua ratione respiciunt. Quæ id ipsum significat, sunt definitiones, descriptiones, notatioes, seu vocabulorum interpretationes. Quæ autem ad id affecta sunt, aut sunt illi coniuncta, aut ab eo disiuncta. Coniuncta verò, aut sunt connexa, aut circumstantia. Connexa cum aliquo dico ea, quæ ita sunt ad id affecta, ut illud ex ipsis necessariò pendeat, aut ipsa ex illo: quo pacto se habent coniugata inter se (ut iustus, & iustitia) & patres cum toto, & totum cum partibus, & causæ cum effectis, & effecta cum causis, & antecedentia cum consequentibus, & cōsequentia cum antecedentibus. Circumstantium nomine intelligo ea, quæ ita cū recipiuntur sunt, ut nō necessariò cum

K ij ea

ea cohereant: quæ quidem sunt vel præ-currentia, vel comitantia, vel subsequen-tia. Disiuncta vero, aut sunt cōsentanea, ut similia, maiora, minoria, paria: aut dis-sentanea, ut dissimilia, opposita, & alio quo quis modo repugnantia. Artis deniq; expertia sunt autoritas diuinæ, & hu-mana. Ita patet duos, & viginti esse ha-iusmodi locos, Definitionis scilicet. Def-criptionis, Notationis, Coniugatorum, Partium, Totius, Causalium, Effectoru, Antecedentium, Consequentium, Præ-currentium, Comitantium, Subsequen-

**C**ur nol-lus sit ali-us designa-tiu, Similium, Maiorum, Minorum, Parium, Dissimilium, Oppositorum, Repugnantium, Autoritatis diuinæ, & C renum di fumanæ. Nullum porrò feci locū earum iūctarum. rerum, quæ ita disiunctæ sunt ab aliquo, vt nec consentaneæ illi sint, nec dissen-taneæ (quo pacto se habent paupertas ad superbiam, & diuitiæ ad literas) quia nulla certa ratione ad id affectatæ sunt, siue vt cognatæ, aut amicæ, siue vt inimicæ, atque aduersæ: quo sit, vt non sint a-aptæ ad aliquid probandum, siue con-cludere velis affirmatiuè, siue negatiuè.

**d** De differ. Si qui verò alij loci succurrerint facile ad Top. hos

hos reuocabuntur. Scio Boëtium d' tum  
 ex Themistio , tum ex Cicerone alium  
 numerum, & ordinem locorum fecisse,  
 & alios alias magis probare diuisiones;  
 sed mihi perfacilis, & per expedita visa  
 est hæc distinctio, & enumeratio, ac na-  
 turæ rerum satis accommodata. Maxi-  
 mæ verò, siue communia pronunciata,  
 quæ ad singulos locos huius generis per-  
 tinent, in explicatione singulorum tra-  
 dentur. Sed ut hæc melius teneas  
 memoriâ, subijciam argumen-  
 torum diuisionem, ex qua  
 numerum locorum  
 collegi.

( . )

K iii

|                |                         |                                                                              |   |                                                                                      |
|----------------|-------------------------|------------------------------------------------------------------------------|---|--------------------------------------------------------------------------------------|
| Argu-<br>mēta. | Artifi-<br>cialia.      | Quæ signi-<br>ficat id ipsū<br>ex quo de-<br>sumuntur.                       | { | Definitiones.<br>Descriptio-<br>nes.<br>Notationes.                                  |
|                |                         |                                                                              |   |                                                                                      |
|                | Artis<br>exper-<br>tia. | Artis<br>exper-<br>tia.                                                      | { | Coniugata.<br>Partes.<br>Tota.<br>Causæ.<br>Effecta.<br>Antecedētia.<br>Consequētia. |
|                |                         |                                                                              |   |                                                                                      |
|                | Artis<br>exper-<br>tia. | Quæ signi-<br>fican affecta modo a<br>liquo ad id<br>ex quo de-<br>sumuntur. | { | Præcurren-<br>tia.<br>Comitanciæ.<br>Subsequentia.                                   |
|                |                         |                                                                              |   |                                                                                      |
|                | Artis<br>exper-<br>tia. | Artis<br>exper-<br>tia.                                                      | { | Similia.<br>Maiora.<br>Minora.<br>Paria.                                             |
|                |                         |                                                                              |   |                                                                                      |
|                | Artis<br>exper-<br>tia. | Artis<br>exper-<br>tia.                                                      | { | Dissimilia.<br>Opposita.<br>Repugnantia.                                             |
|                |                         |                                                                              |   |                                                                                      |
|                | Artis<br>exper-<br>tia. | Artis<br>exper-<br>tia.                                                      | { | Autoritas<br>diuina.<br>Humana.                                                      |
|                |                         |                                                                              |   |                                                                                      |

Hinc breviorēm descriptionēm locorum  
colligere poteris hoc modo.

|                   |                    |                                         |                                                 |                                                                                                                                                           |
|-------------------|--------------------|-----------------------------------------|-------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Locus.            | Artifici-<br>osus. | Eorum que<br>illuminantur<br>sunt.      | Prīus rei ex<br>qua desumuntur Argumen-<br>tum. | Definitionis.<br>Descrip̄tionis.<br>Notationis.                                                                                                           |
|                   |                    |                                         |                                                 | Coniungatorum.<br>Partium.<br>Totius.<br>Causarum.<br>Effectorum.<br>Antecedentium.<br>Consequentium.<br>Pracurrentium.<br>Comitantium.<br>Subsequentium. |
|                   |                    |                                         |                                                 | Similiūm.<br>Maicrum.<br>Minorum.<br>Parium.<br>Dissimiliūm.<br>Oppositorum.<br>Repugnantium.                                                             |
| Artifex-<br>pers. |                    | Eorum que<br>ab ea distin-<br>cta sunt. |                                                 | Autoritas diuina.<br>Humana.                                                                                                                              |
|                   |                    |                                         |                                                 |                                                                                                                                                           |
|                   |                    |                                         |                                                 |                                                                                                                                                           |

## 153 INST. DIALECT.

*De locis communibus, ac proprijs: & de  
quibus agat Dialecticus. Cap. I.*

Communi-  
ques loci.

Proprij.

**V**eram ut intelligas quo pacto de his A locis agat Dialecticus, quanq; utilitatē te ex iplis percepturum sperare debas: aduerte diligēter, omnes locos, quos tradidimus, duobus modis spectari posse: ut communes, & ut proprios. Ut communes quidem tunc considerantur, cūm ratione ad omnes artes, & scientias accommodari possunt, intelliguntur. Ut proprij autem, cūm ad propriam, & peculiarem materiam alicuius artis trahuntur. Sed hoc, quod paulo obscurius dictum videtur, dicam planiūs. Loci communes, siue differentiae maximarum sunt, siue maximae ipsæ, tunc communes habētur, cūm ad nullum certum genus rerum astringūtur, sed hoc tantum sunt, quod hisce vocibus significatur, Locus definitionis, Locus descriptionis, Cui conuenit definitio, conuenit definitum, Cui non conuenit descriptio, nec id quod describitur, & ita in cæteris. Tunc verò habentur proprij, cūm ad certum aliquod genus adiguntur: ut si hoc modo efferantur, Locus definitionis

finitionis virtutis, Locus definitionis natu Propositi  
 rae, Locus descriptionis generis. Quicunq; ones tamē  
 habitus efficit bonum eum hominem, in quæ loci  
 quo eit, virtus eit, Quicquid est principi- proprij di  
 um motus, & quietis est natura. Quicquid cūtur Ma-  
 non prædicatur de pluribus specie diffe- rimæ vo-  
 rentibus in quæstione quid eit, non eit cari non  
 debent.  
**Genus, &cetera.** Atque ex communib[us] a  
 quidem locis, vt ait Aristoteles, & non ma-  
 ior opportunitas habetur ad syllogis- 1 Rhet. ad  
 mum, vel entyphema demoribus, quam The. 2.  
 ðenatura, aut alia vlla re, quæ sit aliarum  
 artium propria: at proprij peculiaresque  
 loci certis, & suis cuiusque Generis propo-  
 sitionibus cōtinentur. Exempli causa de  
 natura, propriæ quedam propositiones  
 habentur, ex quibus non potest entypheme  
 ma, aut syllogismus ullus desumi, de mo-  
 ribus: contrà verò aliæ pertinēt ad mores  
 ex quibus nihil possit de natura monstra-  
 ri. Similem rationem in reliquis discipli-  
 nis inuenies. Hæc Aristoteles. Sed quan- Loci com  
 quam communes loci ipsi per se in nullo minem pe  
 rerum genere faciant hominem peritum ritum faci  
 (vt ille latim subiicit) sunt tamen mul- unt in ali-  
 ta cura, & diligentia pernoscendi, quia quo gene- re rerum.  
 nemo proprios via, & ratione tenere

potest, qui non teneat antè communes.  
 Nam & si proprij materiam suppeditat,  
 cōmuniū nō trāctatio vsum proprietū  
 Quotū lo docet. Cūm igitur Dialectica sit ars disse  
 corum tra redi, hoc est, quæ communiter omnibus  
 & ratio ad artibus differendi modos exhibet, neces  
 Dialecticū attineat. se est, ut loci communes ad Dialecticam  
 pertineant. Ex propriis autem iij tantum

b ad hanc artem spectat, qui propriam Dia  
 Hoc est 2. lecticæ materiam continent: cuiusmodi  
 & 3. li. To sunt locus definitionis generis, descriptio  
 pic.

c onis proprij, notationis definitiōis, & alijs  
 Vt pote in huiusmodi rerum ad Dialecticam perti  
 reliquis nentium. Ac communes quidem explicat  
 lib ad finē Aristoteles cūm docet quo pacto tractan  
 vsque sep da sit quæstio simplicis in herentia b: pro  
 timi.

d Cap. 8. prios autem huius artis cūm methodum  
 tradit ad tractandas reliquas quæstiones  
 accidētis (proprie videlicet accepti) gene  
 ris, proprij, & definitionis c. Et nos igitur  
 Aristotelem sequentes, cōmunes primum  
 explicabimus: postea d, ut proprij huius  
 artis ex ijs, quæ dicta erunt, intelligan  
 tur, pauca quedam admonebimus. Pri  
 mò igitur de loco definitionis essentialis,  
 quam potissimum querere ad aliquid  
 probandum debemus, quæque simplici  
 ter

ter definitio appellatur, dicendum est.

*De loco definitionis.*

*Caput. 13.*

**A**Tribus modis definitione probare possumus, aliquid alicui conuenire, aut non conuenire, ut Aristoteles docet <sup>a</sup>: definitione subiecti, aut praedicati, aut veriusque Exempli causa, si quis voluerit probare Dialecticam esse utilem, hoc modo poterit ex definitione subiecti concludere institutum. Differendi ratio est utilis, Dialectica est differendi ratio, est igitur Dialectica utilis. Ex definitione autem praedicati hoc modo, id, quod ad bonum aliquid comparandum refertur, utile est Dialectica ad bonum aliquid comparandum refertur, est igitur utilis Dialectica. Definitione demum veriusq; hoc modo, Dialectica est differendi ratio, differendi autem ratio ad bonum aliquid refertur, quod autem ad bonum comparandum refertur, est utile, igitur Dialectica est utilis. Verum hoc tertio concludendi modo, cum quatuor sumantur termini, semper fiunt plures complicatae argumentationes. Nihil tamen referat,

si in

Si in exemplis deinceps proponendis alijs argumentationum formis, quam simplicium syllogismorum vtamur. Nam & si hæc locoru[m] tractatio simplicibus potissimum syllogismis debeatur, omnibus tamen argumentationum generibus inseruiet. Atque ut ad propositum reuertar, tot modis concludes Sophisticen ( quæ definitur, Ars decipiendi) non esse vtilem, quot Dialecticam vtilem esse colligimus. Huius loci sex sunt maximæ, seu B. **Pronuncia** ta quæ vsu huius loci contingens.

Quicquid conuenit definitioni, conuenit definito.

Quicquid non conuenit definitioni, nec definito.

Cui tribuitur definitio, tribuitur definitum.

Cui non tribuitur definitio, nec definitum.

Si definitio definitioni conuenit, etiam definitum definito.

Si non conuenit definitio definitioni, nec definitum definito conuenit.

**Omnis** hæc maximæ nascuntur ex respectu, quem habet definitio ad definitum. Ac primis duabus vtimur cum argumentamur ex definitione subiecti: duabus sequentibus cum ex definitione prædicati: extremis duabus cum ex definitione utri usque. Adhunc locum reuocatur locus dif- ferentie comparatione speciei, quam pro-

Locus dif-  
ferentie.

**XIII**

**X**imē constituit, quia eiusmodi differē  
tia pertinet ad essentiam speciei, & cum  
ea reciprocatur. Argumentatio ex differē  
**D**tia huiusmodi est. Homo est rationis par-  
ticeps ergo & disciplinæ capax. Non tra-  
dimus autem (sequunt veteres) locum de-  
finiti, quem ad modum definitionis (ut vi  
delicet queramus definitum ad confirmā-  
dam definitionem, quem ad modum queri-  
mus definitionem ad confirmationem,  
definiti) quia raro ex definito probamus  
definitionē. Eadem tamen pronunciata  
de definito tradi possūt, quæ tradita sūt ē  
definitionē, mutato nomine definitionis in  
nomen definiti: ut si dicas, Quicquid cō-  
uenit definito cōuenit definitioni, &c.

Cur non  
tradatur  
hic locus  
definiti.

*De loco descriptionis. Cap. 14.*

**A**Equitur locus descriptionis, qui tū ade-  
undus est, cum ad locum definitionis  
aditus non patuerit. *a* Est autem huius lo-  
ci eadem tractatio atq; superioris, *b* ea-  
demq; communia pronunciata mutato  
nomine definitionis in nomen descrip-  
tionis, & rei, quæ definitur, in rei,  
quæ describitur, Hinc probabis Dialecti-  
cam esse perdiscendā, quod sit ars, quæ ad  
cæteras

*a* Top. 3.  
*b* Boet. 2. de  
diff. Top.

cæteras omnes sciætias viam munit: quod  
sit instrumentum veri, ac falsi inqagandi  
quod homini, qua rationis particeps est,  
maxime conueniat. Ex hoc loco implorat  
sob<sup>e</sup> Diuinam misericordiam his ver-  
bis. Homo natus de muliere, breui viuens  
tempore, repletur multis miserijs, qui quasi  
flos egreditur, & conteritur, & fugit velut  
vmbra, & nūquam in eodem statu perma-  
net. Haec tenus hominis descriptio, quæ  
tamen si ad Philosopherum normam exi-

<sup>Cur hic af-</sup>  
scrator nō  
nulla ex-  
diuinis  
scripturis  
exemplia.  
<sup>Locus pro</sup>  
priatis.  
<sup>Cur non</sup>  
tradatur  
hic locus  
rei, quæ  
describi-  
tur.

gatur, descriptio propriè non sit. Deinde  
sequitur conclusio, Et dignum ducis su-  
per huiuscmodi aperire oculos tuos, &  
adducere cum tecum in iudicium. Porro  
autem nemo miretur, si in hac locoru-  
atione nonnulla ex diuinis scripturis at-  
tulero exemplia. Id enim propterea facias,

quod multa sint in sacris literis argumen-  
ta omnibus obvia, & simile etiam expedi-  
tissima, in quibus proinde locorum usus  
à quibus usus facile intelligi potest. Adhuc  
locum reuocatur locus proprietatis, ex  
quo, exempli gratia, probare poteris iu-  
stitiam esse virtutem, quia est per se lau-  
dabilis, quod quidem proprium est virtutis.  
Ratio cur veteres non tradiderunt  
locum.

locum rei, quæ describitur, ad confirmā-  
dam ex descripta redescriptionem, eadē  
est ac illa, cur non sit traditus locus defi-  
niti. Si tamē huiusmodi loco uti velis, ea-  
dem pronunciata, quæ loco definiti assig-  
nari possunt, mutatis tantum vocabulis  
tibi deseruient.

*De loco notationis. Cap. 15.*

- A** *L*ocus notationis & proximus est supē  
rioribus, quia notatio cū explicet <sup>a</sup> Huius me-  
vum vocabuli, quodammodo continet minit Ari,  
rem, cuius est vocabulum. Quid sit nota- <sup>b</sup> 2 top. 2. lo  
tio, quemadmodum quid sit definitio, & co. 18.  
descriptio, non est modo dicendum, cū superius <sup>b</sup> Lib. 5.  
superius b latē explicatum sit. Usus nota- <sup>c</sup> Usus nota  
tionis in argumentando non est usq; qua- tions an  
que firmus, nisi notatio verbi conueniat firmus.  
rei, atque ita conueniat, vt cum ea recur- <sup>c</sup> Lib. 1. c. 11.  
rat: qualis est notatio Dialecticæ, vt ex ini-  
tio harum institutionum & patet. Cūm  
autē notatio ita habet eadem pronūcia-  
**B** *R*a, quæ in superioribus locis, seruātur. Ex <sup>d</sup> Gen. 2.  
hoc loco est illud Adami d, Hæc vocabu-  
latur Virago, quia de viro sumpta est. Et <sup>e</sup> Gen. 27.  
illa Esau de fratre conquestio, e Iustè vo-  
catum est nōmē eius Iacob. Supplantavit  
enim

enim me in altera vice: primo genita  
 mea antetulit, & nunc secundò surripuit  
 benedictionem meam. Et illud Angeli ad  
 Ioseph, f Vocabis nomeneius I E S V M  
 (hoc est Salvatorem) ipse enim saluum  
 faciet populum suum à peccatis eorum.  
**C**æterum ex notatione nominum singu-  
 larium proprietum per pauca eaque  
 infirma ducuntur argumenta, nisi cum  
 vocabula diuinitus imponuntur. Sæpe  
 etiā nihil omnino efficiunt. Si quis enim  
 Iudam proditorem ex confessione verita-  
 tis aut Simonem Magum ex obedientia  
 collaudet, quod Iudæ nomen ex confessio-  
 ne, Simonis autem ex obedientia deduca-  
 tur, planè hallucinabitur. Itaque plus vi-  
 rium habet hic locus ex notatione nomi-  
 num communium, quam propriorum,  
 eo quod plurima vocabula communia  
 ex aliqua proprietate, peculiariue condi-  
 tione rerum, quas significant, ducantur:  
 ut Consil à consulendo, Rex à regendo,  
 Dux à ducatu, Patronus à patrocinio,  
 Philosophus à sapientiæ studio, Mona-  
 chus à solitudine, Christianus à Christo,  
 & sic alia propemodum infinita: quod nō  
 ita frequenter accidit in proprijs.

Plus viri-  
 um habet  
 hic locus  
 ex nomini-  
 bus comu-  
 nibus, quā  
 proprijs.

Ad

D Ad hunc locum reuocatur locus transsumptionis ad evidentius nomen. ex sumptionis quo eruimus apertiora vocabula, ut expōnamus ea, quae minus perspicua sunt: vt si cilium bram (quo vocabulo usus est Pla-  
to) h̄ intrepreteris oculum: & putri mor-  
daceum, araneum: & ossigenā, medullam:  
aut certe (quoniam vocabula h̄ec sunt  
in usitata) si tellurem, aut aridam, terram  
exponas: aut philosophum, sapientem.

*De loco coniugatorum.*

Caput 16.

A Coniugata (quæ Græcē tū σύζυγα tū σύζυγοις dicuntur) primaria quidē significatione sunt nomina, & verba ita affecta inter se, vt alterum ab altero denominatiue deducatur. Sic Sapiens, & Sapientia sunt coniugata sapientiæ, à qua denominatiue oriuntur. Hæc ergo sic circa pri-

.top.31  
loc.29.Cur inter  
connexa,  
hæc pri-  
mū numē  
tata sint:

B rum secundaria significatione, ipsa etiam denominatiua eiusdem denominatiis cōparata inter se, vt Philosophus, & Philosopher, dicuntur coniugata. Reuocatur etiā ad cōiugata voces illæ, quæ casus ab

b Aristotele b nominantur, hoc est, aduersaria deducta ab aliquo denominante, ut sapienter à sapientia. Sed quanquam Aristoteles hæc primum distinguit, latius tamen accepto coniugatorum nomine, omnia inter se se coniugata dici posse cōcludit. Atque hanc communiores coniugatorum acceptioem amplectitur Ciceron.

c In Top. e Coniugata, inquit, dicuntur, quæ sunt ex verbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab uno variè commutantur ut Sapiens, Sapienter, Sapientia. Itaq; omnia hæc merito dicuntur coniugata, quia ipsa vocis, C

Hac voca tur coniugata.

tut colun  
dia. 2. de  
C ratore.

Cur dicantur coniugata. ac significationis communione sub unū quasi iugum deuincta sunt. Sed quoniam in coniugatis potior est significationis, quam vocis coniunctio, non sunt ea omnino à coniugatorū numero excludenda, quæ sic vocis societate carent, ut eiusdem significationis iugo coērceātur: cuiusmodi sunt Officere, & Nocumentum. Nec verò necesse est ut coniugata sint voces simplices: siquidem orationes eādem vim habere possunt, atque simplicia vocabula, ut si dicas, Virtus, Virtute prædictus, Cum virtute agere, & similia. Huius loci

**D**loci eum esse usum docet Aristoteles, d  
ut quicquid vni coniugatorum conuenit, Loeo ci-  
aut non conuenit cæteris etiam suo cui-  
tato.  
q; modo conuenire, aut non conuenire  
concludatur: ut si iustitia est laudabilis,  
etiam iustus est laudabilis, & iuste agere,  
est laudabiliter agere. Si verò iustitia nō  
esset laudabilis, nec iustus laudabilis es-  
set, nec iuste agere, esset laudabiliter age-  
re. Duo itaque sunt huius loci commu-  
**E**nnia pronunciata ex ipsa coniugatorum  
inter se habitudine desumpta, alterum  
ad confirmandum, alterum ad refellendum.

Cum quo cohæret unum coniugatorū cohærent & reliqua.  
Cum quo non cohæret unum, nec reliqua.

Quanquam verò non admodum sint  
visitata huius loci argumenta, propterea  
quod coniugata ita coniuncta sunt inter  
se se, ut fere apud omnes æquè nota ,  
aut æquè ignota habeantur , nonnun-  
quam tamen satis habent acuminis, ut  
illud Comici, Homo sum, humani à me  
nihil alienum puto. Hinc poteris con-  
cludere hoc modo. Cùm charitati summa  
laus tribuatur, cur ex charitate operari tā  
topere contēnitur? Si ipsum per se peccatum

displicet, cur placet peccare? Si logicam tradis cur nō λογικῶ idest logici more, sed μεταφυσικῶ idest velut Metaphysicus de prædicamentis disceris? Hinc etiā est illud Pauli, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cælestis: & alia pleraque.

**P** Tria tamen potissimum animaduertenda sunt hoc loco, ne argumentandi ratus hinc desumpta ad Sophisticē declinet. Multae enim in hoc genere itri possunt cauillationes. Primo videndum est, ne propter vocis cōiunctionem, quod coniugatum non est, pro coniugato accipiatur, ut Officere pro coniugato officij, & Somniculosus pro cōiugato somni, cum officere coniugatum sit studij, vel Industriæ, non autem officij, & somni dormiens, vel dormire, nō Somniculosus. Deinde cauenda est diligenter ambiguitas vocabulorum, quæ hic s̄e numero latester se insinuat: qualis cernitur in argumentatione illa Simonidis, f. Cūm homines, &c. met. 2 inquit, simus humana tantam curare debemus. Fallaciter sane concludit, quia accipit verbum Humana in consequente non pro ijs, quæ ad hominem spe-

Prima ani  
maduer  
fio.

Secunda

f.  
10. Eth. 7.

&c. met. 2

spectant, quo pacto deducitur ex antecedente, sed pro caducis, & terrenis, qua significacione terrena à cœlestibus distinguere solemus. Denique vigilanter attendendum est, an attributa coniugatorum

Tertia.

Hæc rectè assignentur. Sepè enim hoc non animaduerso multa sophismata texuntur: ut si quis cōcludat hoc modo, Iustitia est virtus, igitur iusta agere est studiosè agere: quod falso est. Fieri enim potest, ut quis agat iusta (quale est depositum reddere) cūm interim non agat studiosè, g. ob defectum scilicet alicuius circumstan- 2. Eth. 4. tiæ. Causa igitur cur argumentatio proposita vitiosè concludit, hæc est, quia nō rectè coniuncta sunt illa duo, iusta agere, & studiosè agere, ut singula prædicata singularis subiectis aptè respondeant: quippe cūm vel concludendum esset, iusta agere esse studiosa agere, vel, iuste agere esse stu- diosè agere: quæ utique vera sunt. Eadem de causa vitiosæ sunt hæc conclusiunculæ, **Album** est dulce, igitur albedo est dulcedo: **Doctrina** est disciplina, igitur qui docet discit; & aliæ sexcentæ huiuscmodi. Nam cūm sensus prioris antecedentis es- set, Affectum albedine est affectum dul-

cedine, posterioris autem, Eadem qualitas est doctrina, & disciplina, concludendum potius erat hoc modo, Album est dulce, igitur in aliqua eadem re est albedo, et dulcedo: Doctrina est disciplina, igitur quod effectum est doctrina affectum est disciplina. Etenim cum de locis

Notab*hcc*

I

agitur, hoc est de respectibus argumentorum ad conclusionem, spectandus procul dubio est sensus antecedentis, & accommodatè ad illum colligi debet conclusio. Siquidem consequentiae, in quibus conexio rerum spectatur, non sunt formales sed materiales. Id quod animaduerte-re non videntur iij, qui, ut apta sit consequentia in conjugatis, tot documenta congerunt hoc loco, ut inopiam potius argumentorum, quam capiami compara-re doceant. Sed iam de loco partium dicamus.

### *De loco partium. Caput 17.*

Lib. 4.

**C**Vm de divisione ageremus a quinque genera totius esse diximus; vocem multiplicem, totum, quantum, seu integrum, totum esse entiale physicum, totum esse entiale metaphysicum, & totum

uni-

vniuersale, quibus totidem partium genera responderent. Nunc autem quia pri  
mum, & quartu*m* genus totius, & partium, cū de inuentione argumentorum agitur, negligi solent: de trium reliquo-

**B** rā inuētione, & vsu dicendum est. Acque ut facilius hi duo loci explicentur comprehendenda sunt duo priora genera non minetotius integri, & partium integrantivm, quoniam ad argumentandum eadē est vis totius essentialis, & partium essentialium, atq; totius integri, & partium integratū, cū vtumque totum actu, ac re ipsa ex suis partibus compositum sit. Itaque hic locus erit partium, tum integrantium, tum subiectarum, sequens verō totius, tum integri, tum vniuersalis. Vsus partium integrantium in argumentādo, his ferè pronunciatis cōti-  
**C** grantium. netur.

Positis omnibus partibus integrantibus, penitus totum: Sublata quacunque parte integrante, tollitur totum.

Hæc pronunciata tradit Aristoteles b  
in partibus integrantibus multitudinis duntaxat: quarum usum hoc exemplo docet. Si & eorum, quæ mutuo referuntur, & contrariorum, & priuatiu*m* opposi-  
torum,

torum, & contradicentium eadem est disciplina, omnium omnino oppositorum est eadem: quod si vel ea, quæ mutuò referruntur, vel contraria, vel priuatque opposita, vel contradictia, sub eandem disciplinam non cadunt. perspicuum est, nō esse omnium oppositorum eandem scientiam, disciplinamue. Sunt tamen vera ambo pronunciata in ceteris etiam generibus partium integrantium, siue ad concludendum, aut refellendum ipsum esse totius, siue ad colligendum, aut refutandum aliquod eius attributum, aut subiectum. Exempli causa si ita dicas, Fundamenta sunt posita, parietes erecti, & tectum fabricatum, est igitur domus, ex ipsa partium existentia colliges existētiā totius. Quam refutabis hoc medo, Aut fundamenta non sunt iacta, aut parietes nondum erecti, aut tectum minimè extrectum, igitur nondum est domus. Si vero sic argumēteris. Animus hominis iusti perfluet in æterna beatitudine, corpus itē perfluet, igitur totus homo æterna beatitudine perfluet, colliges quoddā attributū totius ex eo quod tale attributū cōueniat omnibus partibus. Quod tamē refu-

refutabis hoc modo, Si corpus viri iusti non esset futurum particeps æternæ fœlicitatis, nec igitur totus homo. Denique hoc pacto colliges subiectū totius ex subiecto omniū partium. Philosophus tenet, & diuidendi artem, & definiendi, & argumentandi, totam igitur Dialecticā tenet. Hoc autem pacto idē refutabis. Si Philosopher non callet vel diuidēdi methodū, vel definiēdi, vel argumentandi, non igitur totam callet Dialecticam. Prima animaduertensio. Hic tamē tria maduer-

D sunt animaduertenda. Primum est, neceſſe aliquando esse, ut partes integrantes, ex quibus totum colligendum est, intelligantur certo ordine dispositae. Sepe enim, si hoc desit, non efficitur conclusio ut si dicas, Lapidē sunt, calxēt, igitur paries est: Milites sunt, dux est, ergo exercitus, aut acies. Secundū est, id, quod diximus, Sublata quacunque parte integrante, tolli totum, sic intelligendum esse, ut nomē totius accipiatur, prototo integro, quā totū integrum est Nam si accipiatur pro re, cui attribuitur integritas, non quā integra est, falsum esse deprehēdetur. Verbi causa, Si Socrati abscisus est digitus, li-

cebit colligere, Socratem non esse integrum: non tamen recte colliges, Socratem non esse: quia Socrates & si integrus sine dígito non erit, poterit tamen sine dígito in  
 foderarum natura coherere. Quare si latevicio postea lueris accipere nomen totius, hanc modi rationem posteriori pronúciato adhibeas  
 necesse erit, ut nomen partis integrantis accipias pro parte necessaria ( qualis est in Socrate caput aut pectus ) non pro  
 quacunque sine discrimine. Quacunque enim parte necessaria sublata, omnino tollitur res, cuius ipsa est pars. Hinc dissolues hanc cauillationem . Quædam pars  
 hominis candidi non est candida ( ut potè popilla ) igitur homo candidus non est candidus. Sic enim occures, Recte sequi  
 hominem candidum non esse totum candidum, cum aliqua eius particula sit non  
 candida: non tamen recte colligi, hominem candidum non esse candidum. Hoc enim non efficietur, nisi qui argumentatur ostendat, non esse maiorem hominis  
 candidi portionem omnino candidam,  
 Tertia a- quæ tamen omnino candida esse debet  
 nimaduer vtille sit candidus. Tertium est attributa,  
 sio. quæ de toto ex partibus concluduntur, G  
 aut

aut refelluntur, talia esse debere, ut toti & partibus possint esse communia. Nam si fuerint propria partium, non poterunt, de toto concludi, quia partibus conueniant: si propria totius, non poterunt de toto negari, quod de partibus negentur. Nec enim recte concludes, hominem esse principium internum rei naturalis, quia animus, & corpus sunt principia interna rei naturalis. Siquidem hoc attributum non potest esse homini commune cum animo, & corpore. Nec item recte colliges hominem non esse animal, quia animus, aut corpus non sit animal, aut quia nec animus, nec corpus sit animal. Quandoquidem animal non potest esse animo, & corpori commune eum homine. Ex priori pronuntiato est illud Davidicū, c Quo ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? si ascédero in cœlum, Tu illic es; si descendero in infernum, ades: Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & temebit me dextera tua. Probat Regius Propheta, Deum esse ubiq; , quia est in cœlo apud inferos, & in terra, quibus regionib; cōplecti solent

c  
Psalm. 138

solent scripturæ diuinæ totam recu novi  
uersitatem. Hoç vero genus argumenti,  
quòd ex enumeratione partiū vocatur,  
non tam artificiose rem probat, quām  
aperte distincte que proponit, atq; ampli-  
ficat, Qnod enim nomine totius obscu-  
rius, ac angustius significatur, id multo  
evidenter per omnes partes proponitur,  
& magnificentius dicitur. Ex posteriori  
pronunciatio est illud apud Ioannem, d.  
Ioan. 8. Quinquaginta annos nondum habes, &  
Abraham vidisti? Quibus verbis Iudei  
ex negatione quinquaginta annorum, to-  
tam illam tot seculorum multitudinem  
inficiari conabantur. Est enim hæc argu-  
mentandi ratio valde accommodata ad  
resistendum, seu instantiam ferendam (vt  
dici solet) cùm quis vniuersaliquid affir-  
mat. Usus vero partium subiectarum his H.  
pronunciatis traditur, e.

<sup>c</sup> Posita quacunque parte subiecta, ponitur totum.  
Prædic. 5. Sublatis omnibus partibus subiectis, collitur totum.  
&c 2. top. 2.  
loco. 10. &  
ii. & cap. 4 duobus ex Exemplum Aristotelis. Si anima mo-  
tetur loco, aut alteratur, aut accrescit, aut  
tremis lo- descrevit, mouetur utique: quòd si nec  
co, loco mouetur, nec alteratur, nec accres-  
cit.

cit, nec decrescit, non mouetur sanè. Mo-  
ueri loco alterari, accrescere, & descre-  
cere sunt partes subiecte motus. Ex pri-  
ori pronunciato concluduntur duæ illæ  
argumentationes apud Iacobum. f Si  
tamen legem (inquit) perficitis regalem Iacobi. 2,  
secundum scripturas, Diliges proximum  
tuū sicut te ipsum, bené facitis : Si autem  
personam accipitis, peccatū operamini.  
Quo loco ex dilectione proximi, quæ est  
pars quadam subiecta bonæ actionis, co-  
cluditur bona actio : & ex personarum  
acceptione, quæ est pars subiecta pecca-  
ti, colligitur peccatum. Et autem hoc  
argumentandi genus per accommodatum  
ad instantium, resistendum ue ei, qui uni-  
uersè aliquid negat. Ex posteriori pro-  
nunciato habet vim concludendi locus  
ille Pauli, g Quis ergo, inquit, nos sepa- Ad Rom.  
rabit à charitate Christi : tribulatio : an 8.  
angustia : an famæ : & quæ sequuntur.  
Quasi dicat, Nihil separabit nos à chari-  
tate Christi: quod ex negatione partium  
subiectarum ostendit. Atque hæc conclu-  
dendi ratio plus artis habet in proponen-  
da re ob oculos, & amplificanda, quam in  
probanda. Huc porro accessendum est

Notahæc

tertium illud, quod pro intelligentia ditorum superiorum pronuntiatorum annotabamus, id, inquam, quod de toto cōcluditur, tale esse debere, ut toti, & partibus possit esse commune. Neccirco enim non recte ita concludes, Homo est species infima, igitur animal est species infima: nec item hoc modo, Homo non est genus, equus non est genus, &cæt. igitur animal non est genus: quādoquidem nec esse speciem infimam potest esse animali cū homine cōmune: nec esse genus potest cōuenire homini, ceterisq; infimis speciebus, quemadmodum animali conuenit.

*De loco totius. Caput 18.*

**E**Xsuperiori loco patet, quomodo ex A partibus confirmetur, aut refutetur totum: nunc dicendum est, quo pacto ex toto probandæ sint, aut refellendæ partes. Quòd ergo attinet ad usum argumentandi ex toto integro, spectanda sunt hæc duo pronunciata.

Posito toto integro, ponuntur omnes partes.

Sublatō toto integro, aliqua faltem pars tollitur.

*Praedict. &*

*2. Top. 2. Quòd verò attinet at usum argumento. 10. torum ex toto vniuersali, totidem pronū & 22. ciata*

ciata præstò sunt in hunc modum.

Posito toto vniuersali, ponitur aliqua pars subiecta.

Sublatu toto vniuersali, tolluntur omnes partes subiectæ.

Hic non est neceſſe affirme alia exempla, quām quæ superiori loco adducta sunt. Verbis enim commutatis huic loco deferuient.

B Cogor tamen hic explicare quatuor quasdam appellationes totius (inuectas sumpta oc  
primum, ut suspicor à Boëtio <sup>b</sup>) quia non parum usurpatæ sunt à Dialecticis in hac inuentionis disciplina. Hæ sunt totum in quātitate, Totū in loco, Totum in tempore, & totū in modo: quibus totidem appellationes partiū ex altera parte respōdent. Totū in quātitate (quod planius dici posset Totū in multitudine, seu totū multitudine) est vniuersale aliquid signo vniuersali notatū, ut si dicas, Omnia opposita, Omne animal, &cæt. huiusmodi. Pars verò in quantitate, siue in multitudine, est quicquid comprehenditur in tota multitudine, ut contraria in oppositis, & homo in animalibus, Totū in loco erit, si dicas, Vbique: Pars in loco, si dicas, Hic, aut ibi. Totum in tempore si dicas, Semper: Pars, ut si dicas, Nūc, vel Hic. Totum in modo.

Boet. 2. de diff. Top.  
sumpta oc  
casione, ex  
Top. Ari  
stot. loco  
2. & vlt.

Explican-  
tar qua-  
tuor que-  
dam appel-  
laciones  
totius.

Totum in  
quātitate.

Totum in  
loco.

Totum in  
tempore.

Totum in  
modo.

in modo est vniuersale aliquid sine adiectione prolatum, ut Homo, Candidum, & huiusmodi alia: Pars autem in modo, est vniuersale quid, cum adiectione non minuente, nec tollente totum, ut si dicas. Ho

mo sapiens, Magis candidum, Minuscan  
m nunc, didum. Nomine adiectionis minuentis,  
aut tollē, aut tollentis totum intelligo adiectionē,

quæ cum additur nomini totius vniuersalis, efficit, ut huiusmodi totum non possit affirmari de tota aggregatione. Ut si diccas. Homo potentia, Homo lapideus,  
Candidum secundum quandam particulam, illud Potentia & illud Lapideus, &  
illud Secundum quandam particulam erunt adiectiones minuentes aut tollentes totum: quia nec homo de homine potentia (ut de embryone antequam animalium rationis participem accipiat) aut de homine lapideo (ut de statua Cæsaris) nec Candidum de eo, qui solis oculis, aut dentibus, candidus est (ut de Æthiope) vere dicitur. Sed quia totum in quantitate, seu multitudines itemque totū in loco, & in tempore sunt quædā toto quanta, seu integra: totum autem in modo in totis vniuersalibus numeratur ut satis

aper-

apertum est: non est opus, ut quo pacto  
his generibus totius & partium in argu-  
mentando vtendum sit, doceamus, cum  
ex dictis perspicuum relinquatur.

*De loco causarum: primumq; de  
argumentis ex materia.*

*Caput. 19.*

**A**equitur locus causarum, qui vt om-  
nium patet latissimè, sic omnium vti-  
lissimus, & proinde usurpatissimus. Qua-  
tuor itaque esse causarum prima genera,  
materia m, formam, efficiens, & finem, ex  
supradictis intelliges. Nunc singula per-  
currenda sunt, & in ea rursus genera de-  
ducēda, quæ copiæ argumentorum com-  
parandæ potissimum cōducere videan-  
tur. Materia igitur, latè accepto vocabu-  
lo, triplex est: ex qua; in qua, & circa quā.  
Materia ex qua duplex: vna, ex qua priùs  
transmutata fit aliquid (quæ vocatur  
transiens) quo pacto vinum est materia  
aceti, & syluae, ac nemora ædium: altera,  
ex qua permanente res componitur (per-  
manentem hanc appellant) quo pacto  
ligna succisa sunt materia ædium, & na-  
tuum. Materia in qua, est subiectum  
mi tef-

4.lib.4. &  
5.lib.4

Materia  
triplex.

Ex qua

In qua. respectu cuiuscunque formæ: quo pactò  
 lapis est materiâ figuræ insculptæ & cor-  
 pus coloris, & animus sciètiæ Materia cir-  
 ca quam est id, circa quod actio aliqua, &  
 operatio versatur: qua significatione dici-  
 mus, virtutes esse materiam laudis, & vi-  
 tia reprehensionis, & ligna fabri lignarij,  
 & orationem earum artium, quæ in ser-  
 mone versatur, & res naturales Physicæ,  
 & Deum optimum Maximum Theolo-  
 giæ. Ex primo genere materiae (quam di-  
 ximus ex qua) sic licet argumentari. In  
 Lusitania succiduntur nemora, nec alia  
 conseruntur, nil igitur mirum est si æ-  
 dium structura tanti constet. In Gallia  
 plurimi sunt luci ac sylvae, cur igitur  
 non sint plurimæ naues? Apud Æthio-  
 pas non est usus eius vini, quod ex uvis  
 exprimitur, ergo non possunt ijs in re-  
 gionibus sacra fieri, nisi aliunde eiusmo-  
 di vinum deportetur. Aristoteles b sic.  
 Cælum non constat materia elemento-  
 ram (aliòqui sursum, aut deorsum ferre-  
 tur) igitur interire non potest. Hic ho-  
 mo ex ipsa humoruni proportione habet  
 carnis molitudinem, non mirum est  
 2. d. anni. 9 igitur si ingeniosus sit c. Eodem pertinet  
 illa

illa Theologorum d' argumentatio, Christus seruator noster habuit optimam eorū corporis constitutionem, acerbissime igitur afflictus est cureatibus suæ passionis. Ex materia in qua talia ducuntur argumenta. Memoria huius est parum tenax, ergo nisi saepius repetierit, quæ praceptor tradit, brevi omnia excident. Forma iridis est in nube rorante, ad distillante, & parum igitur durabit. Hic homo est valitudinarius, igitur non sine causa pallidus. Rationalis animus quo ad suum esse non substitetur à corpore in quo est (cù aliquā operationem habeat, quæ à corpore non pendet) potest igitur sine corpore in rerū natura cohærere. Ex materia circa quam, huiusmodi argumenta texuntur. Ultra substantias corporatas, sunt aliæ quædā corporis expertes, quas Philosophus considerare debet, est igitur ultra philosophiā naturalē quædā alia supernaturalis. Materiæ rei rusticæ est humiliis, ac tenuis meritò ergo Virgilius Bucolica, & Georgica gracili auena cecinit. Res diuinæ, ac cœlestes sicut omniū maximè admirabiles, nullæ igitur sūt in quib⁹ magis exultare, ac regnare possit oratio.

<sup>h</sup> Lex domini est immaculata, conuertens  
 Psalm. 18. animas, fidelis, præstansque paroualis sa-  
 i pientiam, <sup>b</sup>beatus igitur vir, cuius volun-  
 Psalm. 1. tas in lege domini eit, qui que in lege eius  
 meditatur die ac nocte 1.

*De argumentis ex forma. Cap. 20.*

**F**orma triplex. **F**orma quoq; triplex est: essentialis, ac **A**cidentaria, & externa. Essentialis, vt rationalis animus respectu hominis & figura respectu statuę. Accipio n. statuę non protota cōpositione ex figura, & materia. Accidentaria vt color, respectu corporis, figura statuę respectu ligni, & scientia respectu aīę. Externa est exēplar respectu eiusrei, quæ exēplaris imitatiōe fit. Quāquam id etiam cui materia iniicitur, aut infunditur, aut alio modo adaptatur, vt formam artificiosam accipiat, nomine formæ externæ appellari potest: cuiusmodi sunt vasa, in quæ opifices vel lutū ingerunt, vel liquida metalla fundunt, et aliquam artis figuram in materia exprimant. Porro forma essentialis non solum dicitur causa formalis totius cōpositi, sed etiam materiæ, atq; adeo proprietatum earum, quæ essentiam, quam ipse constituit,

stituit, consequuntur. Talis enim est materia rei, qualem forma exigit: nec aliæ proprietates essentiam sequuntur, quam quas formæ perfectio sibi vendicat.

Ex forma essentiali ducuntur hæc argumenta. Anima est id, quò primo vivimus, sentimus, ac intelligimus, igitur corpus viventis non potest esse quodvis sine discrimine sed certis quibusdā instrumētis distinctū. <sup>a</sup> Aia rationalis immortalis est, & habet naturalem ad corpus, in quo creata est propensionem, ergo si absurdum est naturalem appetitum in omnē æternitatem impediri, ac frustrari, sanè aliquando corpus animæ separata jungetur, ac copulabitur, <sup>b</sup> Quanquam hæc cōclusio rationibus non eget artificiosis, præsertim verisimilibus, cūm sit Dei opt. Max. autoritate confirmata. Ex eadē animæ nostræ substantia concluditur illa Domini sententia, <sup>c</sup> Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. Quali dicat, cūm talem animum habeatis, ut eius vita sempiterna sit, nec à corporis

m iij vita

<sup>a</sup>. De ani-  
ma. 2.

<sup>b</sup> D.Tho.4.  
contra  
Gen.79.

<sup>c</sup> Matth.10.

vita depédeat, non tátopere debetis mor  
tem corporis reformidare, vt eius vita-  
dæ causa aliquid committatis, quod in  
æternum tempus luendum sit. Hinc pro-  
bare poteris, nec ignem posse refrigerare,  
nec aquam ex natura sua calefacere, quia  
forma in ignis non sequitur refrigerandi  
potestas, ied calefaciendi, contrà verò  
cum formâ aquæ non cohæret calefacien-  
di vis naturalis, ied frigore afficièdi. Hinc

<sup>Latissi.</sup> mus hic accusabitur Orator, qui omni ornatu præ  
<sup>aperiuntur</sup> ciso, ex mathematicis rationibus, aut ex  
<sup>capus Dia</sup> intima Philosophia de promptis oratio-  
<sup>lektico.</sup> nem cōtexere voluerit: parisq; vitij d co-  
arguentur Mathematici, ac Philosophi,

<sup>d</sup>  
<sup>4. Ethic. 3.</sup> qui non, nisi more oratio, hoc est, figu-  
raru, ac modorum phaleris de rebus  
mathematicis, & philosophicis differ-  
uerint. Latissimè hic poterit expatiari  
Dialecticus. Cohibebit enim Gramma-  
ticum ne Theologiæ sensus audeat at-  
tingere: Theologum submissè admonebit  
ne ad questiones, quæ tanta professione  
indignæ sunt, sese demittat: mediasque  
scientias, si quando finibus suis excesse-  
rint, ut pedem referant adhortabitur.  
Nec modò alias disciplinas commonebit,

sed

sed etiā in se ipsum animaduertet: multa sophismata resecabit: inutilia quæq; in usum non veniunt, contemnet: demum quæstiones metaphysicas suis autoribus relinquet. Si quando autem propter affinitatem, quam habet cum Metaphysico, aliquid de rebus metaphysicis dicere necesse habuerit, id quasi præteriens faciet, nec more metaphysico, sed dialectico, id est suo, ea discutiet. Hæc omnia argumen ta ex forma essentiali ducuntur quandoquidem omnis ars, omnis facultas, & officium ( quæ sunt essentiales formæ artificium, & eorum qui munus aliquod gerunt, quatenus eiusmodi sunt ) certam aliquam, & præscriptam materiam sibi vendicant.

Cer hæc  
argumēta  
ducuntur  
ex forma  
essentiali.

**D** Ex accidentaria forma hominis, hoc est, ex ipsa corporis humani recta figura, admonet quidam, ne vitam inertis silentio transeamus veluti pecora, quæ natura, inquit, prona atq; ventri obedientia finxit. Hinc multi laudatūr ex sciētia ex robore, ex dignitate corporis & ex alijs infinitis accidentibus. Hinc denique. Esaias f dixit, Christum Seruatorem nostrum cruci affixum propter vulnus,

Sallustius

f  
Cap. 15.

totiusque corporis indignissimam detur-  
pationem non fuisse agnatum. Quasi ab-  
scōditus, inquit, vultus eius, & respectus,  
vnde nec reputauimus eum. Ex forma  
externa, quam exemplar dicimus, ostēn-  
dit Aristoteles, g cur omnia viuentia per-

z. De ani- g] perfecta continuatione quadam sibi similia  
ma 4. procreare studeat, vt sint semper, inquit,

hoc pacto, conditionēq; subeant, quoad  
possunt, deuinain. Id enim ipsum appet-  
tunt vniuersa, gratiaq; ipsius omnia a-  
gunt, quæcūq; secūdūm naturam agunt.  
Quasi dicat, ut imitentur, quo possunt  
modo, æternitatem primæ causæ. Huc

h spectat confirmatio illius diuinæ commi-  
Genes. 9. nationis, h Quicūq; effuderit humanum

i sanguinem, fundetur sanguis illius: ad  
Matth. 5. imaginem quippe Dei, inquit, factus est

homo. Et illud i Domini, Diligite inimi-  
cos vestros, benefacite his, qui oderunt  
vos, & orate pro perseguētibus & calum-  
niantibus vos, vt sitis filij patris vestri  
qui in cœlis est, qui solem suum oriri fa-  
cit super bonos, & malos, & pluit super  
iustos, & iniustos: hoc est vt imitemini pa-  
trem vestrum, qui tata in eos, qui se odio  
prosequuntur, cōferre solet beneficia. Hinc

latif-

latissimè probare poterimus verisimile  
esse, eos quibus boni parentes, aut reges,  
aut prælati obtigerunt, bonos esse, qui-  
bus mali, malos. Maiores enim sunt qua-  
si exemplaria, quæ sibi minores imitan-  
da ferè proponunt.

Ad hos formarum locos reuocari pos- Locus eb  
E sunt duo Aristotelici qui appellari solent in iste ad  
ab inesse ad denominari, & ab appositio- de deno-  
ne. Expriori loco huiusmodi ducuntur minari.  
argumēta, Calor est in igne, ergo ignis est 1. Top. i.  
calidus: Multis tamē cōditionibus opus  
est, ut hic locus sit tutus. Nec enim quia  
candor in aliqua Æthiopis particula re-  
peritur, Æthiops candidus est: nec quia  
ruber ad breue temporis spatiū est in  
eo, qui pudore suffuditur, statim is ruber  
dicitur: nec si calor nonnullus sit in aqua  
frigida, verè dixeris eam esse calidā: nec  
quia actio est in eo, quod patitur, siccirco Loci ex-  
F illud agens, vel agere dicitur. Oportet igit plicatio.  
tur, ut id, quod inest, insit simpliciter, non  
in minore parte (cūm in maiore esse po-  
test) non breuissimo duntaxat tempore,  
& quasi in transcurrus, non ad modum re-  
misſe, sed intensius, quam cōtrariū. Quic  
quid igitur hoc modo inerit, id haud du-  
m v biē

bis denominabit rem cui inest: non tam  
men erit necesse ut quocunque modo de-  
nominet, sed certo quodam. Itaq; id, in  
quo est actio, non est appellandum agēs,  
sed actum, seu affectum actione, quod  
idem est, ac patiens. Contra vero id, in  
quem vo  
tant ab ap  
positione.  
<sup>m</sup>  
<sup>2</sup> Top. 4.  
loc. 34.  
quo est locus non est dicendum locatū,  
sed locās, Ex posteriori loco in talia ducū-  
tur argumēta, Paries est albus calce, igi-  
tur calx est alba: Cibus melle addito fit  
dulcis (vel dulcior, quam erat) igitur mel  
est dulce. In quo argumentandi gene-  
re nomine appositionis solet intelligi  
ea rei appositiō, quae sit capax eius deno-  
minationis, quae de re, cui apponitur, cō-  
cluditur. Alia etiā nonnulla intelligi cō-  
sueverūt: ceterū nos iam ad argumēta,  
quae ex efficiēte causa ducūtur, veniamus.

### De argumentis ex causa efficiente.

#### Caput 21.

<sup>2</sup> <sup>2</sup> <sup>A</sup> **T**riplex causa effi- **C**Ausa efficiens triplex itidem (vt su-  
ciens. periores) dici potest: procreans, con-  
seruans, & interimēs. Quarum singula  
Principia genera in duo rursus genera dividuntur,  
les cause. a in principales, & famulantes. Princi-  
pales, aut sunt simpliciter principales,  
qua-

**q**ualis est solus Deus, aut in certo quodā genere, ut architectus inter omnes fabros, qui in nauī conficienda operam ponunt. Famulantes sunt, quæ principali-

Famulan-  
tes.

**B**usseruiunt, ut cœlestes substantiae Deo, & ij, qui ligna succidunt aut præparant, architecto. Reuocantur ad efficientes causas instrumenta omnia, b ut securis, terebra, & huiusmodi alia. Item ij, quorum consilio res geritur, ut regum consiliarij.

b  
2. Phy. 3.

Sed & causas meritorias ad efficientes re

**C**uocant Theologi. c Ex caulis procreantibus est illa reprehensio, d qua moyses in gratitudinem Israelitici populi ita concludit. Generatio prava atque peruerbia, hecine redditis Domino popule stulte, & insipiens? Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? Huc etiam spectat illud Pauli, si delibatio sancta est, & massa: Si radix sancta, & rami. Ex negatione huius cause est illud Aristotelis, e Pisces non respirare, quia pulmonem non habeant. Unde quoque Dominus, f Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum scitis malis? Et Paulus, g Quomodo audient sine prædicante? Qui alio rursus hoc

c  
Vt D. Th.  
deuerit. q.  
29 27. 6.  
d  
Deut. 32.

e  
De respir.  
1. & 6.

f  
Matth. 12.  
g  
ad Rom.  
sub 10.

<sup>h</sup> sub h<sup>o</sup> quadam similitudine, ex negatione  
<sup>2.</sup> ad Tim meriti cōcludit negationem præmij hoc  
<sup>2.</sup> modo, Non coronabitur, nisi qui legitimè  
certauerit. Infinita sunt argumenta ex  
hoc causarum genere.

<sup>i</sup> Ex causis conseruantibus est id, quod  
De longi docet Aristoteles, i Homines diutiūs,  
& breuita quā in alia quædam maiora animalia vi-  
te vītæ. <sup>1.</sup> uere, quia in homine melior sit propor-  
tio, & qualitas, humidi & calidi, quibus

<sup>l</sup> vita conseruatur. Et illud, <sup>1</sup> Diuturnius  
<sup>5. Polit. 10</sup> esse Regnū, cæteris Rebus duplicitis, quia  
<sup>m</sup> à causis externis minimè omnium deleat-  
<sup>5. P. olt. 8</sup> tor. Et illud, <sup>m</sup> Conseruari Republicas  
non solum quia procul absunt ab ijs, quæ  
interitum afferunt, sed interdum etiam  
quia prope sunt, quòd timor intentiore  
cura Reipublicæ consulere cogat. Ex cau-  
sis interimentibus est argumentum illud

<sup>n</sup> Aristotelis, <sup>n</sup> Arbores lata folia habentes  
<sup>2. post. 17.</sup> defrondescere, quia succus in ea parte cō-  
trahitur, ubi folia cum extremis ramu-  
<sup>o</sup> lis copulantur. Et illud, <sup>o</sup> Maximè Rem  
<sup>3. polit. 7</sup> publicam dissolui, si ius in ipsa violetur.

<sup>p</sup> Huc etiā pertinet illud Domini, p Omne  
<sup>Luc. 11.</sup> regnum in se ipsum, diuisum, dessolabi-  
tur; & domus supra domum, cadet: &c.

Magna

Magna vis argumentorum ex hoc etiam  
caularum genere desumitur.

D Ad locum efficientium causarum ree-  
uocatur locus generationum, & corrup-  
tionum. Quin etiam Aristoteles q hunc  
cum illo coniungit. Argumenta ex hoc lo-  
co desumpta ad hunc modum tractatur.

Si generatio bona est, bonum est quod  
oritur: sint mala illa, malum etiam hoc.

Si corruptio seu interitus bonus est, res,  
quaer interit, mala est: sin malus ille, haec  
bona. Hinc ictet ostendere, quanto cum  
desiderio, & aviditate debuit doctrina  
Christi seruatoris nostri excipi, cuius  
nativitatem tanta cum exultatione An-  
geli, Reges, pastores, cœli denique & ter-  
ra celebrarunt: cuius mortem indignissi-  
mam muta etiam, & sensus expertia ele-  
menta deplorauerunt. Hinc etiam pro-  
bare possumus, pessimum fuisse Iudam,  
cum eius nativitas adeò fuerit detestabi-  
lis, ut dixerit summa veritas, r Bonū erat Matth.26.  
ei si natus non fuisset: Herodē verò fuisse  
Populo Iudaico infensissimum, quod to-  
ta Iudeorū natio iucundissimè acceperat Joseph li.  
acerbissimum morbum, quo ille vitam 17. antiq.  
misere finiuit. s Non negamus tamen, Iud. ca. 8.  
fieri

Locus ge-  
nerationū  
& corru-  
ptionum.

q

1. Top. 2.  
loco. 31.

r

s

Joseph li.  
17. antiq.  
Iud. ca. 8.

fieri posse, ut interitus rei bonæ, ratione aliqua sit bonus, & male malus. Mors enim Christi ratione salutis, quam nobis peperit, optima fuit: & mors Herodis perniciosa fuisset, ac lugenda, si indigna illa nobilium strages lequuta esset, quam ille morti proximus optarat, & sorori quasi testamento reliquerat. Sed hoc tantum dicimus, interitus rei bonæ, qua rei bonæ interitus est, esse perniciosum, rei autem male, qua male, esse bonum, & optandum. Quæ moderatio in generationibus etiam intelligenda est.

*De argumentis ex fine. Cap. 22.*

Finis ead<sup>a</sup> sa causa q<sup>b</sup> rum. **F**inis dici solet causa causarū omnium A quod ceteras causas naturæ ordine antecedat. Materia enim, nisi formam accipiat, rudis est, atq; in formis. Forma verò si desit efficiens, nunquam in materiam inducetur. Efficiens denique, nisi finis cupiditate commoueatur, nihil unquam efficiet. Multo tamen verius dicimus finem esse causam mediorum, quæ in fine determinantur. Exempli causa habitatio non solum dicitur finis eius, qui domum sibi extinxit, itemque formæ domus, atq;

mate-

materiæ, in quam forma domus inducitur, sed e. iam multo verius ipsius ædificationis, qua & construitur domus, & habitatio paratur. Quo sit, ut ex fine, quem nobis proponimus, non solum probare possimus, quales cæteræ cause esse debeat, sed etiam qualia media ad finē consequendū dirigenda sint, & præmittenda.

**B** Est autē triplex finis quem admodum &c. cause. Alius est ea res, cui aliquid ex-  
petitur: quo pacto non solum Deus est finis noster, sed etiam alij homines, atque adeò nosipsi nobis sumus fines. Nam & Deo gloriam, & proximis, nobisq; ipsis sa-  
lutē optamus. Qua finis acceptione utitur  
Propheta a cùm his verbis Deū alloqui-  
tur, Propter te sustinui opprobrium, &c. Psal. 68.  
hoc est, ad cui gloriā, & laudē hęc omnia  
perpessus sum: & Paulus <sup>b</sup> cùm ait, Om-  
nia sustineo propter electos, ut & ipsi sa-  
lutem consequantur: & Aristoteles <sup>c</sup> cum  
dicit Omnia ( scilicet artificiosa ) sunt 2. Phy. 2.

**C** gratia nostri. Alius finis est res, cuius  
fruitio ( ut sic dicam ) aut usus expe-  
titur quo pacto etiam Deus est finis no-  
ster, quia omnes volumus ut ille seipso,  
& nos etiam illo fruamur: itemq; vita,  
hono.

honores, diuitiae, quibus tum alios vt  
 tum etiam nos ipsos cupimus. Qua signi-  
 ficatione D. Augustinus intelligit Deum  
 esse finem nostrum cum ait, Fecisti nos  
 domine ad te, & inquietum est cor no-  
 strum donec requiescat in te. Et Aristoteles  
 probat nec honores nec diuitias esse ulti-  
 mū finem, quo homines ut summo bono  
 frui debeant. Tertius est ipsa fruitio aut E-  
 usus rei, quæ desideratur. Cōp̄lectōr autē  
 nō minibus fruitionis, & usus ipsam quo-  
 q; adeptionem, ac possessionem rerum  
 quibus vtimur, aut fruimur. Huiusmodi  
 finis est aperta Dei optimi Maximi con-  
 templatio, quam optamus, & ineffabilis  
 illa iucunditas, quæ ex ea capitur, itemq;  
 possessio virtutum, honorum, aut diuitia-  
 rum in hac vita, & ea oblectatio, quæ ex  
 usu harum rerum perecipitur. Qua finis  
 usurpatiōe vtitur Aristoteles, cùm docet  
 contemplatiōe Dei & substantiarum sepa-  
 ratarum, vt in hac vita haberi potest, es-  
 se ultimum finem hominis (etenim fidei  
 lumine minime edoctus non potuit pro-  
 gredi ulterius) usum verò rerum aliarum,  
 vt salutis, roboris, pecuniarū, & honorū,  
 non esse ultimum finem, sed ad illum  
 aliqua-

d  
1. Cōfes. 1

e  
2. Ehti. 5.

f  
3. Ehti. 7  
& 8.

aliquatenus requiri. g

**E**x fine primi generis (hoc est, ex re, 1. Eth. g. & cui aliquid expetitur) concludere possu- 10. Eth. 8.  
mus hoc modo, Deus efficit omnia prop-  
ter se, igitur non est autor peccati, quod o-  
quidem peccatum in Deum referri non  
potest. Omnia sunt in Dei gloriam faci-  
enda, non est igitur Deus blasphemādus,  
non est proferendum verbum ociosum,  
&c. Optas proximis bona, ne sis igitur,  
cuiquam occasio ruinæ. Diligiste, ne te  
igitur malæ cupiditatis veneno periras.  
Vis perfectus esse, vende omnia, & da pau-  
peribus, & sequere Christum. Ex fine se-  
cundi generis (ex re videlicet cuius fruitio,  
aut vius desideratur) sicut argumenta-  
ti. Optas magna, cōtemne igitur parua.  
Vis abunde mettere, ne parce igitur semi-  
nes. Vis turrim ædificare prius ergo com-  
puta sumptus. Vis bellum committere,  
vide num sit tibi maior exercitus cogen-  
dus. Ex ipsa fructione, vel vsu, quē finem  
tertiū fecimus, ita colliges. Optas Deum  
videre, esto igitur mundo corde. Vis esse

Argumēta  
ex fine pri-  
mi gene-  
ris.

Ex fine se-  
cundi ge-  
neris

Ex fine  
tertiū ge-  
neris.

**F**particeps gloriæ Christi, patere igitur  
cum Christo. Ad locum finium reu-  
catur à quibusdam locus, Ab ipsis, eo  
n quod

quod usus sit finis officij, aut instrumenti,  
cuius est usus. Verum cum nomen usus  
magis sonet effectum, quam causam, ad  
locum potius effectorum videtur pertinere.

## De usu loci causarum Cap. 21.

**V**T tamen ad certam aliquam normam, tam variam ex hoc loco arguendis esse causas ex causa conclu-  
ditur.

**P**rimus modus. a. Phy. 3.

**B**

mentandi rationem redigamus, aduertendum est, tribus modis posse effectum ex causa concludi: uno quo ad potentiam: altero quo ad actum. siue imperfectum, quod est fieri, siue perfectum, quod est esse: tertio quo ad aliquam affectionem cuiusmodi est esse bonum, vel malum. Primus probandi modus hoc pronuntiatio praescribitur ab Aristotele. a

Causa potens & effectus in potentia simul sunt aut non sunt.

Hoc est, si iam extat causa ad effectum edendum apta. dubium non est quin esse etus esse possit (modo non desint aliæ cause, que ut effectus producatur, cocurrere, ac conuenire debent) quod si talis causa non extat, nec effectus esse poterit, saltem potentiam propinquam, de qua loquor.

Remota

Remota enim, ac dilatati potētia, potestate, dubium non est quin effectus, etiam dum causa non extat, verè dicatur possibilis, modo causa possit in rerum natura existere. Hinc suadebis posse Saracenos Mauritaniæ incolas ab Hispanis debellari: quia non deest Hispanis materia, ex qua possint arma concire: nec duces periti, aut milites strenui, & exercitati, qui possint bellum inferre: nec ignorant optimam belli gerendi formam: nec cœla, obquam beliu[m] inferendum sit est iniusta.

Hinc etiam probare quis posset, Abel non potuisse interfici gladio, quia nullus adhuc erat faber ferrarius, qui posset gladium crudere: vel quia non dum erat materia propinqua gladij, ferrum videlicet expiori materia constitutu[m]. Secundus probandi modus hoc altero pronunciato significatur ab eodem autore.<sup>b</sup>

Secundus  
modus.

Causa in actu, & effectus in actu simul sunt, aut non sunt,

Hoc est, si causa iam edit effectum, iam effectus editur: si vero nulla edit effectum, nec effectus editur. Haec plana sunt, ac similiter intelligenda in præterito, & futuro tempore. Ut si causa edebat in iij effectum,

effectū, utiq; effectus edebatur: si edidit, editus est si illa edet, edetur hic: Sic diderit, editus erit. Vt or autem edendi verbo, non autem efficiendi, ne de sola efficiente causa loqui videar: quāquam inter verumq; verbum, quod ad usum attinet, perparum interest. Ex causa tamen actu edente effectum non semper concluditur effectus in actu perfecto, hoc est, non semper colligitur effectum editū esse. Quāquam enim ex materia, & forma semper sic licet argumentari, Materia, aut forma edit compositum, ergo compositum editum est: in efficientibus tamen, & finibus nō valet, nisi editio sit ita perfecta, ut edi, & editum esse idem sint. Quo pacto sic licet concludere, Deus creat nunc animam, ergo nunc anima perfectè est: Sol iucet, ergo dies est; Deus aperte videtur à beatitudine, ergo amatur. Licet quoque ex absolute positione cause concludere effectum esse in esse perfecto, aut imperfecto: verum hoc nō sit nisi cùm argumentamur ex causis necessarijs, hoc est, necessariis editibus effecta sua, ut ex materia omnino disposita, aut ex quacunque forma caduca, & mortali, aut ex quibusdam

effici-

Num semper ex ab initio uta posse cause concludatur effectus.

efficientibus: ut si dicas, Materia est summo calore affecta, ergo ignis est: Anima leonis est in rerum natura, ergo leo est. Sole est, ergo lumen productum est. Motus cœli est, ergo sub cœlo res gignuntur, et intereunt. Dixi, Ex qua-  
cunque forma caduca, & mortali quia in immortalibus non valet. Si enim di-  
cas, Anima Socratis est, ergo & Socrates, nil concludes. Differt hic modus ar-  
gumentandi à superiori, quod ibi argu-  
mentabamur ex causa in actu, hoc est,  
ex causa edente effectum, hic autem  
ex causa tantum absolute posita in re-  
rum natura.

**E**t Tertium modum concludendi effectū ex causis pressè aliquantulum tradit Aristotle, in causisque efficientibus dunta-  
xat, his nimiriūm pronuntiatis.

Quorum efficientia sunt bona, ipsa sunt bona.

Quorum efficientia sunt mala, ipsa sunt mala.

Quorum intermentia sunt bona ipsi sunt mala.

Quorum intermentia mala sunt ipsa sunt bona.

2. Top. 22.

3. loco. 31.

Ileū dicit de generationibus & corrū-  
ptionibus seu interemptionibus, ut su-  
præ dictum est. Priora duo pronuncia-  
ta ceteris etiam tribus generibus causa

Cap. 3.

rum accommodari possunt, latè tñ acceptis nominibus boni, & mali, ut ministrum non tantum bona, & mala in moribus, hoc est, laudanda, & vituperanda, comprehendant, sed etiam in bona, & mala tum naturæ, tum artis. Exempla Hic seruus habet firmam corporis constitutionem, ergo est utilis. Hic est valetudinarius, ergo inutilis : Hic equus habet aptam formam, proportionemq; membrorum, igitur bonus: Hic ineptam, ergo parum valet: Milites sunt utiles Republicæ, ergo & bellum. Venefici sunt perniciosi, ergo & beneficia Bonæ est vita coelestis, ergo boni sunt labores, quos iusti pro ea perpetuantur: Nil prodeit superba vita, & diuinitatu niausta otia nil confert, vana est igitur onniscura, & solicitude conquiriendi superbos honores & arrogantes diuitias. Exempla reliquorum duorum pronuntiatorum hæc sunt, Reges, qui maleficos non patientur viuere, sunt boni, ergo malefici mali: Tyranni, qui Christianos trucidabant, erant Christo detestabili-s, ergo Christiani amabiles. Cæterum cum audis Quorum cause sunt bona, ipsa esse bona, subaudi, qua ratione à bonis

F

*Explicatio pronuntiatorum.*

à bonis causis proueniunt . Nam & si à bonis causis, mala quædam nascuntur (vt à viris probis leuia peccato) non tamen ab illis proueniunt, qua ex parte sunt bona. Sæpe etiam effectus, qui ab una causa non malus nasceretur, ab alia mala vitia-  
tur, vt si quis restituat alienum gladium,  
vt homicidiū aliquod perpetetur, Quin  
etiam sæpe numero cùm cause omnes  
sunt bona, mala vna circunstantia potest  
effectum reddere vitiosum. Itaque si cau-  
sa est bona, effectusque ab ipsa prouenit  
qua ex parte bona est, tum de num erit  
bonus si aliunde non vitietur. Hinc acile  
colliges, quo pacto reliqua pronunciata

**G**sint intelligenda. Aduerte tamen hoc loco sub his quatuor pronunciatis generalibus plurima specialia contineri, vt Quorum cause sunt honestæ, ipsa quoque sunt ho-  
nesta: Quorum utiles, & ipsa sunt utilia:  
Quorum iucundæ, & ipsa iucurda:  
Quorum in pretio habitæ, & ipsa in  
pretio habentur: Quorum magni con-  
stant cause & ipsa magni constant: at-  
que ita, in ceteris pronunciatis. Quod  
utiq; dixerim ne existimes (quæd nonnul-  
li Aristoteli obijciunt) angustam valde ac  
n iiiij      ieiunā

Q uām la-  
tē pateant  
proposita  
probua  
ciata,

ieiunam materiam his pronunciatis contineri. Aliæ quoq; enunciationes proponi possent alijs, atque, alijs effectorum cōditionib; colligendis, vt, Ad cuius artis materia in pertinent causæ, ad eandem pertinent effecta; Quoram causas facilius assequimur, ea facilius scientiâ tenere possumus, & aliæ quām plurimæ. Sed he omnes in hoc generali pronūciato, cōtinētur.

Cuius conditionis est causa, eiusdem suo quodammodo lo est effectus.

*Generale* Quod quo pacto sit intelligendum, & in pronunci, alia atque, alia deducendum, iudicio matum non gis expendendum est, quām documen-  
segniter torum multitudine explicandum. Sed  
potius. iam effectorum locū, qui huic proximus  
est, breuiter lūstremus.

*De loco effectorum Cap. 24.*

**Q**VAM multa sint effectorum genera, A  
lex ipsa causarum multitudine nul-  
lo negotio intelligi potest. Cum enim  
causa, & effectus mutuo se respiciat, quām  
multiplex fuerit causæ nomen tam mul-  
tiplex sit nomen effectus necesse est. Quin  
& usus loci idem est, ac superioris, ordine  
duntaxat pronunciatorum conuerso.

Nam

Nam ut ex causis sic argumentabamini;  
 Dantur cause, quae ad effectum edendum  
 aptæ sunt, ergo effectus esse potest. Sic ex  
 effectu possumus concludere. Effectus es-  
 se potest, ergo datur causa, à quibus pro-  
 uenire possit, atq; ita in ceteris prouin-  
**B** ciatis. Nisi quod hoc plus virium habet  
 argumentum ex effectis, quod cum non  
 ex quauis causa colligamus effectum es-  
 se, vel fore, ut ex Deo creaturam, ex quo-  
 uis tamen effectu colligimus causam es-  
 se, vel fuisse, ut ex creatura Deum, & ex  
 pictura pictorem. Item cum ex bonitate  
 seu perfectione causæ efficientis non pos-  
 simus colligere maiorem perfectionem  
 effectus, nec necessariò æqualem ex perfe-  
 ctione tamen effectus concludimus, aut  
 maiorem, aut certe æqualem perfectionem  
 efficientis cause. Itaque cum usus loci  
 huius ex superiori patet, satis erit si ex  
 quatuor effectorum classibus nonnulla  
 exempla subiiciamus.

Nota hec

**C** Ex effectibus materiæ sic licet conclu-  
 dere. Hæc res genita est, ergo ex alia præ-  
 cedente, quæ interit, est genita. Inter-  
 ite potest, igitur materia constat. Est  
 densa igitur habet multū materię: Rara,

n v ergo

ergo parum. Grammatica distinguitur à Rhetorica, igitur oratio emendata circa quam versatur grammatica, distinguitur ab oratione ornata, quæ sub Rhetorica considerationem cadit.

Ex effectibus formæ, hoc modo. Conchilia sentiunt habentque ex te quedam motum, ergo habent animam. Alia est proprietas terræ, alia lapidis, igitur alia est forma essentialis illius, alia huius. Hæc area est omnium, quæ æqualem ambitum habent, capacissima, est igitur rotunda. Hi characteres sunt inæqualis magnitudinis, ergo & ipsorum typi. Tabernaculum Moysi habuit aureum candelabrum, ergo & exemplar eius, quod Moysi in monte monstratum est.

Ex effectibus efficientis hoc modo, Deus produxit omnia ex nihilo, habet igitur potestatem infinitam. Ex quo effectorum genere sunt quam plurima exempla in sacris literis: ut est illud, <sup>a</sup> Qui plattavit aurem, non audiet? aut qui innxit oculum non considerat? Et illud, <sup>b</sup> Cùm enim sit inter vos zelus, & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

Ex

a Psalm. 53

b ad Cor;

**F** Ex effectibus finium, sic licet argumen-  
tari: Hic rex parat arma, & cogit exerci-  
tum, igitur vult bellum inferre, aut pro-  
pultare. Hic amicus arripit quamcumque  
occasione expostulandi cum amico, ergo  
cupid ab amicitia eius discedere. Vnde il-  
lud, c Occasiones querit, qui vult recedere  
ab amico. Hinc etiam licet concludere,  
Hic homo seruat diligenter mandata Dei,  
ergo proponit sibi cælestē vitā. Hic Chri-  
sti consilio persuasus distribuitur omnia  
in pauperes vult igitur sequi Christum.

Prouer. 1.

**G** Huc spectant argumenta ex vīsibus, cu-  
iushac sunt capita.

Cuius vīsus est bonus, id bonum est.

Cuius vīsus est malus, id malum est.

Argumen-  
ta ex vī-  
bus.

Hinc probamus Dialecticam esse utilem,  
quia vīsus eius utiles est (tradit enim in-  
strumenta disquirendi omnibus in rebus  
veritatē) Sophisticen verò perniciosa, Quis nam  
vīsus hoc  
loco intel-  
legendus  
sit.  
quia vīsus eius est perniciosus; cùm deci-  
piat homines, atque deludat. Hic tamen  
nomine vīsus intellige vīsum rei, quem ip-  
sa per se, atque ex natura sua sibi vendi-  
cat: ali⁹ qui ex malo vīsu Iurisperit⁹,  
aut Medicin⁹, aut Eloquenti⁹ (quibus  
multi abutantur ad aliorum perniciem)  
licebit

licebit concludere, has artes esse pernici-  
osas: contraque ex bono usu illatarum in  
iuriarum, odij, & inimicitiarum (quas  
probi homines patienter sustinent) lice-  
bit colligere iniurias, odia, & inimicitias  
esse res bonas: quod absurdissimum est.

Error ha-  
reticorum  
nostris tem-  
poris. Hoc cum non animaduertant cœci hære-  
tici nostri temporis ex abuso sacerdotij,  
pontificatus, & aliorum sacrorum mini-  
steriorum, ac piorum exercitiorum Eccle-  
siæ, quo non pauci notantur, & arguuntur,  
colligunt quasi ex proprio harum rerum  
usu, tollenda omnino esse de medio hæc  
sacra ministeria, & pia exercitia. Quod  
quanta sit absurditate, ac cœcitate plenū  
dici non potest, quia una excepta virtute  
(qua sola dñmo, qui ea prædictus sit ma-  
le vti potest) nulla res adeo est bona &  
excellens, ut ea praui homines abuti non  
valeant. Restant ex connexis antecedentia,  
& consequentia, de quibus iam di-  
cendum est.

Quo pa-  
tro an-  
tece-  
dentis &  
conse-  
quentis  
voca-  
bula, hic  
sumatur.

*De locis antecedentium, & conse-  
quentium. Caput 25.*

A Ntecedentis, & consequētis vocabu- A  
la, non accipiūtur hoc loco produa-  
bus.

bus precipuis partibus argumentationis,  
quarū altera ex altera efficitur ( sic enim  
omnia argumenta essent ab antecedentib;  
ex quo heret, ut omnes loci essent lo-  
ci antecedentium ) sed accipiuntur pro-  
rebus, quæ necessario entecedunt, aut se-  
quentur aliquid in quæstione positum.  
Ut si qualito sit, Vtrum aliqua virtus sit  
homini naturalis, nec ne, licebit partem  
afinim autem sic suadere ex antecedente  
virtutis iustitia est homini naturalis (ali-  
oqui vita ciuili, quæ sine iustitia cōstare  
non potest, non eilec hominibus natura-  
lis) omnis autē iustitia est virtus, igitur  
aliqua virtus est naturalis homini. Ex  
consequente autem virtutis hoc modo,  
Omne quod est rationi consentaneum,  
est homini naturale (cū homo sit ani-  
mal rationis particeps) Omnis autem vir-  
tus est rationi consentanea, igitur omnis  
virtus (ne dum aliqua) est naturalis ho-  
mini. Ut ergo intelligas qualis nam sit  
vius horum locorum, aduerte, antecedē-  
tium (vt hoc loco antecedentia sumun-  
tur) duo esse genera, totidemque conse-  
quentium. Antecedens uno modo dici-  
tur res, ex qua necessario sequitur aliud,

sive

Duo gene-  
ra ante-  
cedente. & cō-  
sequent.

sive ordine attributionis, quo pacto iustitia est antecedens virtutis, cum virtus necessariò de iustitia, ac vniuersè prædicitur: sive ordine temporis, quo pacto vulnus in corde est antecedens mortis, quia necessariò mors breui consequitur. Alio verò modo antecedens dicitur res, quæ necessariò danda est, si aliud dādum sit, quo pacto adolescētia est antecedens iuuentutis, & fundamenta ædificij. Si enim infans futurus est iuuenis, necesse est ut prius adolescat: Itemque si ædes futuræ sunt, necessariò ante iacienda sunt funda menta. Consequens quoque duplex est: C vel id, quod necessariò ex antecedente prioris generis consequitur, ut virtus cō paratione iustitiae, & mors respectu vulneris in corde, vel id, quod necessariò requirit antecedens posterioris generis, ut iuuentus adolescentiam, & ædificium fun damenta. Antecedentia, & consequentia prioris generis vocari possunt antecedentia, & consequentia simpliciter posterioris autem generis antecedentia, & conse- & consequentia ex hypothesi, seu cōditione. Usus antecedentium, & consequentium simpli citer (quæ magis propriè antecedentia, &

Quibus nominib<sup>z</sup> distingui possint. Usus ante cedētium & consequentium simpliciter. D

& consequentia dicuntur) his duobus  
pronunciatis, traditur ab Aristotele.<sup>a</sup>

<sup>a</sup>  
2. Top. c. 2.  
2. loco 13.

Posito antecedente necesse est pon: consequens.  
Sublatoco sequente, necesse est ut collatur an-  
te edens

Exempla. Iustitia est virtus, ergo rati-  
oni consentanea. Injustitia non est rati-  
ni consentanea, ergo nec virtus. Habet  
vulnus in corde; ergo breui morietur:  
Non morietur breui, non habet igitur in  
corde vulnus. Huc spectat argumentatio  
illa Pauli, <sup>b</sup> Si autem filii, & heredes: in  
qua ex re antecedente concludit conse-  
quentem. Et illa, sapientia carnis inimica  
est Deo: legi enim Lei non est subiecta, <sup>c</sup> Ibidem,  
nec enim potest: in qua ex negatione rei  
consequensis tollit antecedentem, quasi  
dicat, Non potest esse subiecta, non est i-  
gitur subiecta. Si tamen antecedens, &  
consequens æqualia fuerint, hoc est, con-  
vertibilia, ut Dialecticus, & differendi ar-  
tifex, licebit sublata re, quæ erat antece-  
dens, tollere eam quæ fuit consequens, &  
posita consequente ponere antecedentem.  
Qui modi colligendi cernuntur in verbis  
Domini apud Ioanem. <sup>c</sup> Cum enim dixis-  
set, Qui ex Deo est verba Dei audit, statim

<sup>b</sup>  
Ad. Rom.

<sup>c</sup> Nota.

<sup>c</sup>  
Ioan. 8.

sub-

subiecit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis: quibus verbis collitur res, quae fuit consequens, quia collitur antecedens. Cum autem dixisset qui habet  
 Iohann. 14: mandata mea, & seruat ea, ille sit qui diligit me, paucis interpolatis, ex re, quae fuerat consequens, posita intulit antecedentem hoc modo, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Licebit etiam

**Notā.** ex consequente, quod latius pateat,posito, ponere antecedens, si consequens uniuersè accipiatur, ut cum paulo antedicemus, Omne quod est rationis consilaneum est homini naturale, omnis autem virtus est rationi consilanea, omnis ergo virtus est homini naturalis. Quale etiam est illud Pauli, Nunquid non au-  
 Ad Rom. 10: dierunt: Et quidē in omnem terram exi-  
 uit sonus eorum. Quasidixerit, omnes na-

Vsus ante tiones audierunt, ergo gens Iudæorū.

**c**edentium & conse**f**quentium ex hypo**e**thesi. Vsus vero antecedentium, & consequentium ex hypothesi, est omnino iuperiori oppositus. Quem ex secundo posterioris resolutionis libro his duobus pronuncia tis licet colligere.

**C**ap. 12. Sublato antecedente, necesse est tolli consequens. posito consequente, necesse est ponit antecedens.

**E**xem-

Exempla, Hinc infans, non adolescet,  
 ergo nec iuuenis erit: iuuenis erit, ergo &  
 adolescens. Aedificanda est domus, ergo  
 iacienda sunt fundamenta: Fundamen-  
 ta non ponentur, ergo nec domus ædifica-  
 bitur. Hic vere amisi bona sua, ergo pos-  
 sidebat: Nil possidebat, ergo nihil amisi.  
 Huc spectat illa medax excusatio Giezi,  
 g Non fuit fermus tuus quoquam. Rogau-  
 erat Heliseus, Vnde venis Giezi? Tum  
 ille quia redire aliunde non poterat, nisi  
 ante fuisset, negavit antecedens, ut Heli-  
 seus negatum consequens intelligeret.  
 Illud quoque Pauli, h Quomodo inuoca-  
 bunt eum, in quem non crediderunt eo  
 dem modo tractatur. Cum enim credere  
 sit antecedens inuocationis, qui non cre-  
 dunt, inuocare non possunt. Illud vero  
 Domini, i si vis ad vitam ingredi serua  
 mandata, ex cōsequente positio ponit an-  
 tecedens. Quod si quis obiecerit hoc argu-  
 mentum duci ex loco finium, non igitur  
 ex hoc: occurrentum erit alia, & alia ra-  
 tione idem argumētum ex diuersis locis de-  
 sumi posse. Quia igitur ratione ex fine col-  
 ligit mediū ad locū finiū pertinet: qua ve-  
 ro ex cōsequēte huius generis positio ponit

o antece-

4. Reg. 5.

Ad Ro. 10.

Matth. 19.

Obiectio.

Solutio  
an mad-  
uerenda.

antecedens, ad locum consequentium spectat. Sæpe etiā re distinguūtur huiusmodi argumenta. Nam hæc argumentatio, Obijt, ergo vixerat, est ex consequente, non autem ex fine, quip pecunia mors non sit finis ( hoc est causa finalis ) vitæ, quod recte docuit Aristoteles iuridens illud Poëta. Extremū, ob quod natuserat, fatumque petivit, hoc est mortem. Modo eodem dissolues id, quod quis obijceret, Argumentum illud, Iustitia est virtus, ergationi consentanea, non pertinere ad hūc locum, quia pertinet ad locum totius vniuersalis, & alias sexcentas huiusmodi cauillationes. Est autem per utile, quod idem argumentum in multis locis repetriatur, multique sint aditus, & viæ vnius inueniendæ rei, vt si uno in loco vel scrutandi negligentia, vel querendi festinatione, quod aptamus non inuenierimus, altera tamen via, tertiae tentantes, offendamus.

*De locis praecurrentium, comitantium,  
& subsequentium. Caput. 26.*

**E**X coniunctorum locis restat unus, A quem circumstatiū nominauimus, atque

atque ut amplam regionem in tres angu-  
stiores diuisimus, ut pote in locum præ-  
currentium, comitantium, & subsequen-  
tium. Circumstantia quæ Cicero adiun-  
cta vocat, sunt ea, quæ cum re quidem

Circumsta-  
tia que:

<sup>a</sup>  
In Top.

Bcohærent, sed tamen non necessaria. Qua-  
ratione distinguntur hi loci a connexo-  
rum locis. Horum igitur, quædam antece-  
dunt rem, ut portenta, nobilitas maio-  
rum, dies natalis, educatio, consuetudo,  
prævocatio, & huiusmodi alia, quæ onia  
præcurrētia dicuntur. Quædam comitatur,  
ut locus, tēpus, occasio, socij, dignitas, offi-  
ciū, apparatus, &c. id genus, quæ non sine  
causa comitantia vocauimus. Alia subse-  
quuntur, ut laus, diuinit̄ partē, infamia, re-  
prehensio, exhaustū patrimonium, & hu-  
ijsmodi alia, quæ appellauimus subse-  
quentia. Hinc probat Orator, hominem  
perpetrasse homicidium, quod paulo an-  
te colloquutus clam fuerit cùm amicis,  
quod de nocte domum exierit, quod au-  
ditus sit subinde pedum crepitus, armo-  
rum strepitus, quod postea latebras quæ  
sierit, quod inuentus ex palluerit, auc-  
rogatus titubauerit, &c. Quæ quidem ar-  
gumenta & si necessaria non sunt, sèpè

Præcurrēs  
tia.

Comitati  
a.

Subsequē-  
tia.

**Orator** tamen probabilitatem afferunt, s<sup>e</sup>pius  
**s<sup>e</sup>pius,** suspicionem mouent. Proinde & si Dia-  
**quam Dia-** le<sup>c</sup>ticus eorum inuentionem decet Orator  
**le<sup>c</sup>ticus** tamen s<sup>e</sup>pius inuentis vtitur. Verū enim-  
**vtitur hoc** uero si multa ex his ad eandem conclu-  
**loco.** sionem iungātur semper probabilitatem  
 aliquam faciunt, vt merito dicere possis,  
 non modò eorum doctrinam, sed vsum  
 etiam à Dialetico non esse alienum. Pres-

**b**

**Cap. 23.** sīnshæc alijs ex Aristotele secundo Rheto-  
 ricorum libro v accipiunt, cūm vocant  
 communiter accidētia, hoc est, quæ ma-  
 xima ex parte rem antecedunt, aut comi-  
**Pronuncia** tantur, aut subsequuntur. Pronunciata,  
**ea huius** quæ huius loci vsum doceant, nulla sunt  
**loci.** certo numero comprehensia. Sed referen-  
 da hac sunt multa probabilita prouerbia,

**C**

**c**  
**Psal. 17.** quale erit illud Dauidicum (si ad mores  
 vtcunq; traducatur) Cūm sancto sanctus  
 eris & cum viro innocentē innocens eris,  
 & cūm electo electus eris, & cum peruerso  
 peruerteris. Omnia tamen in hoc uno ge-  
 nerali pronunciato intelligi possunt.

Qualia sunt circumstantia, talem verisimile est  
 esse rem, quam circumstant.

**d**

**Exod. 3.** Expr̄currentibus est illud in Exodo, d  
 Sedit

Sedit populus manducare, & bibere, &  
surrexerunt ludere. Et illud i<sup>e</sup> Pauli. Quòd si inuicem mordetis, & comedetis videte  
ne ab inuicem consumamini. Et illud Ad Gal. 5.  
Domini, f Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicūdum enim est cœlum. Et mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. Faciem ergo cœli dijudicare nostis, signa autem temporū non potestis? Matt. 16.  
hoc est, num prope sit mundi redemptio,  
& salus?

Ex comitantibus est illud. g Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia angeli eorum semper vi dent facié patris mei, qui in cœlis est. Et illud Petri, h in die Pentecostes dictum, Non enim, inquit, sicut vos existimatis Matth. 18. A&c. 2, D hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia. Huc pertinent signa Physiognomica, quibus naturale ingenium cuiusque coniectant physici. Exempli causa coniectat Aristoteles: eos, qui frōtem habent paruam in disciplinabiles esse: qui valde magnam, Aris tardos: qui rotundam, insensatos: qui minus planam sagaces: qui quadra - gnom. etiam, & moderatam, magnanimos, & alia quam plurima.

Ex subsequentibus hæc sunt.<sup>1</sup> Non tan-  
 Eccl. 5. desconuerit ad Dominum, & ne differas  
     de die in diem: subito enim veniet ira il-  
 m      lus. Et illud Pauli, <sup>m</sup> Quē ergo fructum  
 Ad Rom. 6 habuistis in illis, in quibus nunc erubesci-  
     tis? Nam finis illorum mors est: & quæ  
     sequuntur usque ad finem capitum. Illud  
 n      quoque Augustini in laudem B. Lau-  
 Sermo. 3. rentij, Neceile, inquit, erat, ut initia bona  
 de S. Lau- fierent, quorum finis est optimus suble-  
     gatus: & martyres eos non solum fuisse  
     cum passi sunt, sed etiam tunc martyres  
     Christi esse, cum viuerent, &c. Latissimè  
     patent hi loci, qui eò etiam frequentiū,  
     quam cæteri sunt in usu, quò patentiores  
     sunt, & facilius argumenta suppeditant.  
     Sed iam ad locos disiunctorum argumen-  
     torum ingrediamur, primumque videa-  
     mus consentanea, ex quibus statim se-  
     offerunt similia.

Similia  
     que dicantur hæc lo-  
     ci.

De loco similiū. Cap. 27.  
 Similia hoc loco non tantum dicuntur A  
     Sea, quorum eadem est qualitas, sed ea  
     omnia, quibus aut unū aliquid conuenit  
     aut certè plura, quæ ἀναλογία proportionem  
 Top. 1. et aliquam interf se habent.<sup>4</sup> Verbi  
     causa

causa duæ res cädidæ quæ candidæ sunt, duo æqualia corpora, duo animalia eiusdem speciei dicūtur similia, quoniam eisdem qualitatem, aut quantitatem, aut essentiam communem habent. Mens vero, & oculi serenitas, & tranquilitas, au- merantur in similibus, quoniam & si quæ eiusmodi sunt, nil vnum commune ha- bent, sed diuersas essentias, & conditiones, habent tamen quandam inter se propor- tionem. Ut enim mens se habet ad ani- mum, sic oculi quod ammodo ad corpus. atq; quod est in aëre serenitas, idem pro- portione quadam est in mari tranquilli- tas. Vsum igitur huius loci his duobus pro usu loci.

**B** aunciatis tradit Aristoteles.<sup>b</sup>

Quod in uno simulium valet, valet in cæteris.

Quod non valet in uno, nec in cæteris.

<sup>a</sup>. Top. 2.  
loco 32.

Exempla. Corpus regitur oculis, ergo animus mente gubernandus est. Si au- culatores sua opera, & industria possent mare tranquillum facere, id magnopere curaré, igitur cùm iij, qui in Reipublicæ ad ministratioñe versantur, pacé omni- um ordinum obseruandis ligibus conse- qui valeant, si id non faciūt, reprehēsione o iiiij sunt

**Quia** li. sunt dignissimi. Ut vascula oris angusti superflusam humoris copiam respuunt sensim autem induentibus, veleriam instillatis complentur: sic tenera pueroru ingenia grandia non statim percipiunt, quæ tamen pedetentim progrediendo faciliè adiscunt.

**Huc spe-** Huc spectat totum genus C  
**Etat to-** exemplorum, quod quartam argumen-  
**rumque** tationis formam superiori libro fecimus,  
**rum geno-** siue proprie dicantur exempla; siue pa-  
**argumen-** rabolæ, siue apologi. Quin etiam non de-  
**tacionis.** sunt, qui dicant, Exemplum nullam esse  
 argumentationis formam, sed totum ad  
 materiam huius loci pertinere, de qua re  
 alibi disputandum est. Sunt vero hoc ex  
 loço tam multa in diuinis scriptis argu-  
 menta, ut pa'sim omnibus sint obvia.

**ad Cor.** Hinc Paulus e cum dixisset, Nescitis quia  
**3.** modicum ferméatum totam massam cor-  
 rumpit: mox infert; Expurgate igitur ve-

**d** tus ferméatum ut sitis noua conspersio. Et  
**Cap. 9.** infra d' cū dixisset Quis militat suis stipé-  
 dijs vnquam? Quis plātat vineam, & de  
 fructu eius non edit? Quis pascit gregem  
 & de lacte gregis non manducat? Nesci-  
 tis, quod qui in sacrario operantur, quæ  
 de sacrario sunt edunt? & qui altario  
 deser-

D deseruiunt, cum altario participant?  
 hunc in modum concludit, ita & Domi-  
 nus ordinavit ijs, qui Euangelium annun-  
 ciant, de Euangelio vivere. Latissime ve-  
 rò patet huius loci usus in colligēdis attri-  
 butis vnius analogi ex attributis alterius.  
 Ut ex conditionibus gubernatoris dirigē-  
 tis nauem conditiones Regis gubernan-  
 tis Rem publicam: & ex ijs, quæ conueni-  
 unt pastori, ea, que conueniunt episcopo:  
 & ex effectibus panis effecta corporis Do-  
 mini: & ex proprietatibus seminis pro-  
 prietates verbi Dei: & ex varijs qualita-  
 tibus terræ in qua semen suscipitur, quam  
 varij sint affectus auditorum diuini ver-  
 bi. Quo viu nullus prope dixerim est fera-  
 cior, aut fœlicior in hoc locorum campo.

E Non desunt tamen qui dicant, omnium  
 locorum, e quibus ducuntur argumenta,  
 nulli ferè minis esse virium contra reni-  
 tentem auditorem, quam similitudinis:  
 ad eum verò, qui sponte sequitur, do-  
 cendumque se præbet, nullum esse ac-  
 commodatiorem. Aperit enim rem, in-  
 quiunt, si recte adhibetur, & quandam  
 eius imaginem subiicit animo: ut cum  
 assentiēdi necessitatē, non afferat, afferat

Rodolph.  
i. de laue.  
26.

Documentum animaduertendum, tacitum dissentendi pudorem. Verum si similia, quæ ex parte similia sunt probe teneantur, non est usque adeo infirmum hoc argumentorum genus, ut etiam remittentem auditorem reuincere non possit.

*De loco maiorum. Cap. 28.*

Discri-  
men triū  
sequentī  
locorū  
a superiori-  
tibus.

**A**Rgumēta, quæ ex locis hactenus inuentis erimus, non desumebantur ex tota quæstione, sed ex subiecto, aut prædicato questionis. Aut enim erant definitiones, aut descriptiones, aut notationes eorum, quæ in quæstione concludenda subiiciebantur, vel prædicabantur: aut modo aliquo affecta ad ea, quæ subiiciebantur, aut prædicabantur. Nunc incidimus in locos, ex quibus, quæ de promūtūt argumēta affecta sunt ad totam quæstionem concludendam hoc est, ad ipsam totam conclusionem. Nam maiora, quæ nunc primum occurunt, dicuntur ea, quæ maiorem habent probabilitatem, quam ea enunciatio, quæ concludēda, & confirmāda est. minora, quæ minorem: paria, quæ parem, seu æqualem. A maioriis huiusmodi argumenta ducūtur: Si Mazaganum non fuit à centum viginti millibus.

B.

millibus expugnatum, non expugnabitur à viginti milibus. Si in diuitijs adiu-  
cta etia m potestate, ac honoribus non est  
summum bonum : qui fieri potest, ut in  
diuitijs hominis oblouri, ac priuati situm  
sit. Si eloquacia Ciceronis non potuit per-  
suadere Octauio, in quem ille maxima  
beneficia contulerat, ne se traduceret super-  
bo, ac impotenti hosti Antonio, qui con-  
uenit, ut Rex vincatur nudis precibus, ne  
eradat iustissimæ neci regie maiestatis  
proditorem? Huius loci ȳsus in hoc uno  
pronunciato positus est.

Si id, quod verisimilius videtur non est verum,  
nec id, quod minus videtur, verisimile.

Itaq; tractatio huius loci tota est nega-  
tiua. *Huc spectat illud fratrum Ioseph ad*  
*dispensatorem, b Pecuniam, quam iueni-  
mus in summitate fæcorū reportauimus*  
*ad te de terra Chanaam: & quomodo cō*  
*sequēs est, ut furati simus de domo domi-  
ni tui aurū, vel argentū? Et illud domini,*  
*c Si terrena dixi vobis, & non creditis,*  
*quomodo si dixerō vobis cœlestia crede-  
tis?*

Hoc pre-  
niciatum  
tribue ex-  
pli cat

Arist. 2.  
Top. extre-  
mo cap.

b Gen. 44.

c Ioan. 5.

*De loco minorum. Cap. 22.*

Q uo

**Q**uo autem pacto tractanda sint argumenta ex loco minorum his exemplis intelliges, Si parua sepe Lusitanoru[m] clavis Thurcarum in India impetum fr[er]git, cur modo id non facient omnes Orientis vires? Si pro Christo contemnenda est vita, cur non pecunia? Si pro inimicis orandum est, cur amici odio prosequendi? Itaque tractatio argumentorum huius loci est omnino opposita superiorum tractationi. Tota enim est affirmativa, cum illa sit prorsus negativa. Potest igitur hoc B[ea]tum Arist[otelem] uno pronuntiatio doceri. \*

Et hoc do

cet Arist vno pronuntiatio doceri. \*

extremo

c. 2. Topi.

tribus iti-

dem pro-

nunciatis.

b Deut. 31.

c. reg. 14.

Si id quod minus verisimile est, verum est, & id etiam erit quod magis verisimile videtur.

Hac spectat illud Moysi iam iam morituri ad populum Israëliticum, b Ego scio contéctionem tuam, & ceruicem tuam d[omi]nissimam, Adhuc viuente me & ingrediente vobiscum semper cōtentiosè egistis contra Dominum, quanto magis, cum inor

tuus fuero<sup>r</sup> Et illud Ionathæ, c Turbavit, inquit, pater meus terram: vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto: quanto magis si comedisset populus de præda,

ini-

inimicorum suorum? nonne maior plaga facta fuisset in Philistijm? Et illud Domini, d Si ergo vos cum sitis mali, no stis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester, qui in cœlis est, da bit bona petentibus se? Et illud Bernardi - in verba ea Domini, Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt, Quo modo, inquit, potabis domine desiderantes te torrente voluptatis tuæ, qui sic perfundis crucifigentes te oleo misericordiæ? Aliter accipiuntur à multis nomina maiorum, & minorum, aliterque hi duo loci explicantur, atque tractantur. Ceterum nos Aristotelem ut potè in hac re luculentius, & melius loquutum libenter sequimur.

<sup>d</sup> Matth.7.  
<sup>e</sup>  
<sup>f</sup> De passio ne Domini.  
In his sunt Cic. in To pi. Quint. lib.5.c.10. Rodolph. 1.lib.25. & alijs quidā ex recen- tioribus.

*De loco partium. Cap. 30.*

**A**Rgumēta ex loco partium hoc modo explicantur. Si abstinentia virtus est, & continentia erit: Si iactantia virtus non est, nec hypocrisis. Quæ pœna aduersus imperfectorem patris iusta est, eadem aduersus matris. Si duces non ideo mali habentur quod interdum superantur, cur Philosophi male audiunt, si aliquando fallun-

## 222 INSTIT. DIALECT.

<sup>a</sup> Aristot. 2. fallitur: <sup>a</sup> Itaque his locus tum affirmatur.  
 Rhet. 2. 3. tunc tum negatiū tractatur. Id quod Ari-  
 stoteles <sup>b</sup> tribus documentis enucleate do-  
<sup>b</sup> cet. Possunt tamen illa hoc uno expedi-  
 2. Top. ca. tius, & planius significari. B

<sup>c</sup> 4. Si data propositione vera est, aut falsa, ea etiam que  
 videtur <sup>a</sup> que prob. bilis vera erit, aut falsa.

<sup>c</sup> Huc spectat <sup>c</sup> illud sapientie ita dicentiss;

<sup>c</sup> Proph. 1. Quia vocavi & renuiſtis: extedi manum  
 meam, & non fuit quia aspiceret: despe-  
 xistiſ omne concilium meum, & increpa-  
 tiones meas neglexistiſ: ego quoque in  
 intentiuſ vetro ridebo, & subſanabo, cum  
 vobis id, quod timebatis, aduenirerit. Et

<sup>d</sup> Luc. 6. illud <sup>d</sup> nolite iudicare, & non iudicabimur  
 ni. Nolite condemnare, & non condem-  
 nabimini. Cimittite, & dimittemini. Da-  
 te, & dabitur vobis. Non immerito autem  
 haec, & alia huiusmodi argumēta, quibus  
 in sacris literis ex meritis concienduntur  
 præmia, aut ex peccatis supplicia, dicun-  
 tur ad hunc locum pertinere: quia & si  
 præmia co-leſtia ſunt maiora meritis, &  
 supplicia inferiora delictis: ex diuina ta-  
 men largitate, ac misericordia, quādam  
 inter haec cernitur ratio iusticie, ac pro-  
 inde

**C**ihde æqualitatis. Ad usum huius lociper  
tinet illud pronunciatum, quod Arist. 2. Top. 4.  
eodem loco eaffert,

Sumentrum prædicati sequitur incrementum  
subiecti, prædicatum sequitur subiectum: quod  
si incrementum non sequitur incrementum, nec  
prædicatum sequitur subiectum.

Vt si maior virtus est melior, aut ma-  
xima optima, virtus utique est bona. Est  
enim pars ratio. Quod si maior non esset  
melior, aut maxima optima, nec virtus  
omnino esset bona. Sunt enim, & hec pa-  
ria. Reciprocatur etiam hoc pronuncia Recipro-  
cum in hunc modum. f Si prædicatum ~~ratio pro~~  
sequitur subiectum, incrementum prædi nuncian.  
cati sequetur incrementum subiecti: quod  
si prædicatum non sequitur subiectum,  
nec incrementum sequetur incrementum.

Quod quidem sic efferti solet, Ut simpliciter  
ad simpliciter, sic magis ad magis, & ma-  
ximum ad maximum. Ut si facere iniuriam  
est malum maiorem facere peius erit, &  
maxima pessimum. Sed hec reciprocatio  
non ad hunc locum, sed ad tractationem

**D**questionis comparatæ, quam infra g subjec-  
mus, pertinet, Verum tam pronunciatum Cap. 35.  
ipsum, quam ei⁹ reciprocatio intelligitur  
in ijs

h in ijs, quæ prædicantur per se. h Alioquin  
 D.Thom. non usquequaq; veritatem continent. Nec  
 3 contra enim recte dixeris, Major vini usus est  
 gent. 139. peior, aut maximus pessimus, igitur usus  
 vini est malus. Nec item Exercitatio cor-  
 poris est bona, igitur maior est melior, &  
 maxima optima. Causa est, quia nec ma-  
 iori usui vini conuenit per se ut sit peior,  
 aut maximo ut sit pessimus: nec exer-  
 citatio corporis est per se bona, sed per ac-  
 cidentem: alioquin omnis exercitatio corpo-  
 ris esset bona, & omnis vini usus malus.

Videntur etiam ex hoc loco deponi E  
 argumēta ex transumptione, quibus pro-  
 positum suademus in ea re, in qua excō-  
 cessione alterius pat sit ratio. Ut si quis  
 probet eandem facultatem naturalem  
 (ut aspectum, aut gustatum) esse contraria-  
 riorum, ut inde probatum relinquat, cō-  
 trariorum eandē esse scientiam. Id enim  
 recte cōcludetur, quia is, cui suadere prin-  
 cipale propositum volumus, assentit sibi fo-  
 re satisfactum, si naturalis aliqua facul-  
 tas contrariorum esse confirmetur. Argu-  
 mentum igitur, quod probandæ minus  
 principali conclusioni, ad quam disputa-  
 tionem transferimus, adhibetur, ex loco  
 par-

pāriū videtur defūni non quidem qua ratione immedietam, minique prius palem conclusio em iuadet sed qua principalem, in qua par esse ratio censetur, Sic qui hoc modo argūmetatus fuerit, Al bum, & nigrum, caduēt sub aspectum, album, & nigrum sive contraria, p̄gitur aspectus est contrariorum probatum re linquet ex pari contrariorum, eandem eis scientia, ob quam cōclūsionē transilata eit disputatio ad superiorē.

*De loco dissimilium. Cap. 31.*

A **R**estant ex locis dissimiliorum argumen torū ij, in quibus latent dissensanea. Primus vero est dissimilium: qui quidem iccirco, ab Aristotele secundo Topicorum libro videtur pr̄termisso, quia ex loco similiū facile intelligi potest. Dissimilia igitur h̄ic cōsentur ea quibus quāt̄a lia sunt nec vnum aliquid commune eit, nec plura, quae inter se proportionem habebant, ut candidum, & atrium: iustus, &

B in iustus: homines & belluae. Usus dissimiliū his pronunciatis traditur.

Dissimilibus dissimilia conueniunt.

Quod vni dissimilium quia dissimile elt, conuenienter conuenit alteri.

Dissimiliū  
ha que  
hic dicā.  
tur.

Usus locie

Vt si iustus, quia iustus laudandus est; iniustus reprehendendus erit. item si bel luarum non est futura prouidere, quia belluae sunt, hominum erit prospicere futurum tempus. Valet autem non pa- C rum hic locus ad resistendum alteri. Si enim quis cōcluderet, hominibus omnia debere esse communia, quod cæteris animalibus omnia cōmunia sint, apte resisteret, qui negaret, id rectè cōcludi, quia homines, & belluae quā sunt eiusmodi, sunt dissimiles. Itaq; plus virium habet ad resistendum, quam ad impugnandum hic locus. Huc spectat adhortatio illa To biæ Iunioris *a* ad sponsam, vt ante usum

*a*  
Tob. 8. tori tres noctes orationi insistat, Filij sanctorum, inquit, sumus, & non possumus ita coniungi vt gentes, quæ ignorat Deū.

*b*  
Matth. 5. Et illud Domini, *b* Si diligitis eos, qui vos diligunt ( hoc est si tantum hos diligitis ) quam mercedem habebitis? Nonne, & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius faciatis? nonne & ethnici hoc faciunt? Et illud Pauli posteriori ad Corinthis epistola. *c* Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iusti-

*c* Cap. 6.

iustitiae cum iniuritate aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidelium cū infidelis? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Cōclusio est, Non eit vobis iugū ducēdum cū infidelibus: reliqua oratio, probatio eit ex dissimilitudine.

*De loco oppositorum, deq; generali oppo-*

*sitorum usu. Caput 32.*

A **A**lter locus eorum in quibus dissen- Opposita  
tanea conduntur, eit oppositorum quæ.  
proprius. Opposita vero aut mutuo re-  
feruntur, ut dominus, & seruus: aut sunt cō-  
traria, ut virtus, & vitium: aut priuatiuè  
opposita, ut aspectus, & cæcitas: aut con-  
tradicentia, ut candidum, & non candidum. Quoniam igitur de hisce extremo  
secundo libro a dillerimus, solus loci v-  
sus nunc explicadus eit. Duo igitur sunt  
pronunciata, quæ communiter omnibus  
oppositis conueniunt, Alterum eit,

2  
Cap. 32.  
Loci vsus;

D **E** de quoconque affirmatur alterum oppositorum,  
negatur alterum.

Q **UOD** quidem ex ipsa oppositorum na-  
tura nascitur. Nam cum omnia opposi-  
ta, quæ opposita sunt, sint repugnantia;

p. 11 repu-

**Cap. 31.** repugnantia verò, ut primo libro b diximus, non possint de eadem re simul affirmari, efficitur, ut de quacunque alterum verè affirmaueris, alterum negare debeas necessariò. Quod quo pacto intelligēdū sit, eodem loco diximus. Exempla cūq; sunt obuia. Sophroniscus est pater Socratis, non est igitur eiusdē filius: Si virtute præditus, non est viciosus: Si aspectum oculorum habet, cæcus non est: Si est candidus, non eit non candidus. Non addidimus autem de quocunque alterum negatur, affirmari alterum, quia sèpissime non ita eit. Nec enim si Socrates non est præceptor, statim discipulus verè affirmabitur, aut cōtra: nec si nō est cāandidus, necessariò dicēdus est niger, & sic in alijs quāplurimis. Ex hoc pronunciatio  
**Ad Gal. 5.** est illud Pauli, c Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis. Caro enim (id est carnis propensio) concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi iuicem aduentantur. Alterum pronunciatum d est. C

**a. Topi. 3.  
loco. 35.  
&cæt.** Si alterum ē duobus oppositis sequitur alterum ē duobus alijs, alterum ex prioribus sequetur alterum ex posterioribus: quod si posterius non sequitur posterius, nec prius sequitur prius.

Verbi causa, cùm relatum maioris cōparationis, & relatum minoris comparationis sint relatiuè opposita, itemque pater, & filius, relatum autem maioris cōparationis vniuersè dicatur de patre, relatum vtiq; minoris comparationis vniuersè dicetur de filio: quod si relatum minoris cōparationis non ita diceretur de filio, nec relatum maioris cōparationis diceretur de patre. Item cū laudandum, & reprehendendum sint contraria, itemq; virtus & vitium, omnis autem virtus sit laudanda, omne haud dubiè vitium erit reprehendendum: quod si hoc non esset reprehendendū, nec illa esset laudanda. Item cùm sensus, & priuatio sensus sint priuatiuè opposita, itemque aspectus, & cæcitas, omnis autem aspectus sit sensus, omnis cæcitas erit sensus priuatio: quod si priuatio sensus non diceretur de cæcitate, nec sensus de aspectu diceretur. Deinde cum animal, & non animal sint cōtradicentia, itemque homo & non homo, omnis autem homo sit animal, omne vtiique non animal erit non homo: quod si non omne non animal esset non homo, D nec omnis homo esset animal. In hoc

*et iter ex-  
trahitur cō-  
sequio  
in cōtri-  
dēntibus  
atque in  
alijs oppo-  
sitīs.*

*Consequē-  
tiū contra  
eadem.*

*Ibidem.  
Consequē-  
tiā conuer-  
so ordine.*

*f  
Ibidem  
Explica-  
tio pro-  
nunciati.*

tamen contradicentium exemplo alio or-  
dine, quam in superioribus oppositorum  
generibus extructa est consequitio, ut cer-  
nis. In illis enim tam antecedens, quam  
consequens, inchoabatur in una, & eadē  
complicatione contrariorum & finieba-  
tur in altera hoc pacto. Omnis pater est  
relatum maioris comparationis, igitur  
omnis filius est minoris. Omnis virtus est  
laudanda, igitur omne vitium reprehen-  
dendum: Omnis aspectus est sensus igitur  
omnis cæcitas est sensus priuatio( quam  
consequentiam vocat Aristoteles, e  
& κολλητηριπεπίταχυτα, id est consequen-  
tiām cōtra eadem seu directō cōtextam)  
at in contradicentibus, antecedens in-  
choatum est in una complicatione con-  
sequens in altera: hoc modo, Omnis ho-  
mo est animal, igitur omne non animal  
est non homo. f Atq; hāc cōsequentiā vo-  
cat Arist. ἀνταλιν, id est ordine cōuerso.

Itaque hoc modo intelligendum est E  
pronunciatum Si alterum è duobus inter  
se, oppositis sequitur alterum è duobus  
alijs similiter oppositis inter se, alterum  
ex prioribus, aut directō, aut conuerso or-  
dine sequetur alterum ex posterioribus  
quod

**F**quod si hoc non sit verum, nec illud verū  
 erit. Hoc tamen animaduertēdum est, in  
 omnibus relatiūe oppositis tractati dire-  
 cto consequentiam: in omnibus contra-  
 dicentibus ordine conuerso, in contrarijs Aristote-  
 autem, & priuatiue oppositis nunc dire-  
 cto, nunc conuerso ordine. Directo qui-  
 dem, vt exemplis propositis ostendimus,  
 Conuerso autem ordine, vt si dicas. Quis-  
 quis habet bonam corporis habitudinem tractari,  
 sanitate fruitur, igitur qui laborat mor- directo  
 bo aliquo, habet malam corporis habitu sequentiā.  
 dinem. Nec enim dixeris, Ergo quisquis  
 habet malam habitudinem corporis, la-  
 borat morbo. Nam sanitas, & morbus  
 sunt internae corporis constitutiones: bo-  
 na autem corporis habitudo internam si-  
 mul, & externam cōpletebitur: mala verò  
 est ea, quæ vel intrinsecus tantum, vel so-  
 lū extrinsecus, vel vtroq; modovitiosa est.  
 Ex quo fit vt eū sanitas necessario sequa-  
 tur bonā corporis habitudinē, non recte  
 inde colligas, quod morbus necessariò se-  
 quatur malam: sed contrà quod mala cor-  
 poris habitudo sequatur morbum. Quan-  
 quam re vera bona corporis habitu-  
 do, & mala non sunt omnino contraria:

qui non habent idem omnino subiectum:  
siquidem mala potest in esse ex iunctus  
tamen, aut tantum intrinsecus: bona ve-  
ro non nisi intrinsecus simul, & extrinse-  
cous inquit, ut dictum est. In priuatione oppo-  
sitis haec capi exempla. Si quis est aspectu  
praeditus, est praeditus sensu, igitur si quis  
est sensu priuatus, est cœcus. Nec enim re-  
cte colliges directò, Igitur si quis est cœ-  
cus, est sensu priuatus, cum hoc plane fal-  
sum sit, tem. Quisquis est mathematicus,  
est scientia preditus, igitur quisquis est sci-  
entia priuatus mathematica priuatus  
est, non autem, Quisquis est mathema-  
tica primatus est priuatus scientia. Item.  
Quisquis abundat auro, & argento, est di-  
ues, igitur quisquis est pauper auro & ar-  
gento priuatus est, non autem Quisquis  
priuatus est auro & argento, est pauper,  
qui ppe cim diuitijs naturalibus abun-  
dare possit. Quenquam re vera pauper-  
tas, & dmitia non sunt omnino priua-  
tione opposita, quia paupertatis no-  
men plus tolit quam diuitiarum vo-  
cabulum ponat. Pauper enim nemo di-  
citur nisi qui & naturalibus & artificiosis  
priuatus est diuitijs: diues autem etiam  
is di-

is dicitur, qui vel alter istantū abūdat.

**G** Sed obiectat aliquis contra ea, quæ diximus, in hūc modum, Ex hoc antecedēte, Quicquid est sensibile, est intelligibile, nec directo licet colligere, iensum esse intellectum, nec ordine conuerso intellectum esse sensum, non est igitur verum pronunciatum in relatiōne oppositis. Rur secunda, sus, ex hoc antecedente, Avaritia est virtutem, nec colliges effusionem (iēu prodigalitatem) esse virtutem, nec contrā, virtutem esse effusionem igitur nec in contrarijs verum est idem pronunciatum. Ad Tertiam, hec, ex hoc antecedente Aspectum habēs viuit, nec concludes cœcum esse mortuum, nec eum qui mortaū est, esse cœcum, igitur nec in priuatiōne oppositis est

**H** verum. Prima tamen obiectio facile solueatur, si dicas, tumesse verum pronunciatum in relatis cum relatum, quod in antecedēte equitur alterum, sequitur illud respectu eiusdem. Satis autem constat, res sensibiles non esse intelligibiles respectu sensus, quem respiciunt, quatenus sensibiles sunt, sed solū respectu intellectus. Secunda verò & tertia obiectiones eadē ratione diluūtur. Qod enim in pronunciatio-

Solutio  
secunda, ac  
tertiae.

p v dicitur,

dicitur, Si alterum, sequitur alterum cū  
hae moderatione intelligendum est, Nisi  
sequatur vtrumq.; Illud autem perspi-  
cuum est, vitium ita sequi auaritiam, vt  
etiam sequatur effusionem: quādoquidē  
vtraque est vitium. Itemque viuere, ita  
sequi eum, qui aspectum habet, vt etiam  
sequatur eū, qui cœcus est. Vterque enim  
vivit. Non est igitur cur pronunciatum  
ob ea, quæ proposita sunt, argumenta, de

**Nota hæc** medio tollendum sit. Ut igitur ex eo ma-  
jorem fructum percipias, diuide illud in  
quatuor specialia, pro ratione quatuor  
generum oppositionis, hoc videlicet mo-  
do. Si relatum sequitur relatum, relatum  
prioris sequetur relatum posterioris: Si  
contrarium contrario inest, contrarium  
alterius contrario alterius inerit aut dire-  
ctò, aut conuerso ordine. Si habitus sequi-  
tur habitum, priuatio sequetur priuatio-  
nem, & contrà, Si priuatio priuationem  
sequitur, habitus sequetur habitum, Siue  
hæc directò fiant, siue ordine conuerso. Si  
affirmatio sequitur affirmationem, nega-  
tio sequetur ordine conuerso negatio-  
nem. Utuntur autem hoc loco sepe nu-  
mero non solù humanæ literæ; sed etiam  
di-

diuinæ, ut cum Paulus g ait, prudentia  
earnis mors est hoc est interiunit: pruden-  
tia autem spiritus, vita, & pax, id est vi-  
tam, & quietem affert: quasi hoc ex illo  
concludens.

g  
Ad Rom.  
8.

*De speciali usu oppositorum. Cap. 33.*

P Rater duo generalia oppositorū pro-  
nūciata, sunt alia quædam specialia.  
Relatorum igitur hæc sunt.

Specialia  
opposi-  
torum pro-  
nūciata.

C uæ mutuo referuntur, mutuo se ponent, tolluntq;  
Q uæ mutuo referuntur, simul cognoscuntur, aut  
ignorantur.

Hæc patent ex libro primo. a Ex prio-  
ri pronunciatio est illud Ioannis Babtistæ  
b de Christo seruatore nostro, & ecclæsia,  
Qui habet sponsam spōsus est. Illud quo-  
q; Pauli c ex eodem pronunciatio videtur  
tractari, Non sum, inquit, Apostolus d ad Cor.  
Non ne opus meum vos estis in Domino?  
Et si alijs non sum Apostolus, sed tamen  
vobis sum: Nam signaculum apostolatus  
mei vos estis in domino. Cū enim Aposto-  
lus hoc est, Missus, ad aliquē, aut aliquos  
missus fr, ex ijs apud quos ut minister Do-  
mini legatione sua functus erat Paulus,  
conclusit se missum à Domino, hoc est,  
se esse illis apostolorum. Ex posteriore  
pro-

\*  
Cap. 13.  
b  
c  
Ioannis. 3.

d ad Cor.

e

f

- d pronunciato est illud Domini apud Ioannem, d Si me cognouissetis, & patrem meum utiq; cognouissetis, & alia pleraq;  
 Cap. 14. e in hanc sententiam. Contrarijs hæc duo B
2. Top. 3. loci. 2; & peculiaria pronunciata assignat Arist. e  
 24. Illud non est in subiecto dato, quo inhærente sequitur, duo contraria simile esse.  
 Illud non est in subiecto, cuius contrarium non potest eidem inesse.
- f Ibidem. Ex priori probat Aristoteles f pro Pla-  
 tone i. οὐκεποτιμητικόν hoc est speciem Socratis non esse in Socrate, quia si esset, moueretur si mul, acquiesceret. Moueretur enim, quia Socrates mouetur (siquidē cū mouemur, omnia, quæ in nobis sunt mouētur) qui-  
 esceret autem quia idea dicitur esse im-  
 mobilis. Ex posteriori docet cōcludi pos-  
 se, quod odium non sit in ea animi parte,  
 quæ appetitus irascibilis appellatur, quia amor odio contrarius non potest esse in irascibili. Itemq; ignorationem non esse in cupiendi parte, quia scientia ignora-  
 tioni contraria in parte cupiendi esse nō potest, cū sit in parte intelligendi. Hoc tamen pronunciatum non valet in ijs cō-  
 trarijs, quorū alterum naturā inest, vt pa-  
 tet. Ex priori pronunciato probabit The-  
 olo-

vologus, in illis verbis Domini, g Verūta-  
men non sicut ego volo, sed sicut tu, non Matib. 26.  
significari, quod Christus eo tempore ha-  
buerit voluntatem diuinæ voluntati cōtra-  
riam, quia si ita esset, cū ex ijsdē verbis cō-  
stet, ipsum tum voluisse quod pater decre-  
uerat, necessariō fieret, ut in eadem volū-  
tate dūx simul darentur appetitiones cō-  
trariæ. Ex posteriori autē probabit fidem  
non esse in voluntate, vt in subiecto, quia  
error in fide, qui fidei contrarius est, non  
potest esse in voluntate, cum omnis error  
**C** in intellectu sit. Cōtrarijsverò immedia-  
tis, reliquisq; duobus oppositorū gene-  
ribus hoc peculiare p̄nunciatū assignari  
potest. b

Ex contrarijs immediatis, priuatim oppositis, & di-  
contradicentibus si alterum non conuenit, alte-  
rum conueniat necesse est.

Vt si Socrates æger non est, benè valet:  
Si nil videt, cōcūs est: Si non est cādidus,  
est vtique non candidus. Cūm tamen  
pronunciatum hoc accommodatur con-  
trarijs, intelligendū est subiectum naturā Explica-  
aptum: cum verò accommodatur priua-  
tiue oppositis, intelligēdū est præterea menti,  
tempus à natura constitutum ut forma  
insit,

i Cap. 17. insit, quæ patent ex fine libri secundis: & cùm deniq; accommodatur contradicētibus volunt quidam intelligendum interdum esse subiectum, quod in refutacione natura cohæreat, de qua tamen re alibi disputandum est.

*De loco repugnantium. Cap. 34.*

<sup>a</sup> Repugnā.  
tia que.  
<sup>a</sup> Cap. 31.

**E**X locis dissentaneorum restat unus **A**repugnantium, quem ultimū eorum, è quibus artificiose eruerentur argumēta, numerauimus. Sunt autem repugnātia, quæ de eadem rē simul affirmari non possunt, quod de nominibus repugnantibus extremo primo libro a diximus. Cum igitur omnia opposita, quorum locum nunc tradidimus, sint repugnantia, cur modo locus repugnantium constituatur, quæstio est. Causam hanc Cur locus accipe. Quod latius pateant repugnantia, quam opposita. Multa enim sunt repugnantia, quæ opposita non sunt, vt corpus, & spiritus: homo & bellua: lapis, & lignum: substantia, & accidentes: necessariū, & contingens: & huiusmodi alia. Non sumuntur tamen hoc loco nomina carnis & spiritus pro contrarijs propensionibus, quarū

quarum altera in terrena, altera in cœlestia animū inclinat (vt paulo superius accepta sunt *b*) sed pro ipsa substantia corporis, & animæ. Atque hæc quidem argumenta quæ disparata dici solent, propria sunt huius loci. Verum quia sæpe non est facile disparata ab oppositis secernere, placuit cum Cicerone huc locum omnibus repugnantibus cōmūnem facere, vt eius nomen de omnibus quo-

**B** modocunque repugnantibus admonere Dialecticum possit. Usus loci hic est.

Cui conuenit vnum ex repugnantibus,  
non conuenit alterum, vel reliqua.

Si repugnacia sunt immediata in aliquo genere,  
cui non conuererit alterum, vel omnia præter  
vnum, eidem conueniat alterum, vel reliquum ne  
cessit est.

Exempla prioris pronunciati. Hoc quod  
video, corpus est, a tāgitur, ergo non est  
spiritus (vnde Dominus e palpate, inquit,  
& videte, quia spiritus carnē, & ossa non  
habet sicut me videtis habere) Homines  
rarius sunt boni, ergo non sunt plerunq;  
boni, ac multo minus necessariò boni.

Repugnat hic Rarius, Plerunque, & Ne-  
cessario. Exempla posterioris, Fœtus ante-  
quā accipiat animū rationis participem

*viuit*

*Lucæ. 24.*

*b Cap. 32.*

viuit, nec tamē est planta, animal igitur.  
In vtre inflato eit corpus alijs quod co-rup-  
tione obnoxium, non m. stum, non aqua,

Huc perti-  
ne, locas  
diuisio. 15  
d  
2 de differ  
Topic. C

non terra, non ignis, aer igitur. Proinde  
adhunc locum pertinet locus divisionis  
quem ponit Boetius & ex Theinitio: cu-

ius hic eit vlus, vt enumeratis membris  
diuidentibus, de quacunq; e affirmatur  
vnus, negetur alteru, vel reliqua: de qua  
verò negatur alterum vel reliqua præter  
vnus affirmetur alterum vel reliquum.  
Quem locum significavit Arnt. ex remo-  
secundo capite ubri secundi Topicorum.

e In sacris litteris crebra sunt et repugna-  
tibus argumenta, quale eit illud Dauidi-  
cum , f Nunquid obliuiscetur misericordia  
Deus? aut continebit in ira sua misericor-  
dias suas: Hic repugnat Deus, & non mi-  
sereri, Et illud Sapientis, g In malevolam  
animam non introibit sapientia, nec habi-  
bit in corpore subditu peccatis. Et il-  
lad Domini, h Nemo potest duobus do-  
minis seruire. &cæt. Et illud Pauli, i Si  
adhuc hominibus placarem, Christi ser-  
uus non essein: & alia quam plurima.

Loco. 19.

f  
psal 76,

g  
Sap 1.

h  
Matt 6.

i  
Ad Gal. 1.

A **S**uperest locus unus generalis, quo argumenta artis ex pertia, siue a sumpta continentur. Hæc omnia in testimonio posita sunt: unde fit, ut hoc locum Boëtius ex Themistio Locum a rei iudicio appelleat, Quæ nuncupatio non abhorret à phrasí Aristotelis, qui secundo Rhetororum libro argumenta ex hoc loco de sumpta ἐκ γένεως, id est, ex iudicio nominat. Verum quia testimonium nihil habet ponderis ad faciendam fidem, nisi auctoritate aliqua nitatur, apte videtur vocari ab alijs, Locus ab auctoritate seu potius autoritatis.

B **T**iuis auctoritatis. Cùm autem duplex sit auctoritas, diuina scilicet, & humana, duplex erit huiusmodi locus: unus auctoritatis diuinæ, alter humanæ. Auctoritas diuina summa est, quia Deus. Opt. Max. Diuina autem sit summa, tum sapientia, tum beatitas, nec falli vñquam potest, nec fallere. Huius auctoritatis (cui potissimum nituntur argumentationes Theologie) tanta est vis, ut omnia momenta naturalium rationum longissimo interuallo superent. Hæc vero imprimis tribuitur diuinis scripturis: proximè traditionibus Apostolicis: deinde institutis vniuersalibus.

a s. &c. de  
diff. n. c.  
Tep.

b  
Cap. 23.

Curd ca-  
tur locus  
auctorita-  
tis.

Duplex  
auctoritas.  
Diuina au-  
toritas.

**Autoritas  
humana.**

salis Ecclesiæ, cui assistit Spiritus sanctus,  
ac proinde decretis conciliorum univer-  
salium quæ totam Ecclesiam representat. **D**  
In autoritate humana duo ferè requirun-  
tur, cognitio rerum (quæ quidem scien-  
tia ipsarum, aut experientia continetur)  
& virtus: illa ut scias quid dicas, hæc ut  
velisiuxta eā, quæ intelligis proloqui. Sæ-  
pe tamen ipsa per se veritas nullo virtutis  
adminiculo suffulta, pro se videtur loqui:  
cuius vocem audimus in prouerbijs, quæ  
cōmuniter ab omnibus hominibus (qui  
tamen maxima ex parte sunt improbi)  
vſurpantur. Quin etiā sæpe flagitosi ho-  
mines, qui veritatem, ac virtutem infe-  
stantur, ipsa veritate cogente verum te-  
stimoniūm contra se dicunt, quod quidē  
maximi fieri cōsuevit ad faciendā fidem.  
Sed & quædam res sunt, quæ ex solo vſu  
autoritatē habent, ut quæ ad Gramma-  
ticam, aut ad ciuilem cultum pertinent.

**Quæ fir-  
miora sint** **E**  
**argumēta** Ea porrò argumēta ex autoritate huma-  
**ex autori-  
tate huma** na censemur firmiora, quæ antiquitate  
probata sunt: quia id, quod falsum est,  
aliquādo tandem proditur, ac detegitur:  
veritas autē tempore cōfirmatur, ac robo-  
ratur magis, Nobilitas verò, & potentia  
non

**F**non plus autoritatis secum afferunt, quam vñus ho  
quod virtutis p̄m̄ia esse videntur. Vñus rūm̄ loco  
horum locorum tradit Aritoteles his rūm̄.  
duobus pr̄nunciatis.

In vñu verborum sequenda est vulgi consuetudo. <sup>2</sup> Top. 1.  
In sententia de rebus ferenda iudicium sapientum. <sup>loc. 5.</sup>

Exempli causa ea, quæ bonam valletu  
dinem efficiunt, salubria vocanda sunt,  
vt vulgo appellantur: an verò proposita  
res sit efficiens bonæ valetudinis nec ne,  
id non ex vulgi sententia, sed ex medico-  
rum iudicio cœlitim andum est. Hoc verò  
est, quod dici solet, loquendum ut plures, <sup>Quam la-</sup>  
sapiendum et pauci. Ad prius pro + te pateant  
nunciatum reuocari potest hoc, in lalu- <sup>duo illa</sup>  
tandi ratione sequenda est vulgi consue- <sup>pronon-</sup>  
tudo, & alia plurā, quæ vñu nituntur, ac <sup>ciata.</sup>  
firmantur: quanquam in his magni se-  
pe abusus surrepunt. In posteriori con-  
tinentur plurima, vt, In ferendo iudicio  
de vñu rerum temporalium, sententia  
Christi Seruatoris nostri, qui omnia con-  
didit, expectada est: Cognitio rerū natu-  
ralium à Philosophis naturalibus peten-  
**G**da: Rerū mathematicarum, à mathemati-  
cīs, & alia sexēta. Valet autē hic locus,

& ad confirmandum, & ad refellendum  
vt ait Aristoteles. <sup>c</sup> Hinc concludere licet

Ibidem. <sup>d</sup> decem esse cœlos, quod recentiores Ma-  
thematici dicant esse decem: eodemque  
dissolui non posse naturaliter: quod p̄-

Refutatio itantissimi quique Philosophi naturales  
cuiuidam sententie. negent, co leitem substantiam posse dis-  
solui. Quod verò quidam aiunt, hūc lo-  
cum non esse utilem ad concludendum  
negatiue seu (quod idem est) ad refellen-  
dum, non recte dicitur. Nam argumēta-  
ri negatiue ex autoritate, non est hoc pa-  
eto concludere. Aristoteles non dixit hoc  
ita esse, ergo non ita est (vt ipsi putant)  
sed hoc modo Aristoteles dixit, hoc non

Duobus modis duci argumentū ab autori-  
tate. ita esse, ergo non ita est: quæ argumentan-  
di ratio non minorem habet vim, quam  
si affirmatiuè colligas. Illud tādem aduer- <sup>H</sup>  
te, non solum cum dici argumentum ab  
autoritate, cum immediatè interponi-  
mus autoritatem alicuius ad conclusio-  
nem probandam: sed etiam cum utimur  
argumento alterius loci autoritate confir-  
mato. Verbicausa, qui existimat cœlum  
non constare materia, duobus modis id  
suadere possunt autoritate Aristotelis:  
vno si afferat locum, in quo Aristoteles  
id

id apertè dicat: alterò, si id ex eo probent  
quod Aristoteles c definierit materiam  
esse primū subiectum ex quo aliquid sit,<sup>c</sup>  
& in quod ultimum dissoluitur, cum ta-<sup>1. Phys. 9.</sup>  
men alibi planè docuerit cœlum disso-<sup>c</sup>  
lui non posse. Verum hæc posterior pro-<sup>Primo de</sup>  
bandi ratio plures (si attendis) connectit  
argumentationes. Sunt alij quidam loci  
apud Aristotelem secundo Topicorum li-  
bro, in quo ille hanc materiam prose-  
quitur: sed hi præcipui habentur, ad  
quos merito quicunque alij facile reuo-  
cari possint.<sup>Cœlo. 3.</sup>

Pronunciata, quibus trattatur quæstio  
comparata. Caput 36.

**A**rectè animaduertas, planè intelliges,  
pronunciata omnia, quæ hactenus sin-  
gulis locis assignata sunt, non continere  
rationem tractandæ quæstionis compa-  
ratæ: sed absolutæ duntaxat. Absolutam  
quæstionem voco, cum absolute queri-  
tur, num hoc sit illud, an non, vt, An  
virtus sit expetenda, nec ne? compara-  
tam verò, cum queritur, num hoc sit  
magistrale quam illud, an non aut ali-  
quo alio cōparationis modo, vt, An virtus  
sit magis expetenda, quam bona valetudo,

q iij nec

Alios lo-  
cos quincū-  
q; sunc fa-  
cile ad hos  
posse reuo-  
cari.

Absoluta  
quæstio.  
Cōparata

nec n<sup>e</sup>? etc. Hoc cūm ita sit, vt ratio tractandæ quæstionis simplicis inhærentiæ omnino absoluatur, necesse est addere pronunciata, quibus ea, cum comparatè proponitur, tractari possit. Id quod Arist. diligentissime quidem, sed tamen absq; ordine exequutus est tertio Topicorum libro. Nos igitur ordinem locorum supra positum tenentes, ea pronunciata ex Aristotele afferemus, ex quibus plus utilitat<sup>e</sup> percipi posse iudicabimus.

*Ex locis definitionis, & descriptionis.*

3. Top. c.

*Quod magis suscipit rei propositæ definitionem, id magistale est.* Ut si candor definitur, color aspectum dividens, is qui aspectum magis divisorit, albior erit color. Si veile definitur quod ad finem conducit, id quod magis conducit, utilius est.

Ibid. cap. 2

*Quod magis proprium rei est, eidē melius.* Ut homini vti ratione, quam sensu.

Ibid. cap. 2

*Eorum, quæ sub eadem specie continetur, id melius est, quod habet propriā virtutem, quam quod non habet.* Ut potus frigidus, quam calidus.

Ibid. cap. 2

*Et quod proprium est melioris rei, melius est, quam quod deterioris.* Ut quod hominis,

hominis quam quod bruti animalis.

*Ex loco coniugatorum.*

C *Cōiugatas esse in uicem sequuntur. Ut si* Cap. 23.  
*præstantius est iustè agere, quam fortiter,*  
*præstantior utiq; erit iustitia, quam for-*  
*titudo.*

*Ex loco totius.*

D *Plura bona anteponēda sunt pauciori-* Cap. 2.  
*bus, cum pauciora in ijs, quæ plura sunt con-*  
*tineantur. Ut literæ cum virtute eisdem*  
*sine virtute.*

*Quod simpliciter, hoc est, vniuersē bo-* Cap. 1.  
*num est, melius est eo, quod alicui est bo-*  
*num. Ut valere, quam curari.*

*Quod semper, aut ut plurimum est uti-* Cap. 2.  
*le, melius est, quam quod aliquando. Ut*  
*iustitia, & temperantia, quam fortitudo.*  
*Nam illis semper, aut ferē semper uti pos-*  
*sumus, hac ratiūs.*

*Quod ad omnia, vel plura utile est, me-* Cap. 3.  
*lius est quam quod ad pauciora: Ut aqua,*  
*quam mel. Vnde illud est à Pindaro usur-*  
*patum, Optimam esse aquam.*

*Id quod est in genere aliquo, præstantius* Cap. 1.  
*est (bonitate scilicet ac prestantia illius*  
*generis) quam quod non est in eo genere.*

q. iiiij. Ut

**Concreta** Ut iustitia, quam iustus. Iustitia enim est  
acciden- in genere boni, iustus non item. Nota hoc  
tiū n. noa loco cōcreta accidentiū non pertinere ad  
perit eorū prædicamenta, nihil reductione quadā.

**ad predi- Ex loco causarum materialium.**

**camenta.** *Quod in estreis meliori, melius est.* Ut **E.**  
nisi redu- quod in est animo, quam quod corpori.  
etione quadam. Hoc non est vñquequaq; verum, nisi de ijs  
**Cap. i.** bonis intelligatur, quæ rebus, quibus in  
sunt, propria iunt.

**Capit. i.** *Quod prioribus in est præstatius est quam*  
*quod posterioribus.* Ut sanitas, quam ro-  
bur, aut pulchritudo. Nam sanitatis sedes  
est in humore, siccitate, calore, & rigore,  
ijs que omnino, ex quibus animal primò  
costat robur autem in nervis & ossibus,  
que ad secundā cōpositionē pertinet, sitū  
est: pulchritudo vero videtur esse quæ-  
dam membrorum aptā compositio. Le-  
ge si placet, Aristotelem initio secundi li-  
bri de partibus animalium.

**3. Top. i.** *Quod circa præstantiore materia mter-*  
*satur, aut certius eam attingit, præstan-*  
*tius est.* Ex præstantia materiæ proba-  
bis Philosophiam naturalem anteponē-  
dam esse mathematicis disciplinis, quia  
res naturales, in quibus versatur natura-  
lis

Iis Philosophia digniores sunt, quam quātitates, de quibus differunt Mathematicæ Scientie. Contia vero, ex tractandi ratione colliges, Mathematicas esse præstantiores, quia certiorē ac perfectiōrem, de quātitatibus cosequuntur cognitionē, quam Philosophia naturalis de rebus naturalib⁹. Simpliciter tamen præstantius est id, quod in meliori materia versatur.

Nota hoc

*Ex loco causarum formalium.*

*Quod propter se expetitur præstantius est, quam quod propter aliud. Vt sanum esse, quam exercere corpus.*

3. Topic.  
Cap. 1.

*Et quod per se, quam quod per accidens. Vt amicorum iustitia, inquit Aristoteles, quam hostiū Amicos enim per se iustos esse optamus etiam si nihil inde ad nos redat, & apud Indos habitent: at hostes, ut nihil nobis noceant. Loquitur ut ethnicus. Nam & hostibus etiam optare debemus bona, quanquam nihil inde ad nos redditur. n sit:*

*Et quod naturā bonum est quam quod non naturā. Vt iustitia, quam iustus. Quod quo pacto sit intelligendum ex dictis patet.*

Ibidem:  
Vt potest  
ex fine lo-  
c: Tocius

Cap. I.

*Et quæ propter se in maiore sunt honore, magisque laudantur, quam quæ propter aliud. Ut amicitia, quam diuitiae. Nemo siquidem opes in honore habet, laudatè nisi propter aliud: at amicitiam propter ipsam colimus etiam si ex ea nihil fructus speremus.*

Cap. 3.

*Et quod propter se expetur, quam quod ad hominum commendationem duntaxat. Ut valetudo, quam pulchritudo. Id autem ad commendationem, & gloriam duntaxat esse dicitur, quod si nescient homines, nullus in eo comparando labor impendatur.*

Cap. 3.

*Quod appositum rei alicui efficit eam expetibiliorem præstantius eo est, quod non efficit illam ita expetibilem.*

### *Ex loco efficientium.*

Cap. I.

*Quod per se est causa boni, præstantius est, quam quod per accidens. Ut virtus, quam fortuna. Eadem ratio est in contrario. Nam quod per se est causa malii, magis fugiendum est, quam quod per accidens: ut vitium, quam fortuna.*

Et

*Et quod si omnes haberemus, non es-  
set opus altero, quam quo obtento, altero  
indigeremus, Ut iustitia, quam fortitu-  
do. Nam si omnes essent iusti, non esset  
opus fortitudine, at si essent fortes, iu-  
stitia nihilominus opus esset.*

*Et quod efficit id, in quo est bonum,  
aut melius, quam quod non efficit. Ut  
virtus, quam potentia: & iustitia, quam  
fortitudo.*

*Et id cuius quisque manult se esse  
causam, quam alium quempiam. Ut ami-  
citia, quam pecuniae. Manult enim  
quisque ab alijs diligi sui causa, quam  
aliorum gratia at opes per seruos, ac fa-  
mulos libertius conqueruntur.*

*Id, quo melior res comparatur, ma-  
gis expetendum est. Hac ratione magis  
expetenda sunt ea, quibus consequendae  
virtutis causa utimur, quam quibus uti-  
mur causa voluptatis. Eadem ratione  
magis fugienda sunt quæ virtutum a-  
ctionem magis impediunt: ut morbus,  
quam deformitas.*

H

*Ex loco finium.*

*Finis magis expetendus est ijs, que ad  
finem ducunt. Vi Victoria, quam bellum.  
Eorum*

Capit. 1.

Capit. 3.

Capit. 3.

Capit. 1.

*Eorum, quæ ad finem conducunt, id, quod ad finem proprius accedit. Ut mettere frumentum, quam ferere.*

Ibidem.

*Et quod ad finem vitæ spectat, quam quod ad aliquid aliud. Ut quod ad fruendum Deo, quam quod ad copiam pecuniarum comparandam.*

Ibidem.

*E duobus efficientibus, cuius finis melior, id præstantius. Ut medicus, quam sartor.*

Cap. 1.  
a  
Cap. 2.

*Ex loco effectorum.*

*Notamodo. Id quod possibile potius eligendum est, I  
deratio - quam quod impossibile. Hoc est, quod  
nem. facile fit, quam quod difficile. Eorum  
Virtus e- enim quæ nullo modo fieri possunt nulla  
nim & si est electio, ut ex tertio Ethicorum libro  
difficilior acquiritor a patet. In hoc pronunciato intelligenda  
quam sci est hac moderatio. Modò cætera sint pa-  
tentia, est ria: que in alijs plerisque subaudienda  
tamen ma est. Magis eligendum est hac de causa ca-  
gis eligen pssere scientiam, doctrinam, quam inuen-  
da quia tione. Illud enim per facile est, hoc val-  
melior & sit in mal de laboriosum.*

Cap. 1.  
b Cap. 21.  
& 23.

*Quorum ortus sunt magis optandi, aut  
interitus magis fugiendi, ea magis expe-  
tenda sunt. Addi possunt hoc loco non-  
nulla ex ijs quæ supra b diximus cum in  
cau-*

causarum loco versaremur. Exempla legenti illa facile succurrent.

*Et quæ difficilius conquisita sunt. Chariora enim nobis sunt ea, quæ maiore cum labore comparauimus. Ut opes, quæ ex India deportantur, in maiore habentur pretio quam quæ iure obuenerunt hæreditario.*

### L *Ex loco consequentium.*

*Cui consequens est manus bonum, aut Cap. 2. minus malum, potius eligendum est. Ut cōsilia euangeli a cum communib⁹ præceptis seruasse in hac vita, quam præcepta cōmunitia duntaxat: & abscindere membrum corruptum quam seruare.*

*Et quod magis insigne, quam quod mi- Cap. 2. nus. Ut liberare patriam, quam esse sim pliciter bonum ciuem.*

*Et id in quo extellere præstantius est, & Cap. 3. laudabilius, quam in quo non ita laudabile. Ut amicitia, quam pecuniae. Hæc pronunciata ad locum etiam circumstātium accommodantur, cum ea, quæ rem consequuntur, non consequuntur necessariò.*

### *Ex locis circumstantium.*

Cap. 1.

*Quod*

*Quod diuturnius est id præstantius,  
Subaudi, Saltem sicut etera sunt paria, & M  
ea, quæ comparantur sunt bona. Sic vita,  
quæ in actione virtutum per omne tem  
pus æquabiliter versatur, quò longior fu  
erit eo melior.*

**Cap. 1.** *Et quæ voluptatem, aut indolentiam  
coniunctam habent, aut certe minus mo  
lestiae secum afferunt, quam quæ volup  
tate carent, aut dolorem aliquem habent  
coniunctum, aut plus etiam secum afferunt  
molestiae.*

**Cap. 2.** *Et unumquodq; quo maxime tempo  
re maiorem vim habet. Ut magis optan  
da est prudentia senum, quam adoles  
centium; contraverò, magis expetenda  
est iuuenum fortitudo quam senum.*

**Cap. 2.** *Bona ex circumstantia sunt meliora N  
necessariis, & aliquando magis expetenda.  
Bona necessaria dituntur ea, sine quibus  
res, quibus conueniunt, esse non possunt:  
vt viuere. Bona ex circumstantia vocan  
tur illa, quibus res, cui iam conueniunt  
necessaria, melius constituitur: vt benè  
viuere. Nō tamē quia bona ex circumstā  
tia sunt meliora necessarijs, statim sunt  
magis eligenda. Siquidem philosophari,  
quod*

**Bona ne  
cessaria.**

**Bona ex  
circumstan  
tia.**

quod est bonum ex circunstantia, non est magis eligendum, quam victum querere necessarium.

*Quæ sine alijs expeti merito possunt, an teponenda sunt ijs, quæ sine alijs expeti non debent.* Ut prudentia potestati. Nam potestas sine prudentia non est expetenda: at prudentia etiam sine potestate optanda est.

*Ea bona pro quorum defectione minus vituperamus eos, qui molestè ferunt, ea & se abesse: aut magis reprehendimus eos qui carere ipsis non molestè ferunt: ea, inquam, bona sunt præstantiora.* Ut filij, quam opes: & virtutes, quam potestas.

### Ex loco similium.

*Quod rei bonæ propinquius est, aut similius, aut meliori similius, id melius.* Ut qui vitam apostolicam, aut Christi. Opt. Max. magis imitantur, quam cæteri

### Ex loco parium.

*Sihoc genus est melius illo, id quod est optimum in hoc: est præstantius eo, quod est optimum in illo.* Est enim par ratio. Ut si homo est melior equo dignissimus homo

## 256 INST. DIALECT.

homo generosissimo equo est præstatiōr.

Ibidem. *Si id quod est in hoc genere optimum, præstantius est, quam quod optimum in illo, hoc certe genus præstantius est illo.*

Licet inuertere proximum exemplum.

2. Top. 4: *Si absolutum prædicatum sequitur absolutum subiectum, incrementum prædicati sequetur incrementum iustitiae.*

a Hoc pronunciatum intelligit sole a in D.Tho. 3. prædicatis, quæ per se dicuntur de subiecto. Etis. Ut si honestum est per se bonum, ho-

nestius melius, & honestissimum optimum. Et, si facere iniuriam malum ex se est, maiorem facere peius, & maximā pessimum. Quia tamen exercitatio corporis non est ex se bona, non efficitur ut maior sit melior, & maxima optima. Li-

b cap. 30. cet autem inuertere hoc pronunciatum, sed iam inferuet tractandæ quæstiōni

absolutæ, vt ex supradictis patet. b

*Ex locis oppositorum.*

Cap. 4. *Quæ suis contrariis minus admisi sunt, ea magis talia sunt. Veluti id alius est, quod minus ad mixtum habet nigroris.* P

*Ex loco repugnantium.*

Cap. 2. *Si è duobus unum negamus ut alterum Q in*

*in nobis esse videatur, id magis experien- Cap. 2.  
dū est, quo prædicti videntur. Hinc  
laboriosos nos esse negamus ut in genio  
esse videamur.*

*Lx loco autoritatis.*

R *Id melius est, quod potius eligit prudēs, Cap. 1.  
aut vir bonus, aut recta lex aut qui in al-  
guare excellunt, quararione ratus sunt,  
aut in uno quoque genere perire, aut plu-  
res aut omnes, automata. Ut curare ma-  
gis æterna, quam quæ labuntur cum tem-  
pore: velle potius iniuria affici, quam affi-  
cere: permittere minora quædam mala  
in Republica, ne maiora eueniant, quam  
velle omnia penitus extirpare. Item, quæ  
de poëti diceret Homerus, quæ quæ Chæ-  
rilus: quæ in exponeodis diuinis scriptu-  
ris sancti doctores docuerunt, quam quæ  
sciolli Grammatici autumant: pax, quam  
bellum: prospera valetudo, quam medio-  
critas: Deus (quem omnia, et summum bo-  
num certis quibusdam gradibus suapte-  
natora diligunt atq; expetunt) quam quic  
quid sub eo excellit.*

*Id simpliciter melius est magisque eli- ibidem.  
gendum, quod melior disciplina eligendū  
præcipit. Ut quod Moralis philosophia,*  
r      quam

quam quod Medicina.

Hæc de pronunciatis, quæ ad tractandum quæstionem comparatam simplicis inherentie proponit Aristoteles. Quæ quam sint utilia ad disserendum nemo ignorat, nisi qui propriam huius artis

**Obiectio.** exercitationem non attigit. Quod si quis s

objiciat tradita pronunciata non inferire, nisi tractandis quæstionibus de meliori, & deteriori, cum tamen alia sint pleraquæ accidetium comparatorum, ut de maiore, & minore, de longiore, & breuiore

**Solutio.** deque alijs rebus compluribus: sic occurrentum est. Primum, rarius hæc venire in disputationem Dialecticam. Deinde ex traditis pronunciatis posse genera-

<sup>2</sup>  
Li. 3. Top. cap 4.  
liora colligi, ut Aristoteles docet. Veluti si pro Meliori, & deteriori dicamus Magistrale, & minus tale, vbi videlicet pronunciatorum sensus id patietur. Quampludine scripta hic sunt nonnulla, ut primum à definitione, extremum à paribus, & illud, quod ex oppositorum loco desumptum est.

Quomodo ex locis hæc tenus traditis quælibet proposita quæstio tractanda sit. Caput 37.

Hacte-

**A**Hactenus tradidimus locos communes, quos iustitiae debet Dialecticus, ut facile inueniat argumenta, quibus questionem quilibet, siue absolutam, siue comparatam pertraet. Quiaquam enim inuenire argumenta, rationis sit, & ingenij, facile tamen inuenire est artis, atque huius locorum disciplinae. Quia propter qui paruo labore, simulque copiosè de quacunq; proposita questione differere voluerit, is primum nosse debebit hanc omnem locorum seriem. Deinde hanc eandem multa meditatione, quasi ante oculos habere. Demum cum questione proposita fuerit, tum subiectum, tum praedicatum, tum etiam totam complexiōnem per locos descriptosducere, ut argumenta omnia quae ad rem pertinebunt,

**B**quasi dato signo accurrant. Nec enim nescisse erit pulsare ostiatiū, & velut lectorem importunè omnia latibula scrutari: quandoquidem quae aliquid virium habuerint ad singulas quasi inclamationes, ex singulis locis sponte prodibunt. Quia etiam tanta sēpe te inutiliū argumentorum turba, vel celeriter per omnes locos discurrentem, sequetur, ut non mediocris

Inuenire  
ingenij  
est, facile  
artis.

Quo pa-  
eci quare  
da sint ex  
lo is argu-  
menta.

Nor om  
nes loci  
suppedit  
cui libet  
quaestioni  
argumeta.  
Quod no  
sunt argu  
menta co  
genda.

labor sit ab ea te expedire. Contrà verè  
quædam nonnunquam proponetur qua  
estiones, ad quas tractandas pauci admo  
dum loci suppeditabunt argumenta: quo  
fiet, ut quantumvis ad ostia reliquorum  
pulles, nihil inde sublidij sperare debeas.

Icaque hoc locorum arte non sunt argu  
menta cogenda, ac per vim trahenda, sed  
qua si invitanda. Alioqui timendum est,  
ne uia hæc, & ratio quæ facile e quire  
dis, ac inueniendis argumentis ex cogita  
ta est, impedimento sit futura ingenij, &  
argumenta, quæ ratio ipsa per se liberius  
discurrens haud magno labore inueniret,  
his legibus, quasi cōpedibus astricta, nul  
lo modo assequatur. Atque ut paucis mul  
ta complectar, non eò quaesita est hæc  
ars, et naturam præceptis quasi vinculis  
ligaret: sed ut incertis passibus vagantem  
ad viam reduceret, & paucis initructam  
de itinere, ipsa traditor sequeretur, non  
anteiret. Animaduertendum est autem,

C

Traditos  
locos etiā  
amplificati  
onim mate  
riam sup  
peditate.

teriam omnis probationis, sed etiam am  
plificationis. Amplificatur enim res ex  
conglobatis definitionibus, seu potius  
descriptionibus: ex partium enumera  
tione:

tione ex antecedentium, cōsequentiū  
& circumstantiū frequentia ex multo-  
rum similiū, maiorum, minorum, pa-  
riū, dissimiliū quæ ac contrariorū col-  
latione: demum ex compūciū, & mag-  
norū autorū iudicio, & sentētia. Cūtū  
rei exempla afferre non grauarer, nisi vi-  
dērem magis hoc ad Rhetoricam, quam  
ad Dialecticam pertinere. Nam cū h̄c  
multorum argumentorum vehemens, &  
festina concursatio ad mouēdos affectus  
potius, quam ad mentis persuasionem  
suāpte natura dirigatur, plusq; rē propon-  
itam ipsa dicendi vi, atq; impetu, quā m̄  
ratione amplificet, non dībium est, quin  
ea magis propria Oratorū, quam Dia-  
lecticorū iudicanda sit, Nec solum tota  
amplificationis materia ex locis pr̄scri-  
ptis desumitur, sed etiam omnes tropi,  
quibus oratio sois quasi luminib; s deco-  
ratur. Nam metaphora( quæ omnium  
troporū modorū) nūc est frequētissimus;  
& longē pulcherrimus ex loco similiū  
depromit; synecdoche ex locis potissi-  
mum totius, & partiū: & alijs ex alijs. Ve-  
rū tamē hoc iam totū ad Oratores perti-  
net, cū tropi nec ad probādū quid nec, ad  
r. iiiij ampli-

Amplifica-  
tiō magis  
proprie  
Oratorū  
quā Diale-  
ticorum.

Omnes  
tropi de-  
sonuntur  
ex locis  
pr̄scri-  
ptis.

Tropiom amplificandum defumancur, sed ad ordinandas ac illustrandas orationem. Re-  
ratores liquum mihi esse videbatur, ut exemplum  
pertinent. afferrévnius, aut alterius tractandæ que-  
stionis, perque omnes locos deducendæ:  
sed longitudo tractatus me vocat ad ea  
potius absoluenda, quæ superius pollici-  
tus sum, præsertim cùm singuli loci com-  
pluribus exemplis sint illustrati.

*De locis proprijs admonitio. Cap. 38.*

Loci com- **S**ed quoniam loci communes sine pro-  
munes pa- prijs parum valent, danda est quam  
rom valerit maxime opera, ut cōmuniū doctrinæ  
sine pro- proprietariorum peritia adiungatur. Quod vt  
prijs. fiat, multa meditatione opus est: multo  
Quo pā- etiam maiore lectione. Annotanda sunt,  
etō loci, ut monet Arist. a complura pronunciata:  
proprij multæq; sententiae eorum, qui clari ac il-  
sint que lustres in quolibet rerum genere fuerunt:  
rendi. & que verò communiora sunt in alia, atq;  
in propria- alia minus communia, magisq; familia-  
bab-ndi. ria deducenda: vocabulorum quoq; am-  
bi- <sup>a</sup> Top. 11. biguitas sollicitè pernoscenda: differentiæ  
11. & se- rerum similiū, & similitudines diffren-  
quent. tium diligentissimè peruestigande. Nec  
tenere hoc faciendum est, sed ordine,  
ac

ac ratione singula rerum genera lustrando. Quærendi nanque sunt loci, qui ad naturæ obscuritatem pertinēt, ut animalium, plantarum, lapidum, metallorum, elementorum, colorum. Dei opt. Max. & beatarum mentium. Deinde iij, qui ad vitam, & mores hominum spectant, ut virtutum, vitiorum, rerum publicarum, fœlicitatis, & partium eius. Prostremo iij, qui ad differendi subtilitatem attinent, ut accidentis proprie sic dicti, generis, proprij, & definitionis, qui prori sunt huius artis. Consignandæ sunt multarū rerū definitiones: plures descriptiones: multæ etiā vocabulorū notatiōnes. Cætera verò, quæ ad quāque rē pertinēt eodē modo annotanda. Deniq; referēda sunt omnia innominata cōmuniū locorū, ut parata sint atq; in promptu ad differēdū. Nec enim aliter proprij loci rerū quas Demonstrator, & Dialecticus tractare debet, cogniti ac perspecti esse poterunt. Sed iā fortasse expe-

**B** Et abis ut quoniā hactenus cōmunes locos tradidim⁹, & proprios quærēdos esse admonuimus, mox subiectamuseos qui propriā huius artis materiā attingunt, inter quos percipui habētur illi quib⁹ tractātur r. iiiij. quæstio- finitionis.

Cur hoc  
loco tradē  
diuon sint  
loci acci-  
densis ge-  
neris pro-  
prij & de-  
finitionis.

quæstiones accidentis propriæ dicti, gene-  
ris, proprij, & definitionis. Verum hic la-  
bor non eit à nobis in præsencia flagitan-  
dus, non solum quia tam multa de his

b scriptis Arist. b (excepto accidente pro-  
priæ dicto, de quo brevissime differunt c )

A 4. lib. Topic. vs-  
que ad 7. ut vix ea in summâ redigi possint: sed eo  
vel maxime, quia huiusmodi loci in ijs,

c Ut pote  
secundo  
tanum  
ca. 2. lib. 1. et quæ supra de accidēte propriæ sic appelle-  
lato, de genere, de proprio, ac definitione  
dicta sunt, vt cunq; continentur. Quo fit  
et quæstiones, quibus queritur, num ali-  
quid sit accidens alicuius rei, aut genus, aut  
proprium, aut definitio, ex superioribus  
libris, quantum sat est tractari possint.

Exempli causâ, si existat quæstio, Num  
scire sit accidens homini, nec ne, poteris  
affirmatiuam partem ex definitione ac-  
cidētis secundo libro d tradita sic confir-  
mare: Adest homini, & abest ab eodem C

sine eius corruptione, est igitur accidens  
homini. Item ex descriptione hoc modo,  
Predicatur de hominibus accidentario,  
ac contingenter, ergo &cæt. Quod idem ar-  
gumentum ex notatione, & coniugatis  
videtur duci. Ex parte subiecta hoc mo-  
do, Est accidens separabile, igitur omni-

no accidens. Atq; ita ex reliquis locis, si  
qui alij sunt, qui ad inititum confirmá-  
dum suppeditent argumenta. Quod cùm  
modo eodem possit facere in genere, pro  
prio, & definitione, nil eit cur in præsen-  
tia hæc locorū genera debeas requirere.

*De ordine argumentorum gene-  
ratim. Caput 39.*

**A**DIXIMUS de inuentione argumento- Ordo,  
rum, reliquum est, ut de iplorum or- quid  
dine dicamus. Ordo igitur quod ad hunc  
locum attinet, est argumentorum inter  
se apta ad persuasionem collocatio. Que  
quidem quam sit necessaria differenti, necessaria  
nemo est qui non videat. Ut enim domui argumēto  
construendæ satis non eit lapides, & reli  
quam materiam in cūmulum congerere,  
nisi his disponendis, ac collocandis ar- apta  
tificum manus adhibeatur: utque mili- collocati-  
tes quantum libet fortes, ac strenui  
nisi periti ducis industria formam exer-  
citus accipiant: ad bellum inferendum  
idonei non sunt: sic argumenta ex locis  
traditis coacta tumultuantur, nec ad finē  
adipiscēdū apta sunt, nisi ad persuasionē  
appo-

Latinus hic appositi collocetur. Porro argumentorum accipi a nomine hoc loco, definitiones quoque, & gumenti divisiones (etiam cum nihil probant, sed nomen tantum eam rem, cui adhibentur, declarant) intelligi volemus. Adhuc enim de ipsarum ordine tum inter se, tum eōparatione reliquarum partium cuiusq; translationis in qua de re aliqua differitur, nihil diximus: quod hoc loco fieri cōmodissimè. Duplex est autem argumentorum ordo, natura scilicet, & doctrinæ. E Ordo tem poris nihil ad nos, ad nos pertinet: quia narratio cum nihil declarat ex notioribus, sed rem simpli citer proponat, non est ad persuasionem G

2. & 1. phy. Predi. 11. & t. post. 2. & 1. phy. 1. & 8. phy. 7. Natu rae ordo duplex. Generati onis ordo

composita, nec ad Dialecticam vello modo spectat nisi cum obiter definit aut dividit, aut argumentatur. Naturæ ordo (hoc est quem in rerum natura obseruamus) duplex est: unus generationis, & alter perfectionis, siue intentionis. Generationis ordo (quem exequutionis vocat) is est, quo à minus perfectis ad perfectiora progredimur, & omnino à causis ad effecta. Siquidē natura in rebus efficiēdis à minus perfectis ad perfectiora contendit, & causarum vi gignit effecta. Sub hoc

hoc genere duo potissimum continen-  
tur, σύνθετος, & διάλυγετος, hoc est cōpo-  
sitionis, & diuisionis, seu compositionis ordo, &  
diuisionis. Compositionis ordo est, cum à Composi-  
tionis.  
partibus integrantibus ad totum inte-  
grum, aut omnino à causis ad effecta pro-  
ficiemur. Accipio autem hīc nomen  
totius integri, ut in locis totius, & par-  
tium b. Diuisionis ordo dicitur, cum à  
superioribus ad inferiora descendimus. Cap. 17 &  
Qui quidem propterea diuisionis dici-  
tur, quod præcipua diuisionis forma sit  
ea qua superiora in inferiora distribui-  
mus, ut exquarto libro c perspicuum est.

**D** Ordo perfectionis sive intentionis est,  
cum à perfectioribus ad minus perfecta,  
aut omnino ab effectis ad causas progre-  
dimur. Non ideo tamen progressus ab ef-  
fectis ad causas vocatur ordo perfectio-  
nis, quod effecta sint perfectiora omnibus  
suis causis; sed quia perfectio cause aut  
in effectu continetur aut ab eo, ut ita di-  
cam, supponitur. Sub ordine perfectionis,  
duo itidē, quēad modū sub generationis,  
præcipue comprehenduntur, ἀνάλυσις  
& σύναγωγή, hoc est resolutio, & col-  
lectio, seu resolutionis ordo, & collectionis  
qui

qui quidem duobus ordinibus generationis iam dictis opponuntur. Resolutionis ordo est, cum à toto integro ad partes integrates procedimus: & omnino cum ab effectis ad causas pergitus. Collectionis vero est, cum ab inferioribus ad superiora ascendimus. Animaduerte tamen per E Dignitatis fectionis ordinem, aliū etiam, qui dignitatis ordo appellatur, complecti: quem quidem tum seruamus, cum à re digniori ad alii minus dignam, ut ab homine Ordo con trarius or dini digni tatis no mine pro prio ca rens Doctrinæ ordo. ad Elephantum procedimus. Quod si ab homine ad animal progrederis, non erit dignitas, quoniam animal non est res alia diuersa ab homine. Huic opponitur quidam ordo generationis nomine carēs, cum videlicet ecōcratio à re minus digna, ad aliam digniore perfectiore mīte proficiemur, ut ab elephato ad hominem. Doctrinæ ordo est, cum ab ijs progrederimur, à quibus cōmodius pro ratioē rerū, ac personarum progrediendum videtur. Generaliter autē cōmodias est ab ijs progressi, quorū cognitio ad sequentiū cognitionem requiritur, & (quantum fieri potest) à facilitioribus ad difficiliora. Atque hoc quidem interdū præstans seruādo conti-

continenter ordinem generationis: interdum seruando ordinem perfectionis: interdum vtrunque permisit, hoc eit, sepius

**G**in eadem tractatione ab uno ad alterū, ut cōmodius iudicamus, transeundo. In ijs verò rebus, quæ vidētur & quæ perfectæ & quæ faciles aut difficiles cognitu, nulli ordini relinquitur locus, nisi arbitrario. Verum quia huiusmodi ordo nihil habet artis omittendus in præsentia est.

Ordo ar-  
bitrarius  
non cadit  
sub artem

*De ordine, qui in docendo seruandus est:  
primumque de eo, qui in confir-  
mando. Cap. 40.*

**A** Rdo igitur, dispositiōne argumētorum, aut in docendo cernitur, (cūm scilicet nemo ex altera parte respondet) aut in disputando a. Cum autem is qui docere aliquid vult, duplē laborem suscipiat, ut pote, & confirmandi sua, & refutandi contraria, triplex iam emergit ordo argumētorum a nobis explicandus unusconfirmando, alter in refutando, tertius indisputando. Cum igitur quis confirmare suam sententiam voluerit expli- cabit in primis vocabulum rei, de qua a- gendum est, si forte ambiguum fuerit, aut gendum. <sup>Initio cōsumatio-</sup> <sup>a</sup> <sup>2. Elench.</sup> <sup>b</sup> <sup>c</sup> <sup>d</sup> <sup>e</sup> <sup>f</sup> <sup>g</sup> <sup>h</sup> <sup>i</sup> <sup>j</sup> <sup>k</sup> <sup>l</sup> <sup>m</sup> <sup>n</sup> <sup>o</sup> <sup>p</sup> <sup>q</sup> <sup>r</sup> <sup>s</sup> <sup>t</sup> <sup>u</sup> <sup>v</sup> <sup>w</sup> <sup>x</sup> <sup>y</sup> <sup>z</sup>

ignotæ

ignotę significationis ad quod distinctio-  
ne, aut interpretatione faciet, ut Porphy-  
rius in tractatione quinque universalium.  
**Cum argu-**  
**mentioria**  
**ad unam**  
**conclusio-**  
**nem confe-**  
**runtur qui**  
**nam ordo**  
**teneandus.**  
**In progressu autem, si argumenta omnia**  
**ad unam, eandemque conclusionem**  
**conferenda fuerint ferē seruanda erit**  
**methodus, ac dispositio locorum prescri-**  
**pta ea siquidem collocatio optimus do-**  
**ctrinæ ordo in hac re videtur. Itaque pri-**  
**mūm res confirmanda erit definitiones**  
**deinde varijs (si commodum videbitur)**  
**descriptiōibus: post notatione vocabu-**  
**li: & sic deinceps reliquis argumentorum**  
**generibus. Nisi quod leuiora quæque nec**

**Leuiora prima, nec extrema locanda erunt, sed**  
**argumenta aut rejicienda, aut certe (si non videbun-**  
**que uero cum obti-**  
**nere debe-**  
**ant.**

b

**Cic in O-**  
**ratorē ad**  
**Brutum.**  
**Mutari po-**  
**test loco-**  
**rum ordo**  
**in confir-**  
**manda e-  
 dem cen-**  
**lusi one.**

**Vbi enim firmiora prima ag-**  
**gressionē mentem occupauerint, tum leu-**  
**iora præsertim congregata, & in unum**  
**quasi corpus coacta fidem augebunt: qui-**  
**bis si potentiora succellerint, erit omni-**  
**ores confecta. Atque hac ratione muta-**  
**ri optime poterit locorum ordo. Quin alijs**  
**etiam interdum de causis aliter disponi-**  
**poterunt argumenta, quam supra di-**  
**gesta sunt, modo doctrinæ ordo seruetur.**

Si

B

C

D

Siverò alia argumenta ad alias assertiones accommodanda tuerint, omnes quæ assertiones fuerint de eadem omnino referre seruandus erit hic ordo, ut primum ostendamus rem esse, deinde quid sit, postea qualis sit, ad extremum cur talis sit: id quod Aristoteles docet secundo posterioris resolutionis libro. *e* Quo quidem ordine, cum cōmodissimè quilibet res tractetur, non dubium est, quin optimus do-

Quinam  
ordo ser-  
vandus in  
confirmam  
dis ducen-  
sis cōclusi  
onibus de  
cadem om-  
nino re.  
*e* Cap. x.

**F**lus sit. Quanquam non erit necesse hæc omnia persequi, cùm de uno, aut pluribus constituerit. Ad hos quatuor quali gradus tractationis cuiusque rei, reuocantur omnia quæ de quauis re dicuntur. Ut in deliberatione, id, quod queritur, Posit ne res proposita fieri, ad primum spectat. Quod verò discutitur, Sit ne honestum, utile, iucundum, an contrā, ad tertium pertinet. Nec enim iij, qui deliberant, de questione qua queritur Quid nam res sit, magnopere laborant. Quod tandem querunt. Qua via & ratione id consequi possint, & An facile possint exquirunt, id ad quartum referendum est. Et in iudicio in iudicium illud, An fecerit, ad primū: Quo nomine factum

Ordo in  
delibera-  
tione.

factum censeatur appellandum, ad secundum: Recte ne, an perperam, ad tertium: Quibus auxilijs, ad quartum redigitur: Nam quo fine, & studio fecerit, ad quæstionem recti, & contrarij reuocatur. Laudatio porrò in quæstionibus qualitatis, & causarum potissimum, hoc est in tertia, & quarta versatur. In tractatione porro cuiusque virtutis, Primum, An proposita virtus sit necessaria humanæ perfectioni, nec ne differitur. Quod ad quæstionē aiores fit reducitur. Deinde Quænam sit eius materia, tum obiecta, tum subiecta: quod ad quæstionē naturę pertinet. Tum Quæ sint virtutis affectiones, ac conditiones: quod quæstionem qualitatis perspicue spectat. Ad extremum, Quonam pacto ipsam possumus cōsequi: qua in parte, quæ ad quartam quæstionem reuocatur, de causis, & impedimentis virtutum agitur. Itaque omnia, quæ devina re differuntur ad illa quatuor reuocantur: eodemque ordine ferè tractantur. Si verò aliae assertiones efferantur de rebus superioribus, aliæ de inferioribus, aut aliae de totis, aliæ de partibus integrantibus: aliter auscultationis via,

In laudatione.  
 In tractatione cuiusque virtutis.  
 In auscultatione, absolute  
 ue discri-  
 pta de  
 rebus inter se con-  
 junctis.

via, aliter inventionis disponenda sunt ac  
**G**umenta. In auscultatione siquidem, ab-  
 solutave disciplina, seruandi sunt ordines  
 compositionis, & divisionis: quos Aristo-  
 tele tradit initio physice auscultationis,  
 ut auscultationi, perfectaque disciplinæ  
 convenientissimos, & in tosa fere tra-  
 ctatione physica merito conatur obser-  
 uare. Et enim rationi maxime con-  
 sétaneum, ut quem ordinem natura in re-  
 bus efficiendis seruat, eundem ars nature  
 emula vèlut optimum sequatur. Natu-  
 ra autem compositionis & divisionis or-  
 dinè progrediens à partibus integrantibus  
 ad totum, & à communioribus ad mi-  
 nus communia in effectione rerum profi-  
 cescit. Seruant etiam hos ordines Ma-  
 thematicæ scientiæ quippe quæ à primis  
 initijs orïse, quasi texendo alias, atque  
 alias ex prioribus efficiunt conclusiones.

**H** In inventione vero oppositi ordines ser-  
 uandi sunt, resolutionis nimirum, & col-  
 lectionis. Qui enim sine doctore philo-  
 sophari voluit, & à rebus quæ sensibus sub-  
 iectæ sunt, ad reconditiones sive in arte pe-  
 netrare cupiuit, à toto integro ad partes,  
 & a minus yniuersalib' ad uniuersaliora,

d  
Arist. 1. do-  
gene 201.  
mal. 3.

In inven-  
tione e. rap-  
acelerum.

f id est

id est, resolutionis & collectionis ordinibus accommodatissimè procedunt. Sunt enim hi progressus nostrorum sensuum imbecillitati conuenientissimi. Priorem sequitur Aristoteles cùm ab animalium historia ad tractationem de partibus animalium progréditur: & in libro de mundo ad Alexandrum ( si modo eius est ) cum ex definitione mundi ad partes, quibus mundus constat procedit: itemque

e in primo libro de priore resolutione cùm  
**Ca. 33. &c.** resoluit syllogismum in propositiones & propositiones in terminos. Collectionis

**Socrates.** verò studiosissimus fuit Socrates , ut apud Platonem plurimus in locis videre est. Cùm enim Socrates proficeretur se nihil scire, cum ordinem procedendi potissimum amplectebatur, qui incipientibus, ac inuenientibus cupientibus maximè aptus est. Vnde & Aristoteles extremo secundo

f posteriorum libro, f & initio methaphysicorum, g hūc ordinem inueniendis principijs scientiarum, artiumque præscriptis.

**Cap. 18.** g Quòd si assertiones fuerint de oppositis,

**Cap. I.** h aut disparatis speciebus, aut generibus in

In tract. i oppositis, quibus tamen alia videantur alijs perfe-

eis rebut aut dispa- ctiora , aut saltem faciliora cognitu, aut

ratis.

I

seruandus ordo dignitatis) quod fecimus in explicatione figurarum, generumque argumentationis, aut certè initium faciendum est à re notissima, qua in reliquarum tractatione quasi norma quadam utitur. Ut enim nummos) ut ait Aristoteles h) ad id, quod sibi quisque exploratū, certumque habet probare solet: ita ceteris quoque in rebus agendum est.

Qua de causa ille in explicandis animalium varijs generibus, primum de homine, quod omniū maximē notū nobis necessariō sit, se acturū pollicetur. Quanquam homo dignitatis etiā ordine reliqua animalia antecedit. Si tamen res huiusmodi & quæ perfectæ, ac faciles, aut & quæ difficiles cognitu videbūtur, iā suprà diximus, nulli ordini, nisi arbitrario, locū relinqui. Quanquam re vera inter omnes rerum species, quibus perfectio aliqua inest, datur aliquis ordo perfectionis. Hæc de ordine, quem seruare debet is, qui docet, cum suam sententiam, quam veram esse putat, statuit.

z. de hist.  
animal.

In tractan  
dis rebus,  
quæ videa  
tur & que  
perfectæ,  
& & que fa  
ciles, aut  
difficiles  
cognitæ.

De ordine qui in refutatione seruandus  
est. Cap. 41.

fij Tri.

**T**ribus autem modis progredi potest A  
primus er  
do refuta  
tionis. **T**is, qui contrarias sententias refuta-  
turus est. Vno, si id, quod verum esse exi-  
gitur, prius statuat, atque confirmet; de-  
inde ex veritate comprobata refutet ali-  
orum dicta, & quid veri contineant expo-  
nat. Id quod facit Aristoteles multis in  
locis, ut in explicanda natura motus ter-  
<sup>a</sup> Cap. 2. **tio phylitorum libro.** Altero, si prius ali-  
Secundus ordo. orum opiniones, ac rationes proponat,  
facto initio ab ijs, quæ à verò magis viden-  
tur aberrare, easdemq; mox refellat: de-  
inde ad id, quod sensit statuendum ingre-  
diatur: demum quatenus refutare opinio-  
<sup>b</sup> b. nies veritatem attingant, ex propria sen-  
C. 2. &c. tentia palicis perstringat. Quem ordinem  
vi que ad finem. seruat Aristoteles primo Physicorum li-  
bro b in exquirendis principijs rerum na-  
Lib. 1. a. c. turalium: & in libris de anima, c cum a-  
2. & initio nymæ naturæ inuestigat: & in primo li-  
secundi bro ethicorum, d cùm docet qua nam  
libri. maxime in re posita sit fœlicitas, & alijs,  
<sup>c</sup> d. pleriq; locis. Tertio tandem modo, qui C  
Cap. 4. & deinceps. omni est accuratissimus, si propositis pri-  
Tertius ordo. mūm pro vtraq; parte sentētijs, ac rationi-  
bus aduersis, quæ rem faciant ambiguam,  
maxime vero ijs, quæ veritati repugnat,  
secundo

secundo loco veritatem determinet, ac confirmet: postremò ex veritate determinata, & confirmata cōtrarias rationes dissoluat, qua ex parte verē sententia repugnant. Quo quidem modo quasi conuentientissimo, docet Aristoteles initio libri tertij Metaphysicorum tractandas esse res controversas: id quod eo loco pulcher rimis persuadet rationibus, ac statim in reliquo opere latè exequitur. Expeditissime tamen id factum videbis quarto Physicorum libro fin tractationibus de loco, vacuo, & tempore, Hanc solam tractandi methodum, quoniam præcipua est, adeò approbarunt scholastici doctores, ut nihil, nisi hoc ordine, pertractent, Cæterum, & si dispositio hæc ter-  
tia optima sit, non est tamen ipsa soia amplectenda persertim in scribendo. Sati-

antur enim, qui legunt, similitudinis fa-  
stido. Hec de ordine docendi. In quo  
E duo vitia diligentes cauere oportet, Alte-  
rum ne singulæ penè sententiae in qua-

tionem, ac controversiam vocentur,  
quod plurimi faciunt. Sunt enim mol-  
ta quæ ex alijs grauioribus questio-  
nibus commodius intelligi possunt, docendo,  
f iij aptius

Cap. 1.

f  
Toto lib.  
Num so-  
los hic 3.  
ord. am-  
plecten-  
dus sit.

Primum

aptiusq; alijs assertionibus principalibus  
ut consecutaria subnecti: aut certe ut ma-  
ioris momenti res percipiatur, obiter ex-  
plicari. Alterum quod ex superiori vitio  
**Secundum**, nascitur, ne in controversis rebus tractan-  
dis afferantur fuitiles, ac inane tum opini-  
ones, tum rationes. Nam curare, quæ  
contra tuam sententiam quisque dicat,  
**g**  
**2. Top. 9.** aut dicere possit, amētia est. g In quod vi-  
tiū necesse est labātur ij, qui de rebus aut  
nulliis difficultatis, aut nullius ponderis,  
queq; uno verbo explicari possunt, & quæ  
atque de magnis, ac difficultibus integras  
quæstiones ac omnibus quasi mēbris di-  
stinctas excitant. Sed iam de disputandi  
ordine dicamus.

*De ordine disputandi: primumq; de officio  
argumentantis. Cap. 42.*

**D**isputa-  
tio cog-  
noscendæ  
veritatis  
gratia su-  
cipitur.  
**Q**Via disputatio explicandæ cognos-  
cendæq; veritatis gratiâ suscipitur:  
veritas autem non melius, quam con-  
ferendis cum altero sermonibus, ac ra-  
tionibus elicetur (cū nimirū alter nititur  
pro viribus propositū defendere, alter im-  
pugnare) propria sanè disputationis ratio  
in argumētando, & respondēdo cernatur  
necessæ

necessè est. Qua propter de argumētatis, Disputa-  
ac respondentis officio nūc agendum, vt totus disputationis ordo perspiciatur. At gumentantis officium ferè in his obseruā-  
**B** dis posicūm est. Primum propositionem  
eam, quam defendenstuetur, ponet ante  
aculos, vt eam impugnet, eueratque siue  
quod eā falsam existimet, siue vt veritas.  
impugnata perluceat magis, ac liq̄uidius

Primum  
documen-  
tum argu-  
mentatis

**C** constet. Deinde verò assumet eam argu-  
mentationem, qua existimat infirmari  
posse propositam assertionem. Vno autē Secundum,  
e duobus modis conabitur eam euertere:  
directo videlicet, aut ex hypothesi, quod  
potissimum fit deductione ad incommo-  
dum. **A** Directo, vt si Epicureus aliquis af-  
serat, omnē voluptatē esse bonam, tu autē  
contra sic argumenteris, Nihil quod ra-  
tioni aduersatur bonum est, aliqua volu-  
ptas rationi aduersatur, aliqua igitur vo-  
luptas bonum non est. Deductione verò  
ad incommodum, vt si eandēm assertionē  
sic refellas, Si omnis voluptas bona esset,  
ea sanè, quæ ex homicidio capitur bona  
esset: at hęc, vt apertissimū est, non est bo-  
na, quin potius pernicioſissima: non est  
igitur omnis voluptas bona. In his autem

f iiii argu-

argumentationibus proponendis huiuscmodi verbis utetur Dialecticus, Sic argumentor. Sic contendo, Hec oppono, Obijcio in hunc modum, & similibus.

**Tertium.** *Se* i quoniam propria disputationum <sup>D</sup> materia probabilis est, nec aduersarium omnino cogit, fere semper antequam extruatur argumentatio, roganda sunt ea à respondentे, ex quibus assertio aduersarij infirmari possit. Nam si ea, quæ rogantur, non concedantur à respondentе, poterit inde, is qui argumentatur ad alias, atque alias interrogations sine dedecore transire eaque sensim captare, et quibus speret se rem confessurum. At si absque interrogationibus acceperit, quæ à respondentе negari possunt, periculum est,

**Cautio adhibenda ab interrogante.** si tēns, maiorem ei facessat laborem, quā ipse à principio suscepit. Sed adhibere E debes interrogando hanc cautionem, ut non statim roges ea, quæ labefactandæ aſ

**8. Top. b.** fitioni aduersarij proxima sunt. b Id enim ille si intellexerit, negabit omnia, auditumque argumentationi per proteruiam obstruet, nec te sine qua manus conferere argumentando. Itaque repotēdæ

tendæ sunt altius interrogations, & à rebus, quæ à proposito longè videntur distare, exordiendum: id ī ipso in quo tota vis refutationis posita est, interdum multitudine interrogationum obruendam, non nunquam euam quodam quasi pallio causæ sue, aut effectus, aut rei similis, aut alicuius alterius occulendum: quò respondens securior factus, & quasi in alijs rebus nihil ad propositum pertinentibus occupatus, sincerius dicat quod sentit, sicque veritatis vox nequaquam metu impediatur. Duæ sunt igitur, ut diximus, Duæ for-  
mæ consili  
gēdi cum  
altero.  
**F**confingendi cum altero rationes ac formæ. Altera cùm nostris sumptionibus altero. confisi aduersarium sine ulla interrogazione inuadimus: quæ ut grauior est, & cōstantior, sic etiam minus tutæ. Altera, Pósterior cùm ex responsione alterius elicimus argumentationis materiam: quæ ratio & tūtior est. communiore est, magisq. vulgaris, ac multo etiam tūtior. Sed hec posterior, quæ apud veteres sola ferè habebatur disputandi formula, ut apud Platonem, & Aristotelem cernere est, hodie raro auditur, priorem scholis omnibus assidue resonantibus.

*Quartum* Nam verò si respondens non admisit. **G**  
 rit quod tu rogaisti, licebit quidem tibi  
 id probare, verum non teneberis. At si ne-  
 gauerit, quod tu sine interrogatione ac-  
 cepisti, id ipsum cogeris confirmare, nisi  
*A quibus* sorte per se notum sit. Quanquam ad  
*& qua ratiōne* pro-  
*bari pos-* reprimendam proteruiam respondentis  
*lēnt ea,* conceditur, tum Dialectico, tum **Meta-**  
*physico, & ut ex ijs,* quae respondens ali-  
*que per se* oīqui adnittit, probet propositionem per  
*nota sunt.* se notam, quam ille pertinaciter negat.

*z. Phy. 2 &* Hoc enim non est simpliciter probare id,  
*4. metha* quod per se notum est, & quasi luce alia  
*4. &c. capi* clarissimū solem ostendere, sed coercere  
*tibus.* potius hominis peruvicaciam, & insolent-  
*d* iam. Id quod Arist. facit quarto meta-  
*Ibidem.* physicorum libro d coarguens Heracli-  
*2* tum, ac Democritum, qui prima princi-  
 pia omnium notissima inficiabantur.

*Quintum.* Si verò inductione multarum rerum **H**  
*e* adhibita non dederit respondens vniuer-  
*2. To. p. 2.* salē propositionem, poscendum ab eo  
*& 8. Top.* est, ut aliquid contrā obijciat, in quo pro-  
*2.* positio non sit vera: e quod vocant Pete-  
 re instantiam. Hoc enim si respondens  
 non fecerit, perperam videbitur negare  
 propositionem.

Coge

I Cogetur autem argumentans explicare propositionem ambigam; & eam, quæ obscurum sensum habuerit, aut verbis parum usitatis constituerit, exponere f. Sextum.  
 Cumq; aliquid probauerit, distinxeritque alioue modo explicauerit, illud apte nominabit, dicetque, Probo antecedens, Proba consequentiam, Distinguo consequens Expono propositionem, &c. Sic enim melius constabit de re inter disputantes, cū ea, de quibus disceptauerint, proprijs fuerint nominibus significata. Quod si respondeo ita occurrerit, ut argumentatio soluta videatur, relinquetur argumentantilocus premendi adhuc, & examinandi solutione. Tum dicet, Cōtra, Sic iusto, & similia. Septimum.

L Interdum, ut aliquid probet, dicet Ponamus hoc, aue illud etiam si falsum sit, modo hypothesis non sit impossibilis. Inde enim aliquid fieri posse, fortasse colliget, Ut si dicat, Ponamus Deum creasse cœlos dūtaxat: quod quanquam falsum est, tamen fieri potuit. Unde cōcludet, posse, Dei potestate dari vacuum aliquid accue inane in rerum natura. Nam data illa hypothesis, nihil cœlū Lunæ complexu suo

**Monum.** suo caperet: sicque vacuum esset. Deniq; illud magnopere curabit argumentans, vt nihil aliud, quam quod à respondentे negatum fuerit, confirmet, aut certè id, vnde illud possit colligere.

*De officio respondentis. Cap. 43.*

**Primum** **R** E spondentis institutio his fere documentis continetur. Primum nihil cum respō simpliciter defendet, quod verū non sit, aut verisimile. Exercitationis tamen causa, etiam ea, quæ probabilia non sunt, sustineri possunt, modo qui ea defendit significet, se disputationis causa id facere, **A** **Quanquam** hac etiam moderatione adhibita, raro id faciendum est, quia ferē ita fit: vt qui audiunt, non quasi tu disputationis gratiā id defendas: sed tanquam ea dicas, quæ probes, & sentias, ita te oderūt. **a** Deinde nunquam in eadem disputatione, aut assertioni, quā tuetur, aut se debet in respondēdo is, qui falso ali- sui responsionibus repugnabit. **b** Est enim hoc vel maximū respondentis vitium, vt ipse contra se sua tela retorqueat. Quod quid disputationis sum aliquid disputationis causa defendit. **B** Iccireo enim dici solet, mēdaciē memorē esse

esse oportere, quod qui falsum astruit, faciliter sibi contradicat, nisi tuendo, ac defendendo mendacio valde inuigilet. Plura enim repugnant falsis, quam veris. c Ve-  
1. pri 0.33. Tertium.  
 ris siquidem sola ea, quae falsa sunt aduersantur: ac falsis, tum vera, tum etiam fal-  
 sa. Hoc igitur obseruato, vera concedet: falsa negabit, ambigua distinguet: obs-  
 curæ propositionis explicationem petet:  
 d quæ vocantur impertinentia, hoc est,  
 quæ ad institutum nihil spectat respuet. Sig  
 nificabit enim ea siue vera, siue falsa sint,  
 nihil ad institutionem disputationem per-  
 tinere. Si quid rogatus fuerit, respondebit:  
 sit, nec ne ita, nisi interrogatio fuerit pro-  
 pria alius scientiæ. e Si quid etiam argu-  
 mentans posuerit, quod impossibile non  
 sit, nec repugnet ijs, quæ posita sunt, &  
 data, admittet illud. Quanquam vero, Sextum.  
 consequentia non proprie dicantur vere,  
 aut falsæ, concedet tamen aptas, & ne-  
 gabit ineptas, ac vitiosas. Sæpe tamen  
 cernere non poterit sit ne bona, an vi-  
 tiosa consequentia, nisi prius distinguat  
 consequens, quod ambiguum sit, cum  
 quodam fortasse sensu consequentis sit  
 bona consequentia, alio vitiosa. Qua  
 propter

propter antequam cōcedat, aut neget cōsequationē: distinguet eiusmodi conse-  
 quēs, vnoq; sensa cocedet cōsequentiam,  
 Consequētia nūquā D  
 est distin-  
 guēda, sed cōcedēda.  
 aut neg-  
 da con-  
 quens cō-  
 trario.

aut negeta: neque consequens concedē-  
 dum, aut negandum, sed distinguendum;  
 Nam si respondens concilierit antece-  
 dens, & consequentiam, consequens quo-  
 que velit, nolit concedat necesse est. si ve-  
 rō consequentiam negauerit, quid quā so-  
 opus est ulterius progreedi ad conceden-  
 dum, aut negādum cōsequens. Illud enim  
 perpetuō obseruabit respondens, vt simul  
 atque ipse aliquid negauerit, statim ta-  
 ceat, vt is, qui argumētatur suas agat par-  
 tes. Nisi quod (vt Aristoteles) merito do-

f  
 8. Top 3. in cet.) sēpe necesse est, vt respondens non  
 fine.

solum neget, quod alter accipit, aut ro-  
 gat, sed etiam cur id neget, exponat, nē  
 absurde id negasse videatur. Proposita

Ottavum. igitur assertionē themate i.e., siue positiōe  
 respondentis, si is, qui contrā argumenta-  
 tur, nullis interrogationsibus premissis to-  
 tam statim argumentationem proposue-  
 rit, tota semel mox repetenda est non  
 solum vt benē teneatur, constetque inter  
 oppo-

opponentem, & respondentem, sed etiam  
vt detur locus cogitandi de responsione.  
Siquidem precipitata responso in multa  
incommoda sèpè numero incurrit. Dein  
de regrediendum est ad initium argumē-  
tationis, & per singulas sumptiones eun-  
dum: sic tamen ut prius videas, num ad  
euertendam tuam assertionem apte sint,  
nec ne, quām utrum verē sint, an falsē.  
Nam si illæ ad refutationem tuæ propo-  
sitionis non pertinent, quid necesse est de  
earum veritate cōtendere? Sic autem fiet,  
ut cūm duo sint solutionum genera, infi-  
ciando nimirum quæ assumuntur, & ne-  
gando consequutionem: hoc posterius sit

**F**ordine dictriñæ prius. Id quod, ut cetera,  
egregiè docet Aristoteles. Primum repe-  
titionem his verbis inchoabis, sic argumē-  
taris, In hunc modum contendis. Hæc  
opponis, & similibus. Posteriorem, his,  
Cūm sic argumentaris, Quando ita con-  
tendis, Quoniam hæc opponis. Quando-  
quidem sic objevis, & alijs id genus. Tum  
sequentur illa, Concedo maiorem, Nego,  
Distinguo, Esto (quod barbarè dicitur  
**G** Transeat) Sit ita ut vis, nihil enim mea  
interest, &cæt. ut diximus. Si vero ille in-

Nem pri-  
us ex mi-  
nanda sit  
consequen-  
tia, quā an-  
teceperint.

Duo gene-  
ra solutio-  
num.

Nam alia  
que ex 8.  
top. afferū-  
tur à Ro-  
dolpho.

2. deinceps.  
cap. 15. &  
ab alijs,  
elabordi-  
potius ra-  
tiones sunt  
quam sol-  
vendi.

g.  
8. Top. 5.  
& 2. elich.

terro-

Norum terrogationibus te aggrediatur, & si vete-  
 Ratio res statim sine villa repetitione reponde-  
 pondendi bant, ita est, aut, Non ita est, Distingue,  
 veterum hoc sensu verum est, illo autem falso.  
 Esto, Fuerit ita, &cætera: tamen est,  
 Tuitior est ad veritatemq; eruendam accommodatus  
 repetere prius interrogacione hoc modo,  
 cōsuetudo Quæris ex me, Petis a me, Rogas hoc, aut  
 illud: deinde subiçere. Quādo ita quæris,  
 Quoniam hoc rogas, aut illud, &cætera.  
 Respondeo, vel, Dico, ita esse, aut non ita,  
 Sic ut voles, Esto, &cætera. Quæ respon-  
 denditatio, sicubi hoc tempore disputa-  
 tio interrogando, & respondendo transi-  
 gitur, sola usurpatur. Hoc de ordine ar-  
 gumentorum cum in docendo, tum e-  
 Ordo ma-  
 xime in-  
 uat memori-  
 um. etiam in disputando dixisse sit satis. Quæ  
 non solum cognitioni rerum compa-  
 rande, ac tradendæ vehementer con-  
 ducunt, sed etiam memoriam adeò ad-  
 iuvant, ut nullo artificio magis iuuari  
 videatur.

Dialecti-  
ca ad aëlio

nem e. 1200  
dirigitur.

### De exercitatione Dialetica

Cap. 44.

Ed quoniam Dialetica non ad cog-  
 nitionem modo, sed ad actionem etiam  
 diri-

dirigitur, permagna exercitatione opus  
est ei, qui ex ratione tum inueniēdi, tum  
collocandi tradita, artis habitum conse-  
quuturus est. Ut enim citharœdus nemo  
efficitur, nisi aī iduē pulsando, digitosq;  
præceptis artificis identidem accommo-  
dando: sic ne mo euadit Dialecticus, nisi  
qui habitum quendam in modum natu-  
ræ confirmatum ex longa præceptorum

Quam sit  
necessaria  
exercita-  
tio.

B obseruatione comparat. Duobus autem  
modis nos metere exercere possumus in hac  
facultate: altero examinandis, ac retexē-  
dis aliorum scriptis (id, quod promptissi-  
mum est, ac paratissimum, cum plurima  
extens doctrinam hominum scripta)  
altero nouis operibus cūdendis, ac com-  
ponendis. Haud verò facile dixerim, utrū  
horum sit difficultius. Autores enim gra-  
ues in quorum scriptis enodandis, atq; ad  
vnguem pernoscēdis nemo existimat se  
operam perdere, multas sepe argumēta-  
tiones ita coniungunt, et vna duntaxat es-  
se videatur: sepe etiā adeō late, ac diffuse,  
multis obiter interiectis verbis, ac senten-  
tijs, vnum idemque argumentum expli-  
cant, vt credas esse complura. Itaque & si  
noua scribere magna res habeatur, sem-

c perque

perque habita sit, arduum tamen, ac difficile negotium suscipit, qui argumenta omnia, praesertim in scriptis veterum, suis locis reddere conatur: quippe cum illi, & si magno artificio scriperunt, arte in tamen studiofissime d'isimularunt. Sed tamen enim intendum est & scripta argumenta ad suos fontes reuocare, & ordinem perspicere, & virtutem orationis, qua illi usi sunt penitus intelligere. Quod qui longo usu obtinuerit, facile deinceps illorum imitatione in altero exercitationis gene-

**Alia p̄t̄ce** re, quod Dialectico ultimam quasi manūm imponit, se se exercebit. Docet quo citationis.

**S. topi. c. 5.** q; Aristoteles, a ad hanc artem comparā dā plurimum valere, in proposita qualibet **Primum.** quæstione, multa pro vtraq; parte excogitemus argumenta, eorumq; mox quæramus solutiones, quo & in argumentando, & in respondendo exercitati esse valeamus. Nec parum prodesse ad obtinendū animū, si argumenta, quæ maiorem vim habent: vtraque ex parte noemus, ut tuiores siue ad impugnandam, siue ad defendendam vtramque partem quæstionis accedere possimus. Curandū quoque esse vt, cùm exercitationis gra-

**Secundum.**

D

tia

tia cum altero disputamus, aut aliorum <sup>Tertium</sup> disputationibus interfusimus, aliquam inde aut rationem, aut solutionem, aut obiectiōnē domum referamus. Plura documenta sunt apud Aristotelem eodem loco: sed quæ proposita sunt videntur huic instituto satis.

(∴)

**FINIS LIBRI VII.****INSTITUTIONVM  
DIALECTICARVM.**

LIBER OCTAVVS.

**De Pseudographo syllogismo.**

Caput I.



Vperiori libro de demonstratione, syllogismo; dialecticos quibus utendū est, differimus: superest nunc, ut quales nam sicut Pseudographus, & Sophisticus, à quibus vigilanter cauendum est.

Vnde dicitur Pseudographus itaq; syllo-  
& pseu gismus (quasi dicas, Mendacis de scriptio-  
dogra nis) & si in Geometria nomen obiunxit in  
ph. s. omnibus tamen scientijs reperi potest.  
Quid pseu Definitur enim hoc ferè modo. Pseudo  
dogra graphus syllogismus est, qui ex propria  
phas syllo alicuius scientie materia, non verista mē-  
sumptionibus, sed quæ veræ, ac necessariæ  
1. top. i. & videantur, coligit conclusionem. Ut si di-  
2. elench. 8 cas, Quorum circumscrip[ti]o est æqualis ip-  
&c. 10. sa quoque sunt æqualia, triangulus autem,  
& quadratum, quæ ex æquali conficiuntur  
linea, habent æqualem circumscrip[ti]onem, sunt igitur æqualia. Materia huius  
syllogismi Geometrica planè est, verum  
maior propositio cum vera videatur, ac  
necessaria, est haud dubie falsa. Siquidē  
inter figuræ æqualis circumscriptionis, aliæ  
sunt minores, aliæ maiores: inter quas tri-  
angulus est minima omnium, circulus  
maxima, ut Geometræ docent.

**Qua poterit** Hoc vitiosum genus syllogismorum, B  
simum ra- quod veræ non mentitur demonstrationem,  
tioe incur raro incurritur, nisi cum propria alicuius  
ratur hoc scientie principia, & pronunciata latius  
vitiosum sumuntur, quam accipi debeant: quo  
genus syl logismo- sit, ut cum alioqui sint vera, & necessaria  
tum. fin. latius

Iatius tamen vñsurpata sint falsa. Quale est illud, Omnes lineaæ ductæ ab eodem pua  
cto ad idem punctum sunt æquales: & il-  
lud, omnes semicirculi sunt æquales: &  
illud, Ex nihilo nihil fit. Primum non est  
verum, nisi lineaæ sint rectæ, aut saltæ per  
idem spatum ducantur. Alterum intel-  
igitur de semicirculis eiusdem circuli, ali-  
oqui falso est. Tertium verum est, si ver  
bo, Fit, id tantum intelligamus, quod ver  
bo, Generatur: falso tamen, sic cōplecta-  
mur quacunque productionem. Multa  
enim ex nihilo produxit Deus, quum in-  
terim omnia, quæ generantur, ex aliqua  
re ante existente producātur. Sed de hoc  
syllogismorum genere hæc satiſ ſint.

*De syllogismo Sophistico*

Cap. 2.

- A SOPHISTICUS SYLLOGISMUS (qui Sophisma  
tis etiam nomine ab Aristotele & appellat-  
latur) est, qui ex ijs, quæ videntur proba-  
bilia, nec sunt, colligit conclusionem: aut  
exprobabilibus, ijs uero, quæ videntur pro-  
babilia, colligere videtur, nec colligit. b
- B TRIA genera sophismatū comprehenduntur  
hac definitione. Primum est eorum,

Quid So-  
phisticus  
syllogis-  
mus,

a g. Topic. 4  
Tria so-  
phismarū  
genera.

t iij quæ 1. Top. 1.

quæ solius materiæ ratione peccant, ut si dicam Quicquid non amisisti, habes thesaurum non amisisti, thesaurum igitur habes. Hæc enim captio hoc solum peccat, quod maior propositio videtur probabilis, nec est. Alterum est eorum quæ hoc habent vitij, quod concludere videntur, nec tamen cœcludunt, ut si dicas, Veritas odium parit, quoddam mendacium parit odium, quoddam igitur mendacium est veritas. Hæc captio ideo vitiosa est, quod consequentia primo aspectu videtur apta, cum tamē si vel parum aduertas animum, mox, vitiosam esse deprehendas. Tertium est eorum, quæ utrāq; ex parte, & materiæ inquam, & formæ vitiosa sunt: ut si dicam, Quicquid non amisisti habes, hūc librum (quem scilicet cum ante amisisses nunc inuenisti) habes, hunc igitur librum non amisisti. Hæc captio, & si primo intuitu nil vitij cōmittere videatur, rem tamen vera, nec maiorem habet probabilem, nec aptam concludendi formam.

Nullum genus sophismatū cōsideremus Sophista. Quanquam verò solum primum genus sub syllogismo verè comprehendatur, omnibus tamen gaudet Sophista, quippe qui nullas technas respuit, quibus victoriæ conse-

consequendæ causa hominem fallat. Por-  
rò qui Sophistici dicūtur syllogismi, ijdē  
alia ratione contentiosi nominantur. &  
Sophistici quidem quatenus ad ostentan-  
dam sapientiam, non ad veritatem inda-  
gandam adhibentur (quandoquidem So-  
phisticæ est simulata non vera sapiëtia: &  
Sophista, qui ex simulata sapiëtia quæstū-  
facit d) contentiosi verò qua ratione ad  
contendendum cum altero victoriamque  
reportandam apti sunt.

Cet sophi-  
stici & cō-  
tentiosi dī-  
cuntur syl-  
logismi.  
c  
i. elench. 10  
Quid So-  
phisticæ ac  
Sophista:  
d  
i. elench. 2

*Quot fines sibi proponant Sophistæ quotq;  
sint captionum genera.* Cap. 3.

**A**T autem Sophista victoriam conse-  
quatur, aut certè consequi videa-  
tur, ad quinq; (ferè) incommoda vi argu-  
mentationis conatur aduersariū ad ge-  
re. a Vnum est redargutio, seu reprehen-  
sio alterū falsum: teritū παραστοξύ hoc  
est, præter opinionem, seu incredibile:  
quartu solūcīsmus: extremum nugatio:  
seu eiusdem verbi inanis repetitio. Quæ  
quidem commoda cū metas, tum etiam  
speciales fines Sophistæ vocant Dialecti.  
Redarguti-  
ci. Redargutio seu reprehe-  
sio est cū respō tie seu re-  
dens eō adducitur aut adduci videtur, ut prehe-  
sio.

Quinque  
S. phista-  
rum fines,  
seu metæ.  
a  
i. elench. 3

neget quod eadem disputatione afferuit,  
aut afferat quod negauit. Ut si neges, te  
nunc deambulare, Sophista, vero hic con-  
trà argumentetur, Nonne quisquis heri  
eras is etiam nunc es? heri autem eras de-  
ambulans, ergo & nunc deambulans es.  
Falsum verò accipitur hoc loco pro eo,

Falsum.

quod aperte falsum est. Ad hoc impellit  
Sophista hoc modo: Quidquid nil repu-  
gnat fieri, nil repugnat ut sit, at albū nil

Incredibi-  
le, seu ino-  
pinabile.

repugnat fieri nigrum, ergo nil repugnat  
ut idem album sit, ac nigrum. Incredibile  
sumitur lat<sup>B</sup>, pro eo nimis, quod eit

præter opinionem omnium, vel sapietium,  
vel certe eorum, quorum placita ipse re-  
pondes, aut qui disputationi interfunt li-  
benter sequitur, seu id fallum sit, seu ve-  
rum. Ad hoc incommodum cogit aduersa-  
rium Sophista hoc modo. Bonum non  
parit malum, veritas bona est, odium ma-  
lum, non parit igitur odium veritas. Ad

Sollicitus.

folœcisinum hoc modo, aliohe simili: Tu  
nōsti hunc hominem hic autem homo  
est Plato, ergo tu nōsti Plato. Ad ineptā,  
inanemq<sup>z</sup> eiusdem verbi repetitionē hoc

Negatio.

modo Binarius est numerus, par autem  
est numerus, qui in duas æquas partes  
diui-

diuiditur, igitur binarius est numerus  
numerus, qui in duas eequas partes diuidi-  
tur. In hoc tamen, & sequentibus exēplis  
sæpe plures videbis complicatas argumē-  
tationes, sæpè etiam speciem syllogismi  
simplicis desiderabis, quod ad fallendum  
**C** commodiūs ita sic proponantur. Porro  
argumentatio, qua primum finem conse-  
qui contéidunt Sophistæ eodem, quo ipse  
finis nomine appellatur, ἐλεγχός vide-  
licet, reprehensione, seu redargutio que  
tamē quia apud Sophistas semper aliqua  
ex parte vitiosa est, non simpliciter redar-  
gutio, sed Sophistica redargutio & repre-  
hensio appellatur. Quia igitur Sophistæ  
hanc maximè argumentationem expe-  
tunt ( id enim potissimum exoptant, ut  
respondētem coarguere videantur) b pri-  
mū locos, è quibus illi omnia depro-  
munt ad reprehendendum argumenta  
commonstremus,

De argu-  
mentatio-  
ne qua pri-  
mu[m] nō  
consequi  
student So-  
phiste.

Sophistæ  
maximè  
expetunt  
redargu-  
tionem.

b  
1. Elench. 3

### *De numero locorum fallacium: primum de captione æquimocationis.*

#### *Caput 4.*

**A** Loci è quibus argumenta captiosa, &  
fallacia ad coarguendū de promūtūr,  
t v      sunt cū.

Loci ad re-  
darguen-  
dū mītūdē  
cū.

a sunt numero tredecim: sex in verbis, se-  
 2. Elenct. 3. ptem in rebus. & Qui quidem omnes, no-  
 & 4. minibus argumentorum, qua ex ipsis du-  
 Captioes cuntur, captiones etiam, & fallaciæ appell-  
 in verbis. lantur. Captiones in verbis, seu fallaciæ  
     in dictione (vt vocantur) hæ sunt: Aequiuocationis: Ambiguitatis: Cōpositionis:  
 Captio- Diuisionis: Accentus: & Figuræ dictionis.  
 nes in re- In rebus autem, seu extra dictionem, (vt  
 bus. appellari solent) hæ numerantur: Acci-  
     dantis: Eius, quod simpliciter dicitur, &  
     secundum quid: Ignorationis elenchi:  
     Consequentis: Petitionis principij: Non  
     causæ ut cause: & Pluriū interrogationū  
     ut vnius. Captio igitur æquiuocationis B  
 Captio est locus idoneus ad decipiendū æquiuoca-  
 æquiuoca- tionis vocabuli. b Aequiuocatione ma-  
 tionis. ioris extremi sic texitur sophisma, Gram-  
 Ex 1. Elēc. matici discunt, Grāmatici sunt docti, igi-  
 3. tur qui docti sunt, discunt. Verbū, Discere,  
     duo significat (id, quod in verbo Græco  
     μανθάνει planius cernitur) alterum, in-  
     telligere quæ dicuntur, recitanturque al-  
     terum scientiam acquirere. Priori modo  
     accipitur verbum in maiore, posteriori in  
     conclusionē. Aequiuocatione verò mediij  
     ter-

termini hoc modo, Quaecunque expe-  
diunt bona sunt, mala expediunt (quod  
sæpe accidit) mala igitur bona sunt. Ex-  
pedientia, uno modo dicuntur ea, quæ  
simpliciter facienda sunt, ut bona, & ho-  
nesta; altero, minimeque principaliter ea,  
quæ maioris mali fugiendi causa facere  
cogimur: qua significatione dicimus, ex-  
pedire nonnunquam, ut manus abscon-  
datur, ne morbus per totum corpus ser-  
pat. Priori modo accipitur verbum **E**x-  
pedit in maiori, altero autem in mino-  
re. Demum æquiuocatione minoris ex-  
tremi hoc modo, Qui surgebat stat. se-  
dens surgebat, ergo sedens stat. Partici-  
pium Sedens, accipitur in minore disiun-  
ctum pro eo, qui sedet, aut sedebat (causa  
nimirum ampliationis, de qua postea <sup>c</sup>  
agendum est) in conclusione autem pro <sup>c</sup>  
eo dūtaxat qui sedet. Vnde fit, ut minor <sup>tria</sup>  
propositio vera esse possit, cōclusio nequa vocatio-  
**C** quam. Tres porro æquiuocationis modos <sup>is genera</sup>  
ponit Arist. d Vnum, cum vocabulum sit  
casu æquiuocum, ut Canis animali ac sy-  
deri, & Aquila avi ac homini sic vocato, &  
forte verbū Disco, vt expositū est. Alterū,  
cum est analogum, vt Ridere homini,

ac prato, & Latum esse animalibus, ac se  
getibus, & verbum, Expedit, rebus bonis,  
ac minus perniciofis. Tertium, cum di-  
ctio, quæ vnam per se habet significatio-  
neum, ex coniunctione cum hac vel illa pro  
pluribus rebus accipitur: ut participium  
Sedens, de cuius aquiuocatione iam di-  
ximus. Verum extrema hæc aquiuocatio  
satis impropria est.

*De captione ambiguitatis, seu amphi-  
boliae. Caput 5.*

**C**aptio ambiguitatis est locus idone- A  
us ad decipiendum ambiguitate ora-  
tionis. **a** Vnde Sophismata huiusmodi na-  
scuntur? Quicquid est Aristotelis possi-  
detur ab Aristotele, hic autem liber est  
Aristotelis, ab Aristotele igitur poside-  
tur. Quod quis videt, hoc videt, lapis  
tu vides, lapis igitur videt. Quisquis arat  
littus, terram aratro sulcat, tu autem  
cum operam perdas, litus aras, igitur  
cum operam perdas, terram aratro sul-  
cas, Hic cernas licet duo genera ambi- B  
guitatis, quam Græci ἀμφισβητίαν di-  
cunt. Vnam, cum oratio plures habet  
sensus proprios, ut illa. Hic liber est  
Arist.

**Ex 1. clenc**  
**3.**

Duo ambi-  
guitatis  
genera.

Aristotelis Cest enim ambiguum utrum  
qui sic loquitur significet, librum esse ab  
Aristotele editum, an librum possideri ab  
Aristotele) & illa, Quod quis videt hoc  
videt (est enim incertum, an qui ea uti-  
tur significet, rem quam quis videt, vide-  
ri, an ne video di facultate praeditam esse)  
alterum, cum oratio alium sensum habet  
proprium, alium improprium, ut illa, Li-  
tus aras. Proprie nanque significat, quod  
litus vomere subigas : improprie quod  
operam ludas, ac perdas.

*De captionibus compositionis, & diuisi-  
onis: primumq; de eorum primo  
genere. Cap. 6.*

**A**Captio compositionis est locus idone  
us ad decipidum ratione sensus cōm  
positi falsi Captio diuisione est locus ap  
tus ad fallendum ratione sensus diuisi  
falsi. & Quocirca animaduertendum est  
tria esse genera sensus cōpositi, & diuisi, fallacijs.  
ad quæ, siquæ sunt alia facile reuocari pos  
sunt: vñ in modalibus enunciationibus:  
alterum in orationibus, quarum partes  
nectuntur coniunctionibus. Et, aut, Vel,  
tertium in ijs, in quibus aliqua dictio

Captio cō  
positionis  
Captio di  
uisionis.

a  
Ex D. Th.  
Opus. de  
Tria gene  
rata eius  
compositi  
& diuisi.

poteſt

poteſt cum diuerſis vocib⁹ coniungi. In  
modalibus quidem dupli ex parte repre-

**Duplex** ſenſus cō ritur ſenſus compoſitus. & diuiſus; ex par-  
poſitus & te dicti, & ex parte modi. ſenſus compo-  
diuiſus in ſitus ex parte dicti eſt, cūm copula dicti  
mo. lau- neccit formalia ſignificata extre morum:  
bus.

**Senſus cō** diuiſus cūm neccit formale ſignificatum  
poſitus, ac prædicati cūm materiali ſignificato ſub-  
diuiſus ex iecti: verbi cauſa, cūm dicimus. Poſſibile  
parte di- eit ſedentem ambulare, ſi diſtiones hæc ſe  
&c. dentem, & Ambulare, ſecundum forma-  
lia ſignificata iungantur, vt hæc ſit enun-  
ciationis ſententia, Fieri poſteſt, vt iedēs,  
cum ſedet ambulet, ſenſus eit compoſi-  
tuſ, ac falſuſ. Si autem prædicatum (quod  
ſemper formaliter accipitur) iungatur  
cūm materiali ſignificato ſubiecti, quaſi  
dicas, Fieri poſteſt, vt homi, qui ſedet, ali-  
quando ambulet, ſenſus erit diuiſus, &  
veruſ: Idem ſenſuum diſcriben inueni-  
unt Theologio in hac enunciatione. Poſſibile  
eſt prædestinatum damañari. Si e-  
nimi, qui ita loquitur ſignificat, fieri poſ-  
ſe, vt prædestinatus, quatenus prædestina-  
tiom ſubiecti, damañetur, ſenſus eit compo-  
diuiſus, ac falſuſ: li verò ſignificat, homi-  
nem, qui prædestinatus eit, ſecundum ſe

b. r. ſent.  
de 40.

ſi: G. dura-

dùtaxa spectatum, damnari posse, sensus  
est diuisus, ac verus, cum iij, qui prædesti-  
naci sunt, si secundum se spectentur pos-

**C**sint impenitentes vitam finire. Aduerte In quibus  
tamen, sensum diuisum huius generis nō modaliti-  
habere locum, nisi in modalibus, qua- bies loca  
rum dicta constant subiectis connotati- habeat prī  
uis. Sola enim vocabula connotativa diuisus.  
habent significatum materiale. Nam sig Cap. 24.  
nificare rem aliquam materialiter ( ut Quo pa-  
hoc in re huiusmodi loquutio usurpatur) dio cōmo  
nihil est aliud, quam illam quasi subie- de ex pli-  
ctum formalis significati connotare : cetur sen-  
quod tamen non est simpliciter significa- sūs cōposi-  
re, sed quodammodo, ut patet ex ijs, quæ. t°, ac diui-  
sus ex par-  
te dicti.

**D**i. lib. diximus. Potest autem, sensus com-  
positus huius generis sic optimè explica-  
ri. Possibile est sedentem ambulare, hoc  
est, Hæc propositio est possibilis, Se-  
dens ambulat. Possibile est prædestina- Sensus com-  
tū damnari, hoc est Hæc propositio Præ-  
destinatus damnatur, est possibilis, & sic pos-  
tus, &c  
in ceteris. Sensus vero diuisus, hoc modo. di.  
Possibile est sedentē ambulare, id est. Se-  
dēs ambulare potest. Possibile est præde-  
stinatū damnari, id est, Prædestinatus homo  
secundum se spectatus, damnari potest.

Et

Et ita in reliquis. Sensus compositus ex parte modi est. cum modus simul ac semel contingit, cum omnibus dictis, quibus conuertale dictum exponitur; diuisus autem, cum singulatim adiungitur singulis, Verbi causa, si haec propositio, Contingens est aliquid corpus moueri, sic exponatur, Contingens est hoc corpus moueri, aut illud corpus moueri, aut illud. &c. erit sensus compositus. Si quidem cum omnibus simul exponentibus semel tantum coniungitur modus. Si vero exponatur hac formula, Contingens est hoc corpus moueri, aut contingens est illud corpus moueri, aut contingens est illud moueri. &c. erit sensus diuisus quoniam singulis exponentibus seorsim modus adiungitur. Quantum autem intersit inter utrumque sensum, vel ex eo intelliges, quod proposita enunciatio, in priori sensu est falsa, in posteriori vera. Nam cum aliquid corpus necessariò moueat, ut sol, efficitur, ut haec disiunctio, Hoc corpus moueri, aut illud corpus meueri. &c. sit necessaria, ac proinde non sit contingens. At vero quia corpus aliquid contingenter mouetur, ut aqua, efficitur, ut verum sit asserere,

con-

Contingens esse hoc corpus moueri, aut  
contingens esse moueri illud &c. Si quidem qui ita exponit, non allerit totam disjunctionem esse contingentem, sed aliquam eius partem: quod utique verissimum est. Eosdem sensus reperies in hac enunciatione, Contingens est aliquod corpus esse album, quae in sensu composito est falsa, in diuiso autem vera, cum aliquod corpus necessariò sit album, ut Nix,  
& aliquod contingenter, ut papyrus. Sed de veròque genere sensus compositi, & diuisi. tum ex parte dicti, tum ex parte modi, alibi dicenda sunt, quae hic fortasse diligens lector desiderabit. Texuntur ergo Sophismata ex priori genere sensus compositi in hunc modum, & Quemcunque possibile est ambulare, possibile est, ut ambulet, at possibile est sedentem ambulare, igitur possibile est, ut sedens ambulet. Hic assumptio est falsa in sensu composito ex quo efficitur falsa conclusio: admittitur tamen sine distinctione à minus perspicaci respondentे, quia in sensu diuiso est vera. Eodem modo extrui potest Sophisma ex illa enunciatione, Possibile est prædestinatum damnati. Ex postero

Sophismata expri-  
mo genere  
sensus cū-  
positi, &  
diuisi.  
d

i. Elench. §

riori genere sensus compositi sic struuntur captiones. Si contingens est aliquod corpus moueri, falsum esse potest quod cœlū moueatur, at quoddam corpus moueri est contingēs, falsum igitur esse potest, quod cœlū moueatur. Maior est vera in sensu cōposito, falsa in diuisio ē cōtra verò minor est vera in sensu diuiso, & falsa in cōposito, ex quo proximè pendet absurdā cōclusio. Iā ex priori genere sensus diuisi sic argumētantur Sophistæ. Quēcunq; impossibile est ambulare, is sane ambulare non potest, at sedētem ambulare ī impossibile est, igitur sedēs ambulare non potest. Propositio hīc yera est in sensu diuiso, falsa in cōposito: assumptio autē est vera in cōposito, sed falsa in diuiso, ex quo planū est nasci falsam cōclusionē. Ex posteriori autē genere, hoc modo. Si ad vidēdū necesse est alterū habere oculum, aut dexter est necessarius, aut est necessarius sinister: at qui id certum est, ad videndum necesse esse alterum oculum habere, igitur aut dexter necessarius est, aut est necessarius sinister: quod tamen est falsum, quia nec dexter est necessarius, nec sinist̄er est necessarius, sed alteruter indifferenter

renter. In hoc Sophismate propositio est  
vera in sensu diuiso, falsa in composito:  
concluditurque falsa conclusio ex falso  
sensu diuiso assumptionis: quæ tamen,  
quia vera cernitur in sensu cōposito, adeò  
arridet præcipiti, & in considerato res-  
pondēti, ut eam absolute admittat, quasi  
nulla ratione sit falsa.

**D**e secundo, ac tertio genere captionum  
compositionis, & divisionis.

Capit. 7.

**A**lterum genos sensus compositi, &  
diuisi cernitor (ut dictum est) in ijs  
orationibus, quarum partes necuntur cō  
iunctionibus Et, aut, Vel, alijsuē eandem  
habentibus significationem. Cum enim  
iungunt partes viuis extremi, termini  
propositionis, tunc efficiunt sensum com  
positum et si dicas, Quinque sunt duo, &  
tria; Omnis enunciatio est vera, vel falsa,  
Quo quidem modo coniunctio, Et, dici  
tur accipi copulati, & coniunctio Vel,  
disiunctio. Cum autem iungit multas cate  
goricas enunciationes, tunc efficiunt sensum  
diuisum, ut si dicas. Quinque sunt duo,  
& quinque sunt tria; omnis enunciatio est

u i j      veras

De secundo  
geno. e sen  
su compo  
siti & diui  
si.

Et, copula  
tim, Vd,  
disiunctio,

vera, vel omnis enunciatio est falsa. Quod  
 Et copula paet particula, Et dicitur accipi copula-  
 tive, Vel, & dictio vel, disiunctive. Satis vero  
 disiunctive, apertum est, quantum inter utrumque  
 sensum cum eiusdem verbis priores duae  
 propositae enunciationes sint verae, poste-  
 riores falsae. Captiones compositionis in  
 hoc genere sic extrahuntur. **B**  
 Sophistica ex secu-  
 do generis. **C**  
 sensus est.  
 positi, &  
 diuisi.  
 merus componitur ex duobus, & tribus,  
 est duo, & tria: at quinque non sunt duo,  
 & tria, igitur quinque non componuntur  
 ex duobus, & tribus. Propositio vera est  
 in sensu composito praedicati, sed in hoc  
 sensu falsa est assumptio, quem tamen se-  
 quitur conclusio. Præterea. Si non omne  
 animal est rationis particeps, vel rationis  
 expers, non omne animal est homo, vel  
 bestia, non est autem omne animal ratio-  
 nis particeps, vel rationis expers (cum  
 nec omne sit rationis particeps, nec om-  
 ne rationis expers) igitur non omne ani-  
 mal, est homo, vel bestia. Hic enunciatio  
 illa, Non omne animal est rationis par-  
 ticeps, vel rationis expers, est vera in sen-  
 su diuisio, sed falsa in cōposito unde falsa  
 nascitur conclusio. Captionis vero diuisio-  
 nis hoc modo proponi solent. **Quæcunque**  
 sunt

sunt duo, & tria, sūt duo, & sunt tria, quin  
q; autē sunt duo & tria, igitur, quinq; sunt  
duo & quinque sunt tria. Hic maior est ve  
ra in sensu diuiso subiecti, in composito  
autem falsa; contra verò minor est vera  
in sensu composito, falsa in diuiso, ob quē  
à Sophista inducitur falsa cōclusio. Item.  
Omnis enunciatio est vera, vel falsa, non  
est autem omnis enunciatio vera, igitur  
omnis enunciatio est falsa. Hæc absurdum  
conclusio ob eruditur ratione. sensus diui  
si maioris propositionis, qui quidem fal  
sus est. Tertium vero genus sensus com  
positi, & diuisi, quem diximus, tūc specta  
ri, cum dictio aliqua diuersis cūiungi po  
test, hoc modo intelligitur. Si dictio, quæ  
pluribus vocibus coniungi potest copula  
tur cū ea cum qua potius videtur iungen  
da, sensus est cōpositus; sin cum ea, cum  
qua minus apte videtur connecti, sensus  
est diuisus. Verbi causa, si hoc modo So  
phista ratiocinetur, Quicunq; scit literas,  
nūc didicit eas, tu autem (qui videlicet  
multos ante annos operam literis naua  
sti) cīs literas, nūc igitur didicisti eas, ex  
truet sophisma cōpositionis Nā maiore est  
falsa in sensu composito, copulata nimirū

Deterior  
genre  
sensu cō  
positi &  
diuisi.

particula Nunc cum verbo Didicit, cum quo videtur aptius coniungi, quam cum verbo Sei: conclusio autem falsa ex leisu composite majoris nascitur. Eodem s. e. Et at hoc sophisma, Ex quibus re: inquuntur centum, ea plura sunt, quā centum, at quinquaginta hominum cētum heros liquit Achilles, igitur quinquaginta homines sunt plures quā n centū. Sensus enim compositus minoris fallus est coniuncta numerum particula Centum cum verbo Liquit, cum quo aptius videtur copulari, quam cum verbo Hominum, cum quo ea n coniunxit Homerus. Si vero Sophista in hunc modum argumentetur, Quisquis nūc natus verē dicitur, is hac hora natus est, tu autem ( qui iam vigesimum fortasse attigisti annum ) nunc verē diceris natus, tu igitur hac hora natus es, extruet Sophisma diuisonis. Nam particula Nunc videtur aptius connecti cum care debe verbo Dicitur in maiore, & cum verbo Di ant de hoc ceris in minore, quam cum participio genere sensus composi si, & diui- tū.

cula Nunc videtur aptius connecti cum care debe verbo Dicitur in maiore, & cum verbo Di ant de hoc ceris in minore, quam cum participio genere sensus composi si, & diui- tū. Quo sit ut sensus diuisus assumptionis ( ex quo pendet falsa conclusio ) sit falsus, sic que captio hæc meritò dicatur diuisonis. Que autem dictio, cum qua

qua aptius copuletur, ab ijs petēdūm est,  
qui in loquendi arte peritiores habentur.  
Quanquam in hac re aurium iudicio se-  
pe numero standum videtur. Si quando  
autem dīctio æquè bene videbitur cum Nota hæc  
hac voce, atque cum illa coniungi, vt in  
hac oratione, Testamento quidam ius sit  
poni statuam auream hastam tenentem,  
in qua dīctio Auream non videtur aptius  
cum verbo statuam, quam cum verbo  
Hastam, aut contrà copulari: in tua erit  
optione positum, vtrum velis sensum ora-  
tioni tribuere, compositum an diuisum.

**E** Quanquam mihi magis placet, vt huius  
modi orationes, nullum sensum diui-  
sum, sed multos compositos habere di-  
camus. Vt enim sensus dicatur com-  
positus non videtur omnino requiri, vt  
dīctio copuletur cum ea voce, cum qua  
videtur aptius coniungi, sed satis fortasse  
est, si cum ea neclatur, cum qua videtur  
aptè copulari. Qua etiam ratione si qua  
oratio succurrerit, cuius dīctio aliqua  
æquè malè videatur, cum hac atque cum  
illa voce coniungi, nullum sensum com-  
positum, sed multos diuisos habere iudi-  
canda est.

Modera-  
rio eorū, i  
quæ de  
hoc gene-  
re sensus  
composi-  
ti & diui-  
si dici so-  
lent.

*De captione accentus Cap. 8.*

*Ex 1. Elen  
ch. 3.*

*Quād La  
te hīc acci  
plaūt no  
men accē  
tus.*

*Primum  
genus.*

*Secundum*

**C**aptio accentus est locus idoneus ad A de cipiendum propter varietatem accentus, & hoc est, ob aliud atque aliud pronunciationis modum. Ita enim late accipitur hoc loco vocabulum accentus. Cuiusquidem quinque potissimum feruntur genera. Primum est cum accentus nomen accipitur pro acuto, graui, aut circunflexo quod genus usurpatissime accentus vocabulo appellatur. Vnde est hoc Sophisma Quisquis leporem venatur plurima lustrat loca, tu autem cum domi sedes, & sermonem cum amicis confers leporem (hoc est festiuitatem quandam, & urbanitatem) venaris, igitur cum domi sedes plurima lustras loca. Hie peccatur quod vox Leporem priori loco habet accentum in antepenultima, posteriori in penultima. Alterum genus est, cum nomen accentus, accipitur pro quantitate syllabarum. Vnde Sophisma hoc texitur, Quicquid edis deuoras, librum edis (hoc est in lucē emittis) igitur librum deuoras. In hoc Siphismate peccatur, quia verbū Edis, habet priorem breuem in propositione, in assumptione longam. Ad hoc, etiam

B

C

etiam genus pertinere potest exēplum  
primi propter variam quātitatē penūl-  
timē verbi Leporem, Tertium genus cō-  
plectitur diuersitatem aspirationis, & nō  
aspirationis. Vnde Sophisma, Nulli omi-  
ni est adhibenda fides, alicui homini cre-  
dendum est, igitur alicui credendum est,  
cui non sit adhibēda fides. Hic vitium est,  
in dictione Omini, priori loco sine aspi-  
ratione prolatā, posteriori cū aspiratio-

Tertiū.

Dne. Quartum genus comprehendit diuersi-  
tatem proferēdi syllabas alicuius diction-  
is nunc coniunctim sub vno accentu,  
nunc seperatim sub diuersis accentibus.  
Vnde nascitur hæc cauillatio, Omnis via  
proteritur iumentorum pedibus, omnis  
via res quædam est publica, igitur respu-  
blica proteritur iumentorum pedibus.  
Peccatur hic, quia dicitio, Respublica, pro-  
fertur in propositione sub diuersis accen-  
tibus, in assumptione sub vno duntaxat.

Quartū.

E Quintum genus, comprehendit diuersita-  
tem pronunciationis ironicæ, ac seriæ, in-  
terrogatoriæ, & assertoriæ, & si quæ sunt  
aliiæ hujusmodi. Vnde nascuntur hæc so-  
phismata. Qui dicit, te egregie respondis  
se collaudat te, præceptor cum te repre-  
u v hēdit,

hēdit, ait, te egregiē respōdisse, igitur cū te reprehēdit, collaudat te. Qui dicit, Audiūsti sacrum, afferit te sacrum audiūisse, qui autē nō te interrogat, num sacrum audiueris eadem ratione vtitur, igitur, qui te interrogat, audiueris ne sacrū, afferit, te sacrū audiūisse. In priori Sophismate eadem oratio profertur modo seriō, modo ironice: in posteriori verò, nunc assertoriē: nunc interrogationis more. Horū porrò Sophismatum, quædam ex scripto decipiunt, quædam cū voce proferuntur, vt animaduertenti facile patebit. Quam quam illud verissimum est, quod ait Aristoteles, b nec in scripto, nec in voce, nisi pauca admodum à Sophistis usurpari.

*De captione figuræ dictionis.*

*Cap. 9.*

**C**aptio figuræ dictionis est locus idoneus ad decipiendum propter similitudinem dictionum inter se. Ille autem potissimum dictiones censentur similes hoc loco, quæ aut eodem modo desinunt, vt Pons, & Frons: aut sēpe numero pro eadē re accipiuntur, vt Animal, & Homo. Tria porrò Sophismatum genera huc dicuntur

Quædam  
ex his ha-  
bent locū  
in voce  
quædam  
in scrip-  
tura.

b

2. Elenc. 3.

Ex 1. Elenc.  
3. &c 2. Elenc.  
ab. 3.

cuntur pertinere. Primum est, cum diuersis vocabulis, quia similia sunt, eadem affectio Grammatica tribuitur. Ut si quis colligat pontem, ac fontem esse feminini generis, quia videt fronte esse feminini generis: aut vocē A beo esse secundæ conjugationis, quoniam H abeo, quod eodem modo definit, est secundæ conjugationis. Itemque vocem Animal esse masculini generis, quia s̄epe accipitur pro eadē re, pro qua accipitur vox Homo, quæ quidē est masculini generis. Vnde Sophisma, Quidam homo est albus, omnis homo est animal, igitur quoddā animal est albus.

**B** Sed captiunculæ huius generis non nisi <sup>secundum</sup> rudibus proponuntur. Secundum genus est, cum verba, quæ pertinent ad diuersa prædicamenta, videntur ad idem pertinere, vel quia eodem modo desinunt, ut Pecus, & Scelus: Superficies, & Macies, & Planities: Valere, & Docere: Secari, & operari: vel quia s̄epe pro eadem re accipiuntur (hac enim est altera vocū similitudo) ut Homo, & Sanū: Pullus, & Crudum: & huiusmodi sexcenta. Ex prioribus verbis levia sunt omnia huius generis Sophismata. Ex posterioribus autem hūc

Primum  
genus so-  
phismatū  
huius loci

hunc in modum contexuntur. Quemcunque hominē vidisti heri, vides hodie, heri vidisti hominem sanum, igitur & sanguines vides hodie; Quicquid hodie emisti, nunc comedis, crudum pullum emisti hodie, crudum igitur pullum nūc comedis. Hic peccatur, quod voces pertinentes ad prædicamentum qualitatis perinde usurpantur, ac si pertinerent ad prædicamen-

**N**ota hæc tum substantiæ. Nam cùm maiores propositiones in his Sophismatis habeant vim conditionalium, quasi ita dixeris, Si quem vidisti heri, illum vidisti ianum. Si quid hodie emisti, id nunc comedis: antecedentia vero huiusmodi conditionalium constent subiectis, quæ significant substantiam: non dubium est, quin ut Sophista progrederetur à positione antecedentis ad positionem consequentis, sumere debuissest in assumptionibus subiecta, quæ ad prædicamentum substantiæ pertinerent. Ut si diceret, Quemcunque hominē vidisti heri, vides hodie, Socratē vidisti heri igitur Socratem vides hodie. Quicquid hodie emisti, nūc comedis, pullū emisti hodie, pullum igitur nūc comedis. Aut certè si Sophista volebat subiecta assum-

assumptiones, quæ haberet subiecta significantia qualitatem, debuit in antecedentibus conditionalium ponere subiecta, quæ qualitatem significant, hoc nimirum modo, Qualemcumq; hominem heri vidisti, vides hodie, sanum heri vidisti, sanum igitur vides hodie: Qualemque hodie emisti, tale nunc comedis, pullum crudum emisti hodie, pullum igitur crudum nunc comedis: sed hoc pacto non concederentur maiores propositiones.

D Possunt etiam hæc duo Sophismata, ex Pertinent tertio genere æquiuocationis duci, quan- etiam hæc  
doquidem verba illa sanum, & Crudum, ampliantur in assumptionibus non in cō- exempla  
clusiōnibus, quemadmodum participiū ad captio-  
nem æqui-  
Sedēs in illa propositione, Sedens surge- nis.  
bat, cuius in captione æquiuocatiōis me-  
minimus. Sed nos de his Sophismatis, Huius ge-  
quatenus ad hæc captionem attinent, nūc aeris mul-  
loquimur. Hinc intelliges quid peccet hæ- ta reperi-  
peruersæ ratiocinationes: Quos digitos es Sophis-  
habuisti puer, etiam nūc habes, tantillos mata 2. c-  
digitos habuisti cùm puer es, tantillos lencch 3.  
igitur etiam nūc habes: Q uicquid scis  
aut mūtione, aut doctrina scis, scis autē  
has duas enūciationes (quarū scilicet al-  
teram

terá inuētione, alterá doctrina didicisti) has igitur duas enūciationes aut inuētione aut doctrina scis. In utroque Sophismate fit transitus à substantia ad quātitatē in priori ad cōtinuam, in posteriori ad discretam. Eodemq; modo facile est affectare exempla in omnibus prædicamentis.

Nota h̄c

**b.** Animaduertēdum est tamen cūm de pōsteriori classe Sophismatum huius secūdi generis loquimur, non esse distinguendā prædicamenta secundum rem significatā, sed secundum modum significandi. **b.** Om

D. Tho in fallacijs. nia enim absoluta vocabula cēsentur hoc loco prædicamenti substantiæ, etiam si accidentia significet (vt Res Homo, Cēdor)

Quia vnumquodq; eorum significat suū significatum per modū per se existentis, seu per se stantis, vt aiunt, qui quidem est proprius modus existendi substancialium.

Omnia verò connotatiua cēsentur pertinere ad prædicamenta accidentium, etiam si substantiam significant (vt Bonum, Album, Auteum) quia significant sua significata per modum adiacentium, sive existentium in subiecto (qui quidem est primus modus existendi accidentium) ac proinde per modum quan-

titatis, aut qualitatis, &cæt. Vnde fit, ut  
 in hac argumentatione; Quicquid heri vi-  
 disti, vides hodie, candorem vidisti heri,  
 candorem igitur vides hodie, nullus cre-  
 datur fieri transitus à substantia ad qua-  
 litatem: quia ut vox illa, Quicquid (seu  
 Quancunque rem) quia est absoluta, pu-  
 tatur substantialis, etiam si transcendens  
 existat, sic verbum Candorem putandum  
 est substantiale, & si qualitatem signifi-  
 cit. Nec verò in hac ratiocinatione, Qua-  
 lis erat hic annulus heri, talis est hodie,  
 heri autem erat aureus, igitur, & hodie  
 aureus est, ullus sensetur heri transitus à  
 qualitate ad substantiam, quia dictio  
 Aureum, & si substantiam significat ta-  
 men quod ad hunc locum attinet qua-  
 litatis vocabulum haberi debet, eò quod  
 substantiam quasi adiacentem figuræ si-  
 gnificet, nec aliter quam per modum  
 qualitatis. Hæc propterea latius ali-  
 quanto persequutus sum, quod non ni-  
 hil obscuritatis habeant. Tercium genus Tercium.  
 est, cùm dictio, quæ significat quale ali-  
 quid, hoc est rem uniuersalem, videtur  
 significare hoc aliquid, id est rem sin-  
 gularem: aut è contrariò, quæ significat  
 hoc

hoc aliquid significare quale aliquid: &  
 z. elench; siue ex eo quod vocabula rei vniuersalis  
 & z. elench; & singulatis eodem modo desinant, vt  
 Equus, & Xanthus: siue quia saepè pro ea-  
 dem re accipiatur, vt hæc ipsa, aut Homo,  
 & Socrates: quo sit vt quicquid de altero  
 affirmatur, aut negatur, videatur etiam  
 de altero affirmandum, aut negandum.  
 Hinc discuntur huiusmodi Sophismata,  
 Equus est species, Xanthus est equus, igitur  
 Xanthus est species: Socrates non est  
 species, Socrates est homo, igitur homo  
 non est species. Eadem ratio est in voca- G  
 bulis rerum magis vniuersalium, & mi-  
 nus vniuersalium, cuiusmodi sunt Vi-  
 uens, & Sentiens: Animal, & Homo.  
 Vnde huiusmodi Sophismata contexun-  
 tur: Viuens latius patet, quam animal,  
 sentiens est viuens, igitur sentiens latius  
 plurima patet, quam animal: Animale est genus,  
 sophisma homo est animal, igitur homo est genus.  
 ta huius lo Sed hæc, & alia plurima Sophismata hu-  
 ei ad cap ius loci ad captionem accidentis alia ra-  
 tiottem ac cionem pertinent, ut ex ijs, quæ nunc di-  
 cindit per cernus, aperte intelliges.

*De captione accidentis. Cap. 10.*

Captio

**A** **C**apto accidentis, quæ prima est ea-  
rum, quæ in rebus cernuntur, quæq;  
merito omnium deterrena creditur, &  
periculosisima (hac enim ut ait Aristote-  
les, « Sapientes etiam homines saepe nu-  
mero capiuntur) est locus idoneus ad de-  
cipiendum propter diueritatem accidentis,  
& subiecti, b quam quis non attendes, exi-  
stimat quicquid conuenit, aut non conuenit  
accidenti, conuenire, aut non conuenire subie-  
cto: & vice versa, quicquid subiecto, & ac-  
cidenti. Accipitur autem hoc loco nomine ac-  
cidentis pro praedictato, quod modo aliquo  
diuerum est à subiecto, cui verè conue-  
nit, ut in his enuntiationibus, Homo est  
animal, Homo est disciplinæ capax, Ho-  
mo est albus, Quod si dicas, Homo est ho-  
mo, Vestis est indumentum, non dicetur.  
praedicta eiusmodi enunciationum ac-  
cidentia subiectorum, quia nulla ratione  
sunt diuerla à subiectis: ex quo fit ut ne-  
mo fallatur, si existimet, quicquid conue-  
nit, aut non conuenit huiuscmodi prædi-  
ctis, & vice versa. Tria igitur Sophistma-  
tum genere ducuntur ex hoc loco. Vnum  
eorum, quæ ideo decipiunt, quod creda-  
tur

1. Elench. §

Ex. 1. Elē-  
ch. 4.Non éac-  
cidentis  
que pædo  
hic sumatTria gene-  
ra sophi-  
matum hu-  
ius loci.

tur quicquid conuenit, aut non conuenit  
predicato essentiali, conuenire, aut non  
conuenire subiecto, & è contrario. Alter-  
rum eorum, quæ idcirco fallūt, quòd cre-  
dat quis, omne, quod conuenit, aut non cō-  
uenit accidēti proprio, conuenire, aut non  
conuenire, subiecto, & econtrà. Tertium  
eorum, quibus idcirco capiuntur homi-  
nes, quòd putent, quicquid conuenit, aut  
non cōuenit accidenti communi, hoc est,  
ex quinto genere vniuersalium, conueni-  
re, aut nō cōuenire subiecto. Vnumquod-  
que autem horum trium generum octo  
species, formas ue colligendi subse com-  
plectitur. Aut enim quicquid affirmatur  
**O**  
**de**  
**for-**  
**mæ**  
**cuius**  
**q; generis.**  
**C**  
de prædicato creditur affirmadum de sub-  
iecto, vt si Sophista dicat, Animal est ge-  
nus, homo est animal, ergo homo est ge-  
nus: Veniente cognoscis, Socrates est  
veniens, igitur Socratem cognoscis, quod  
non recte concluditur, vt ex fine huius li-  
bri patebit. Fierit enim potest, vt veni-  
ente videam, eum autem, qui venit, mi-  
nimè nouerim. Aut quicquid negatur de  
prædicato videtur negadum de subiecto,  
vt si ille dicat, Animal non est species in-  
firma, homo est animal, igitur homo non  
est

est species infima. Aut quicquid affirmatur de subiecto videtur affirmandum de praedicato, ut si dicas, Homo est species infima, homo est animal, igitur animal est species infima. Aut quicquid negatur de subiecto, videtur negandum de praedicato, ut si quis dicat, Homo non est genus, homo est animal, igitur animal non est genus. Aut de quocunq; affirmatur praedicatum, videtur affirmandum esse subiectum, ut si dicas, Homo est Animal equus est animal, igitur equus est homo. Aut de quocunq; negatur praedicatum videtur negandum esse subiectum, ut in hoc Sophismate. Aptum esse ad capessendas disciplinas, est proprietas hominis homo non est proprietas hominis, igitur homo non est aptus ad capessendas disciplinas. Aut de quo-  
 cunque affirmatur subiectum creditur affirmandum esse praedicatum, ut si quis dicat, Animal est genus, album est animal, igitur, album est genus. Aut, denique de quocunque negatur subiectum videtur negandum esse praedicatum, ut in hoc Sophismate: Homo est animal, equus non est homo, igitur equus non est animal. In his autem sophismatis non recte

**D** x ij efficitur matis.

Cur percep-  
tur in his  
sophis-  
matis.

efficitur conclusio, quia accidentis, & subiectum non accipiuntur qua ex parte sunt idem; sed quatenus modo aliquo diversa sunt Verbi causa, cum Sophista dicit, animal est genus, homo est animal, igitur homo est genus, non accipit in propositione nomen Animalis pro animali, qua parte est idem cum homine, sed quatenus intellectus opera est abstractum ab homine, & bestia. Vnde non est numerum, si id quod affirmatur de animali, non concludatur de homine. Sed parum cautus respondens existimat primo aspectu bonam esse consequentem, eo quod discri men animalis ab homine minime perspicit, Quod idem peccatum accidit in reliquis.

*De captione eius, quod simpliciter dicitur, & secundum quid.*

*Caput. II.*

Duplex locus in hac captione.

<sup>a</sup> Ex. Elée. 4. & 2. selench. 3.

**C**aptio eius quod simpliciter dicitur, A & secundum quid, et si vna est ex tredecim, duplcam tamen locum (quemadmodum in captio compositionis, & divisionis) complectitur. Alter est vnde Sophista ex eo, quod simpliciter dicitur, id

id colligit, quod dicitur secundum quid, Locus pri  
ideit, cum adiectione dunt taxat: idq; siue or,  
affirmando, siue negando. Ut si dicat, Ar-  
ma sunt restituenda domino, igitur sunt  
restituenda domino furioso. Licet Chri-  
stiano vesci carnibus, licet igitur ei vesci  
carnibus in quadragesima: Non est abs-  
cindēda manus, igitur non est abscondē-  
da cum ex ea toti corpori. In minet cor-  
ruptio: Non sunt merces in mare iactan-  
dæ igitur non sunt iactandæ cum naufra-  
gium timetur.

**B** Alter locus est, unde so-  
phista ex eo, quod solum cum adiectione  
aliqua dicitur, id colligit, quod simpliciter,  
& sine adiectione profertur: idq; siue  
affirmando, siue negando. Licet commu-  
tare, atque inuertere superiora exempla  
hoc modo: Manus est abscondenda cum  
ex ea pendet corruptio toti corpori, igitur  
manus est abscondenda: Merces sunt ia-  
ctandæ in mare, cum naufragium timetur,  
igitur merces sunt in mare iactandæ: Ar-  
ma non sunt restituenda Domino furio-  
so, igitur non sunt restituenda Domino:  
Non licet Christiano vesci carnibus in  
quadragesima, igitur non licet Christia-  
no vesci carnibus. Itaq; duo speciales loci

Locus pa-  
terior.

in hoc generali continentur, duæq; argumentorum formæ ex utrolibet ducuntur: altera, quæ concludit ex affirmatione affirmationem: altera quæ ex negatione colligit negationem. Utique autem tam latè patet, quā multa sunt adiectionum genera. Quædam enim sunt, quæ tollunt omnino significata earum vocum, quibus adiunguntur, ut in his exemplis perspicias. Hoc cadaver est homo mortuus, igitur est homo: Hæc statua est homo marmoreus, igitur est homo: Hic est bonus ladro, igitur est bonus. Quædam verò non omnino tollunt sed ponunt quodammodo, vel in mente duntaxat: ut si dicas, Homeris est in hominum memoria igitur Homerus est: vel solum in causis suis, ut si dicas, Hoc semel est arbor potentia igitur est arbor: vel in ea parte subjecti duntaxat, à qua totum denominari non potest, ut si dicas, Indus est cædibus quod addentes attinet, igitur est candidus: vel quædam loco, aut tempore, aut respectu cuiusdam, & alijs modis

Hac cap-  
tione vti-  
tur caco-  
dæniō fre-  
quentissi-  
me.

sexcentis, quarum cuiuis facile occurrit exempla. Nullus verò locus Sophisticus est, quo Cacodæmon frequentius, quam hoc ad capiendos homines utatur. Ex eo enim

enim quod bona haec caduca, & brevia,  
quodam loco, aut tempore, aut apud quos-  
dam sunt utilia, iucunda, aut magni aesti-  
mata, concludit ille ea esse simpliciter bo-  
na, atque omnino amplectenda. Cuius  
Sophismata nemo eludet, nisi qui defixis  
oculis in omnem futuram aeternitatem, va-  
na haec, & nullius momenti despicerit.

*De captione ignoracionis elenchis.*

*Caput. 12.*

**A**CARTIO ignoracionis elenchii est locus  
idoneus ad decipiendum praetermis-  
sione conditionum elenchii dialectici, ea-  
rum potissimum, quae ratione conclusio-  
nis requiruntur <sup>a</sup>. Quae ut intelligas, ad-  
verte in primis Elechum sive redargutio-  
nem in commune sic definiri ab Aristote-  
les <sup>b</sup>, Elenchus est syllogismus cum contra-  
dictione conclusionis, hoc est, colligens  
contradictoriam alicuius certe enunciati-  
onis. Ut si proposita sit haec enunciatio, Ali-  
quod animal est immortale, sic extruetur  
elenchus reprehensione eius: Nulla res co-  
stant ex quatuor vulgatis elementis est  
immortalis, omne animal constat ex hu-  
ijsmodi elementis, igitur nullum animal  
<sup>c</sup> Elenchus.  
x. iiiij est aliter.

est immortale. interdum tamen duo syllogismi concludentes totam contradictionem dicuntur unus elenchus. ut si huic syllogismo, quem fecimus, alterum adiungas, qui huiusmodi sit, omnem quod beatum est, immortale est, aliquod animal est beatum, igitur aliquod animale est immortale. Ceterum etiam syllogismi, qui contrarias enunciationes colligunt, elenchi nomine mentio appellantur quod ex contraria enunciatione statim colligi possit contradictionia. Aduerte deinde, quatuor esse genera elenchorum redargutionum, quoad modum syllogismorum. Quidam sunt demonstratiui, quidam dialectici, alij pseudographi, alij Sophistici.

**Quatuor genera elenchorū.** Elenchus demonstrativus est demonstratio cum contradictione conclusionis. Dia-

**Dialecticus elenchi.** est syllogismus diale-

**Pseudographus.** est cum contradictione conclusionis. Pseu-

**Sophisticus.** dographus est, qui videtur demonstrati-  
vus, sed peccat in materia. Sophisticus est qui videtur dialepticus, sed aut peccat

**Quartus.** in forma, aut in materia, aut in contradic-  
tione. Captio igitur huius generis uno modo est generalis omnibus captioni-

bus altero specialis; & ab alijs distincta.

Gene-

Generalis quidem quatenus consideratur ut sit locus idoneus ad decipendum prætermissione cuiuscunque conditionis eleuchi dialecti: siue conditio, quæ prætermittitur, pertineat ad formam, siue ad materiam, siue ad contradictionem, quæ in conclusione requiritur. Oe senim Sophistarum redargitiones prætermittunt aliquam ex

E his conditionibus. Specialis autem, quatenus hac sola ratione spectatur, ut sit locus aptus ad fallendum prætermissione earum conditionum, quæ ad contradictionem conclusionis requiruntur. Hoc enim pacto distincta est ab alijs hæc captio. Nam ceteræ omnes supeditant reprehensiones, quæ aut informa peccant, aut in materia: nec auté sola suggestit eas, quarum conclusiones non sunt vere contra-

F dicentes designatis enunciationibus. Conditiones igitur, quæ ad contradictionem constituendam requiruntur, quatuor potissimum enumeratur ab Aristotele, c. Secundum idem, Ad idem, Similiter & In eodem tempore, ad quam reuocatur conditio, In eodem loco. Prætermissione primæ conditionis non coargues hominem,

Quaratione sit specialis.

Conditiones quæ ad contradictionem requiruntur.

1. Elech. 4

si ille dixerit, *Aethiopem esse albū quod addentes attinet*, tu autem contendas nō esse album simpliciter: aut si ille dixerit, stadium esse æquale in illario secundum latitudinem viæ, tu autem ostendas, simpliciter non esse æquale, nimisrum secundum longitudinem: quandoquidem non secundum eandem partem, aut dimēsionem ostendis *Aethiopem non esse album*, & stadium nō esse æquale, secundū quam ille vtrumq; affirmat. Prætermissione se cundæ non redargues eum, qui dixerit, se non esse parum comparatione infantis, si ostendas, eundem esse parum comparatione aliorum hominum prouectæ etatis. Prætermissione tertiae non omnino refelles eum, qui dixerit, cœlum non moueri deorsum, si ostendas cœlum moueri, quia nō eodem modo affirmas, quo ille negat. Demum prætermissione quartæ non verè refutabis eum , quidixerit , non oportere hominem comedere cùm satur est , aut in media via , si ostendas, oportere hominem comedere. Nec enim eodem tempore , eodemque loco, quo ille negat, ostendis tu rem esse necessariam.

**A**Captio petitionis principij est locus idoneus ad decipiendum ex eo, quod conclusio probanda ad probationem sui accipitur. Vicitur autem conclusio principium quia initio proponitur, ut ad eam probatio dirigatur. Quæ quidem tum dicuntur peti, postulari, cum sub alijs verbis exigitur. Si quis enim conclusionem sub eiusdem verbis à respondente proposcerit, ut eius concessione ipsam confirmet, non solam neminem faret, sed etiam ab

**B** omnibus irridebitur. Quinque autem modos petendi principiū ponit Arist. b Vnū si synonymum sumatur ad confirmationem synonymi, aut definitio ad confirmationem definiti: ut si quis Epicureus probaturus, voluptatē esse summum bonum, roget nū iudicatis sit summum bonum, aut alius quis alius probaturus, hominem habere optimum tactum, poscat, num animal rationale habeat optimum tactum. Alterum, si res uniuersalis uniuersè accepta sumatur ad probationem particularis, ut si concludas omnium contrariorum esse eandem disciplinam, quod omnium

Ex. 1. elem.  
ch. 4.Cōclusio  
cur dicatur  
principium.Cur dica-  
tur peti.Quinque  
modi pe-  
tentia prin-  
cipium.

b

8. Top. 5.  
Primus,  
modus.

Secondus.

- Tertius** omnium oppositorū sit eadem. Tertium si contra progrediaris. ut si probes, omniū oppositorum esse eandem scientiā, quod omnium relatiōē oppositorum, omnium contrariorum, & ceterorum sit eadem.
- Quartus** Quartum, si cōclusio per partes sumatur in sumptionibus, ut si dicas, Medicina est sani, & Medicina est ægri, ergo medicina est sani, & ægri. Extremum, si alterum relatorum ad probādum alterum, ad quod refertur, sumatur: ut si probes, Socratem esse filium Sophronisci, quod Sophroniscus sit pater Socratis. Omnibus his modis cōclusio quæ probanda est, quodammodo sumitur in antecedente, cum non magis notum videatur id, quod hoc modo accipitur, quam quod concluditur.
- Ceterū** cūm in demonstratione s̄pē **Obiectio** accipiatur definitio ad confirmationem animad - definiti, atque in argumentationibus dia uertenda. lecticis s̄pē ex toto partes. s̄pē ex partibus totum, & ex altero relatorū alterum concludamus, dicat aliquis, aut hos modos petitionis principij non efficere vera sylogismum sophisticum, aut certe multas esse démonstrations, multosque diale- ticos sylogismos, qui in sophisticis nu- merentur

merentur. Occurrentum est tamen, non solutio.  
omnibus hisce modis vere per principiū  
ex natura rei: sed solum cum synonyma  
ad confirmationem synonymorū accipi-  
untur. Nam quod ad reliquos attinet mo-  
dos, definitio notior est re, quæ definitur:  
itemque totum quadam ratione notius  
est iuri partibus: alia vero rationē notiores  
sunt partes quam totum: & ea, quæ lese  
mutuo recipiunt. quodammodo se in-  
uicem declarant, & patefaciunt. At verō  
apud cū quo disputatio transigitur,  
sepe numero datur vitio, quod hisce mo-  
dis cōclusio probetur, cū videlicet ipse  
respondens significat, notam sibi esse rei  
definitionem totumq; &c. Ex hoc enim  
efficitur, ut cum Dialecticus ex datis ab  
altero argumentari debeat, meritò dicā-  
tur principium petere, qui aliquo ex his  
modis apud eiusmodi hominem argumē-  
tatur. Adeo enim est importuna huius-  
modi probatio, ut qui sic concludit, cōclu-  
sionē ipsam gratis petere videatur. Itaq;  
hi modi petēdi principiū nō sunt vitia ex  
ipsa argumentationis natura, sed ad ho-  
minē, (ut dici solet) hoc est, apud eū res-  
pondentē, qui ita affectus est, ut diximus.

De

**C**aptio consequētis est, locus idoneus **A** ad decipiendum ex eo, quod antecedens videtur effici ex conseqüente, aut ex opposito antecedentis oppositum conseqüentis, quemadmodum consequens efficitur ex antecedente, & ex opp. sive cōsequentis oppositum antecedentis. **a** Nominis autem oppositi, intellige contradictorium. Ex hoc loco ducuntur huiusmodi Sophismata. Si Paulo ante pluit terra madefacta est, igitur si est madefacta terra, paulo ante pluit. Si animus hominis genitus est (ex materia videlicet producitus) incepit esse, igitur si non est genitus, non incepit esse, sed nimirum semper fuit. Huc pertinet sophisma illud, Qui ait te esse animal, verū ait: qui autem ait te esse equū, ait te esse animal: igitur qui ait te esse equum, verum ait. Commutatis enim sumptionibus, hunc sensum habet cauillatio. Si tu es equus, es animal, at es animal, igitur equus. In qua oratione, ut Sophista ex antecedente recte colligit cōsequens, sic ex cōsequēte perperam colligit antecedēs. Animaduertendū est autē hoc **C** loco.

**Ex 1** Elench. 4. & 1.  
Elench. j.

loco, id quod Arist. docet, b captionem cō  
sequentis contineri quodāmmodo sub cap. 1. elēctio. s;  
tione accidentis. Nam quicquid cōsequi- Captio  
tur ex re aliqua, ut animal ex homine, est consequen  
eius accidēs (ea videlicet accidentis signi- tis cōting  
ficatione, qua in captione accidētis voca- tur sub ca  
bulum Accidentis accepimus) non tamē cōdētis.  
quicquid est accidens alicuius rei est eius  
cōsequēs. Namq; album, exempli causa,  
& si est accidens hominis, non tamen, est  
illius consequens, quod in alijs etiam plo  
risq; accidentibus cernere licet. Hinc sit,  
ut omne sophisma consequentis alia ra  
tione spectatum sit sophisma accidentis:  
non tamen omne Sophisma accidētis sit  
sophisma consequentis.

*De captione non causæ vt causæ.**Caput 15.*

**A**CPTIONE non causæ vt causæ, est locus  
idoneus ad decipiēdum ex eo, quod  
absurditas, aut falsitas conclusionis scri  
bitur alicui propositioni quasi ex ea effi  
ciatur, ex qua tamen re vera non effi- Ex. 1. elēct  
citur. <sup>4</sup> Nec enim nomen causæ accipi- ch. 4.  
endū est hoc loco pro causa rei dūtaxat, Quām lac  
sed pro quacunque causa illationis, etiam piatur u  
si mē causæ,

si significet effectum rei, quæ cōditur, aut  
aliquid aliud. Ex hoc loco contendet So-  
phita, tollendam esse de medio eloquen-  
tiam, quod peruersi homines eloquentia  
prediti multa mala periuadent, multa  
bona dissuadeant: itemque, exterminā-  
dum esse usum pecuniae, quod homines  
auari pecuniae cumulandæ causa omnia  
iura violent. Dicendum potius erat, tol-  
lendos esse de medio peruersos, & auaros  
homines, qui eloquentia, & pecuniae con-  
trectatione abutuntur, quâdoquidem hi,  
non eloquentia, aut pecuniae usus sunt in

B  
 Quam fer-  
nia si ha-  
be ut h.c.  
 Sophisma  
ta.

causa, vt eiusmodi mala perpetrētur. Hæc  
tamen Sophismata nonquam formam  
argumentationis accipiunt, nisi cùm So-  
phista ex quibusdam conceisis ducit res-  
pondentem ad aliquid, quod aperte incô-  
modum aut falsum est, ex cuius euertione  
regreditur ad euertendam aliquam ex sum-  
ptionibus, vt causam absurdæ, aut falsæ  
cœclusionis, quæ tamen re vera causa non  
est. Exemplum Sophismatis. Si nullum  
tempus esset, nox non esset, si nox non es-  
set, dies esset, si dies esset, aliquod tempus  
esset, igitur si nullum tempus esset, aliquod  
tempus esset; hoc autem est non modo fal-  
sum,

sum, sed etiam absurdissimum: igitur prima illa propositio, Si nullum tempus esset, nox non esset, est falsa, & absurdā, Perperam colligit Sophista, quia cum non prima propositio, sed secūda sit causa absurdę conclusionis, non debuit ille colligere primam esse falsam, & absurdā, sed iecūdam. Falsum est enim, & absurdum dicere, si nox non sit diem esse, nisi ex hypothesi, hoc est, posito motu solis circa terram. Siquidem ante mudi cōstitutionem nec nox erat, nec dies.

*Captio plurium interrogationum ut  
vnius. Caput. 16.*

A **E**xrema captio, quæ plurium interrogationum ut vnius appellatur, est locus idoneus ad fallēdum, eo quod plures interrogations, ut vna duntaxat propo-  
nuntur. <sup>2</sup> Hinc enim fit, ut qui simplicem responſionē reddit, tam affirmādo, quam negādo cap i possit: Exempli causa si querat Sophista, Sit n̄c Socrates, & Plato ho-  
mo, tu autem respondeas, esse hominem, colligit Sophista, igitur qui Socratem, & Platonem percutit, hominem percutit, non homines: si verò dicas, non esse ho-  
y minem,

Ex. I. Elen  
ch. 4.

minem, concludet Sophista, Igitur Socrates non est homo, aut, Igitur Plato non est homo. Ducuntur autem ex hac captione B  
**Tria interrogatio-** nū genera tria interrogationum genera. Primum  
 est, cum vnum de pluribus queratur, ut in  
 tradito exemplo patet. Alterum est, cum  
 plura queruntur de uno, ut, Est ne Socrates  
 homo, & equus? Quod si respondens  
 admirerit, sic cocludet Sophista, Igitur So-  
 crates est equus, si autem negaverit, hoc  
 modo colliget, igitur Socrates non est ho-  
 mo. Tertium genus est, cum plura queru-  
 tur de pluribus, ut, Est ne Socrates, & Bu-  
 ccephalus homo, & equus? Si afferat respo-  
 dens, colliget Sophista, Socrate esse equum,  
 & Bucephalum esse hominem: si vero ne-  
 get, concludet, Socratem non esse homi-  
 nem, aut Bucephalum non esse equum.  
 Haec de captionibus locisue fallacibus, è  
 quibus Sophistæ depromunt ad reprehé-  
 dendū argumenta, videntur satis.

*Quo pacto Sophistæ reliquos quathor  
 fines consequentur.*

*Cap. 17.*

**S**equitur, ut quo pacto Sophistæ qua-A  
 tuor reliquos fines (falsum, inquam,  
 incre-

incredibile, solœcismum, & nagationem)  
 consequentur, paucis perstringamus. Ut  
 falsum aliquid ex tua responſione extor-  
 queant Sophistæ, id maximè curant, ut  
 nulla initio proponatur quaſtio, de qua Sophistæ.  
 disputetur. <sup>a</sup> Nam qui temere, ac nullo  
 proposito disputationis fine respondent,  
 facilius labuntur. Deinde multitudine in-  
 terrogationum te onerant, etiam cum eſt  
 aliquid propositū, in quo disputatione verſe-  
 tur: dicuntque, ſe diſcendi studio id face-  
 re. Num in hoc valde elaborant, ut eo te  
 perducant ubi magna iſpis ſuppetit argu-  
 B mentorum copia. Ut vero ad incredibile, eō ducat  
 aliquid ſeu inopinabile te impellant, illi  
 aliquid obſervare ſolent, ut admirabiliores  
 ſententias cuiusq; ſecte phificophorū abſ-  
 te petant: quin immo ea ſine interrogatio-  
 ne accipiunt, quæ perteſſent ad eam, quam  
 tu maximè probas quād dubium non ſit,  
 quin tu ea libenter admittas. Ea etiam in-  
 terrogant, in quibus aliud loquuntur ho-  
 mines, aliud ſequuntur, ut, Nū optabilior  
 fit glorioſa-mors pro defendenda patria,  
 quam vita voluptatibus aſſluens. Et ea,  
 in quibus aliter res habet, ali: et cōmuniſ  
 hominum opinio & ſermo, ut, Num ij,  
 y ij qui

Quo pa-  
go ad fal-

<sup>i. elech. 12</sup>

<sup>2</sup>

<sup>2</sup>

<sup>3</sup>

Quo pa-

go ad inopi-

nabile.

<sup>b</sup>

Ibidem.

<sup>1</sup>

<sup>2</sup>

<sup>3</sup>

qui ditiissimi, nobilissimi, ac potentissimi  
degunt, & omni voluptatum genere abū-  
dant sint fœlices? Et ea etiam, quæ eius-  
modi sunt, ut neutrā in partem inclina-  
re posse videaris, quin admirabile ali-  
quid, præterque opinionem respondeas,  
ut, sit ne potius sapientibus parendum, an  
**Quo pacto** ducant ad patrī. Ut autem ad nugationē te com-  
nugationē pellant, fere hoc vnum obseruant, ut defi-  
nitioēs integras pro nominibus accipiāt.

**z. elenc. 13.** c. Ut si dicas, Socratem habere nasum si-  
mum, tum illi colligent te dicere, Socra-  
tē habere nasum nasum concavum, quod  
simum definitur Nasus cōcauūs. Ut de-  
cimū ducant ad solēcismū, nonnun-  
quam utūtur captione figuræ dictionis,  
d. de qua supra e dictum est: nōnunquam  
alia quædam præcepta sequūtur. Sed hęc  
duo posteriora finium genera pueriliter  
consectantur Sophistæ, superiora autem  
duo ex locis etiam reprehensionum falla-  
cium, qui expositi sunt, tractari possunt.

*Quo pacto occurrentum sit Sophistarum  
captionibus. Caput. 18.*

**S**uperest igitur, ut quo pacto Sophista-  
rum captionibus occurrēdū sit paucis  
docea-

doceamus. Hoc enim breuiter exequi  
nunc possumus, postquam omnium no-  
dos, quantum sat fuit patefecimus. Nam  
vera solutio, ut inquit Aristoteles, *a* est vi-  
tij explicatio. Itaque sophismata, quæ so-  
lius materiæ vitio laborant, negatione  
earum sumptionum, quæ probabiles vidē-  
tur, nec sunt dissoluenda erunt. Quo etiā  
modo dilues Sophismata petitionis prin-  
cipij, negata nimur ea sumptione, in qua  
qua principium petitur, etiam si proba-  
bilis esse videatur, ut ait Aristoteles. *b* Nā  
cum tu eam questionis partem, quam So-  
phista confirmare contendit, aut re vera,  
aut disputationis gratia improbabilem in-  
dices, ea tibi nequaquam admittenda sunt,

**B** quæ illi fuerint propinqua. Reliqua vero,  
si ex equiuocatione, ambiguitate, compo-  
sitione, divisione, aut accentu ducta fue-  
rint, quia hæc omnia multiplicitate aliqua  
vnius, aut plurium propositionum peccat  
distinctione multiplicis orationis soluen-  
da sūt: quæ toties adhibēda erit, quot fue-  
rint interrogatiōes quoquo pacto multi-  
plices. Quin etiam cum ventum fuerit ad  
multiplicē cōclusionē, ea erit ante distin-  
guenda, quam de consequentia iudicium

Vera Solu-  
tio que sit

*a. Elech. 4.*

solutio so-  
phismatū  
in qua ma-  
teria tan-  
tū peccat.  
petitionis  
principij.

*b. Eleuc. 5.*

Solutio  
sophisma  
tū ex quin  
que pri-  
misperito  
nibus.

Solutio 50 feratur. Si autem Sophismata ex ijs fuen-  
phismatū rint, quæ ex figura dictionis, ex accidēte,  
ex captio. ex eo quod simpliciter dicitur, aut cum  
ne 6. 7. 8. adiectione, ex cōsequēte, aut ex non cau-  
xi. 12. sa ut causa nominātur, sumptionibus ad-  
missis, negatione consequentiæ cludenda

<sup>c</sup> 2. Elēch. 4. erant. Quia in re illud tibi diligenter cu-  
randum est, quod Arīt. e insoluēdis So-  
phismatis accidentis fieri p̄cipit, ut pa-  
ratam semper habeas argumētationē ali-  
quam aperte vitiosam, cui similem dicas  
eam, quæ affertur à Sophista p̄sertim  
cū ipse aliquid quod cōtra eam obijcas  
postulauerit, tam sophismata ignoratio-  
nis elenchi negatione contradictionis dis-

<sup>d</sup> 2. Elēc. 5. soluenda sunt, dvt ex dictis perspicuū est.

Ea deniq; in quibus Sophilla pluribus in-  
terrogationibus quasi vnā vtitur, facile  
dilues, si tot respōsiones interrogatori  
elenchi reddideris quot in ea implicitæ sūt. e  
Pluriā in Posunt tamen nōnunquā distinctione dis-  
terrogati- solui: vt si quārenti Sophistæ, sic ne Plato,  
onum, vt & Socrates homo respondeas, verum id  
vnius.

<sup>e</sup> esse accepto verbo Et copulatiū, falsum D

Ibidem. accepto copulatiū. Tum veniendum ad  
Solutio 50 consequtionem. Cū autem te Sophi-  
phismatū sta compulerit ut nugeris, inaniterq; e  
nugatio's idem

idem verbum repetas, occures non esse  
necessere ponere integrain definitionem lo-  
co nominis, cum nomini adiunctum iam  
est in eodem enunciationis extremo ali-  
quod ex vocabulis, quae in definitione po-  
nenda sunt. f Quod enim positum iam  
est, quid opus est iteram ponere? Atq; ita, 2. Eléch. 6.  
cum dicis Socratē habere nasum simum,  
te non cogi ut loco vocis, Simum, ponas  
totum hoc, Nasum curuum, sed Curuum  
duntaxat, quia illud Nasum, iam positum  
est. Causa quam reddit Aristoteles g hæc  
est, quia vox, Simum, & si per se posita  
sine Nasivocabulo nasum quodam modo  
significat, tamen ut in eodem extremo  
enunciationis cum verbo Nasus coniuncta  
est, nulla ratione nasum significat:  
sitque non necesse est loco eius ponere  
Nasi vocabulum. Id quod eodem modo  
dicendum est in reliquis. Porro autem  
cæteris Sophistarum machinationibus,  
quas breuiter paulo ante hæc tetigimus, nō  
est difficile occurrere.

Ibidem.

h

Cap. super-  
iori.

De quibus nominum affectionibus dein-  
ceps agendum est.

Capit. 19.

y iiiij SED

**S**E D<sup>a</sup> ut omnes eorum cauillationes, A

<sup>a. clenched.</sup>  
tiplici nominum vsu texuntur, facilius possis diluere, simulque omnia supradi-cta pleniūs intelligas: agendum hīc tan-dem est de quibusdam nominum affecti-onibus, quæ à recentioribus Dialecticis Suppositio, Status, Ampliatio, Restrictio, & Appellatio vocātur, quia in his omnis vocabulorum vsus videtur contineri. Sūt autem adeò inculta, horrida, & ab vsu re-mota, quæ superioris ætatis homines in hisce, ac similibus rebus commenti sunt,

vt, nisi plurima rejiciātur, satias sit ea pror-sus non attingere. Verum vt in his mul-tum, ac diu immorari inutile est, ac bonis literis perniciosum, sic ea omnino con-temnere (quod multi hoc tempore faci-unc) non sine mediocri iactura cōtingit. B

Nam vt Arist. exemplo b vtar, quemad-modum ii, qui calculis rationem subdu-cunt, nisi sciant quid suo loco valeant cal-culi, facile circumueniuntur: sic qui dispu-tant, nisi teneant pro quibus rebus, & quo-paēto in oratione vocabula supponan-tur, ac substituantur, ampla sit, an restri-cta verborum acceptio, quæ voces quas appe-

**Q**uiatenus  
de hisce  
agendū sit

<sup>b</sup>  
<sup>z. clenched.</sup>

appellent, ac denominent, nullo negotio decipientur, ac capientur. Harum igitur rerū cognitio, ex bonis præsertim fôtibus modice hausta non modo perniciē nullā importabit philosophiæ, verum etiā omnium, qui bene institui volent, studia iuuabit.

*Quid sit suppositio. Cap. 20.*

**A**SPOSITIONIS itaq; nomen multis modis usurpatur. Verū ut est quædam affectio nominum, sic definiri potest: Suppositio est acceptio nominis pro re, quā significat: ut cum hoc vocabulū Philosophus, pro Aristotele accipitur. Nomen id ē valet in hac definitione, atque eo loco primi libri, in quo varias nuncupationes nominū explicauimus. *a* Complectitnr enim tum nomina ut à verbis distinguuntur, siue substantiua sint, siue adiectiua, tum etiam verba: atq; vt semel dicam, idem est quod categorema, quod quidem libro eodem cum Cicerone appellauimus id, quod de quodam aut quibusdam diceretur. *Quin* etiam velim, vt hoc loco Nominis vocabulo, casus etiā nominū intelligas. *Vocabulo autē Rei*, quam nomen significat, intellige, quamcunq; rem significatam,

Suppositio.

*mod. bazz.*  
*ut. p. 3.*  
*T. p. 1.*  
*suar. huc.*  
Nomen. 3.  
*ab. 6. e. 7*  
*p. 8.*

*Cap. 18. &*  
sequentibus.

*b*  
Cap. 9.

*Res.*

y v siue

siue vera sit, ut homo: siue ficta, ut hippo-  
 centaurus: siue nūc existat, ut cœlum: si-  
 ue non existat, ut Adamus, aut Antichri-  
 stus, Significādi etiam verbum latissimē  
 accipiendum est. Suppositio enim est ac-  
 ceptio nominis pro re, quam nomē quo-  
 modocunque significat, siue eam signifi-  
 cat propriē, ut Leo leonē: siue improprie,  
 ut Agnus innocentem: siue primō, ac im-  
 mediatē, ut Homo hominem in commu-  
 ne: siue remotē, ac mediatē, ut Equus Bu-  
 cephalū: siue formaliter, ut Albū albedi-  
 nem, seu potius affectum albedine, quā  
 eiusmodi est (quo pacto usurpatur cum di-  
 cimus, Album est concreta quædam spe-  
 cies qualitatis, aut, Homo est albus) siue  
 connotatiuē (quod dicitur materialiter)

**Acceptio.** B  
 ut Album niuem, aut cerussam, & Orator  
 Ciceronem. Acceptio igitur, hoc est, usus  
 nominis generaliter accepti pro quacūq;  
 re quam quomodocunque significat,  
 dicitur suppositio. Nec immerito. Siqui-  
 dem ex ipsa verborum vi, nihil aliud di-  
 cere videmur, cum asserimus, nomen ac-  
 cipi pro re significata, quām, nomē suppo-  
 ni, & quasi suffici, ac substitui locorei  
 significatæ. Desumpta est hæc suppositio  
 nis

nis definitio ex initio Elenchorum Arist. e  
 et quo loco ille, quam necessaria sit suppo Cap. I.  
 sitio his pen: verbis declarat, Quia enim Quam ne-  
**C** res ipsas per se in disputationem assertre cessari fit  
 non possumus, nominibus, quasi rerum  
 notis, pro rebus uti cogimus, Tria tamen  
 hic velim animaduertas. Vnum est, ne se  
 quaris consuetudinem eorum, qui hoc modo  
 loquuntur, Hoc nomine supponit pro hac re,  
 illud pro illa, cum potius dicere debeas, Hoc  
 nomine supponitur pro hac, illud pro illa,  
 quasi dicas sufficitur, aut substituitur pro  
 hac, aut illa re significata. Ferendū magis  
 esset, quod alij dicunt, Hoc nomine supponit  
 rem hanc, illud verò illam. Potest n. in eo  
 sensu accipi, ac si dicant, loc vocabulum  
 subiicit intellectui rem hanc, illud verò il-  
**D** lain; quod quidem recte dicitur. Alterum est, ne existimes ( quod quidam Secunda.  
 autumant ) suppositionem in sola pro-  
 positione enunciatione habere locum. Re enim vera ubique nomen pro re,  
 quam significat accipitur, ibi procul du-  
 bio pro re supponitur. Quod sane sit in  
 omnibus orationibus, in quibus senten-  
 ciam aliquam, præsertim perfectā, decla-  
 ramus, etiam si eiusmodi orationes non  
 sint

Prima ini-  
maduer-  
sio.

Quam ne-  
cessari fit  
suppositio

sint enunciationes: quales hæ sunt, Fuit  
ne Plato Socr. auditor? Utinam Soc. do-  
ctrinam fidei, quā præclaris suis discipu-  
lis traderet, didicisset: & aliæ similes. Ter

Tertia.

tium est, cœienda esse diligentissimè ea,  
quæ recentiores traditæ definitioni adiungunt, ut potè, Nomen, quod in propositi-  
one supponit (ut loquitur) verificari de-  
bere de re significata mediante copula  
sux propositionis, & alia sexcta quæ lo-  
gum esset recensere: ex quibus illi colli-  
gut, subiecta huiusmodi propositionum,  
Adamus est, Antichristus est, Chimera  
est, non supponere, & alia multo admira-  
bilia corollaria. Hinc sane male habuit  
Dialectica, ex quo sophistica ista pro Di-  
ialecticis tradi, atq; inculcari cœperunt.  
Sunt enim non modo inutilia, à quibus  
abhorret omnis ars, sed etiam magna ex  
parte falsa, quæ sub artem, nisi Sophisti-  
cam, cadere non possūt. Id quod in præ-  
sentia facile ostéderem, nisi alienum hoc  
esset ab huius libri instituto. Hoe vnum  
(quia eius feci mentionem) admonebo,  
subiecta illarum trium propositionum  
Adamus est, & ceterarum, quæ illi negat  
supponere, verè supponere, supponere:  
quoniam

quoniam nulla causa est alia, cur propositæ enunciationes sint falsæ, nisi quia prædicata non conueniunt rebus, pro quibus illarū subiecta supponuntur, ac substituuntur.

*De suppositione materiali. Cap. 21.*

A PRæter suppositionem nunc explicatam, quam vocant formalem aliā addunt Dialectici, quam dicunt materialē. Hæc vero ad hunc ferè modum definitur. Suppositio materialis est acceptio vocis pro se ipsa, ac sibi similib⁹, modò se ipsam non significet: quo pacto accipiūtur subiecta huiusmodi propositionū, Homo est nomen: Bictri est vox nihil significans. Additū est, Modo se ipsam non significet, quia si se ipsam significauerit, acceptio eius pro se ac ceteris vocibus, quas significat, erit suppositio formalis, qualis certatur in subiectis harum propositionum, Nomen est vox: Vox est sonus: Sonus est qualitas. Nam cū dictio, Nomen, imposta sit omnibus nominibus significandis, nō dubiū est, quin se ipsam etiā significet, quādoquidē & ipsa nomē est. Quod eodē modo dicendū est de dictiōibus Vox, & Sonus. Atq; hoc quidē genus suppositiōis

Supposi-  
tio mate-  
rialis.

B sine

Qua rati-  
one præ-  
termitti  
possit hoc  
genus sup-  
positionis

sine scelere pretermitti potest, si verū est,  
 quod primo lib. & sub iudice relinquimus,  
 voces (inquit) non significatiuas, imo etiā  
 significatiuas, cùm pro rebus significatis  
 nō accipiūtur, non esse partes orationis,  
 sed esse tantū res significatas, atq; ostēsa s  
 alijs dictionib⁹, quæ sunt partes oratiōis,  
 quæq; nīsi facile intelligātur, semper p̄r-  
 poni solent: quæ omnia eodē loco exēp̄is  
 patetfecimus. Verū in qua illud ambigū  
 videri potest, & hoc genus suppositionis à  
 grauibus autoribus usurpatū est, tria do-  
 cumēta tradā, quibus recētiores vtūtūr ad  
 hāc suppositionis formā cognoscendā. Pri-  
 mū. Omnis vox non significativa, quæ in  
 propositione ponitur accipitur materia-  
 liter: vt subiectū huius enūciationis, Scyn-  
 dapsus est vox, quæ literis exprimi potest.  
 Secundū. Omnis vox, quæ alia voce in o-  
 ratione indicatur, accipitor materialiter,  
 quo pacto accipiuntur hæc voces. Homo,  
 & Bliðtri in his enūciationibus, Hæc vox,  
 Homo, significat ex instituto: Hoc nomē  
 Homo, est dictio duarū syllabarū: Hoc Bli-  
 ðtri nīl significat: Ly Bliðtri (vt loquūtur)  
 est vox nulli rei imposta. Tertium cum D  
 prædicatum ita significat subiectum, vt  
 non

Primum  
documen-  
tum.

Secundum.

Tertium.

non significet rem, quam subiectum significat, tunc subiectum accipitur materialiter: ut in his propositiōibus, Homo, est nomen: Ego, est pronomē, Quādoquidē prædicata ita significant subiecta, ut non significant res, quas subiecta significant. Adde tamen, Modo ea, quæ impediunt, remoueātur. Fieri namq; potest, ut additione, aut mutatione alicuius vocis impediatur materialis suppositio, ut si dicas, Omnis homo est nomen: Ego sum pronomē: quæ propositiones sunt falsæ, nec alia de causa, nisi quia subiecta accipiūt pro rebus significatis, quibus non cō-

**E**ueniunt talia prædicata. Sed ne hac quidē moderatione perpetuo verum est hoc perperuo documētum, quia & si cūm dicimus, Homo est nomen accipi soleat subiectum processus, ac sibi similibus vocibus: si tamen ultius, p̄grediāris hoc modo, Homo est vox, ex parte. Homo est sonus, Homo est qualitas, iam videbitur falsum documentū. Quanquā enim prædicata ita significant subiecta, ut non significēt res, quæ subiectis significantur. secūda tamen propositio minus libēter conceditur, detertia, an cōcedēda sit ambigitur, quarta planè negatur.

Acci-

Non est  
verum hoc  
documentum sed  
maxima

ex parte.

Quid sen Accipe igitur documentum hoc , non ut  
tiedum de perpetuo verum, sed ut maxima ex parte. g  
secundo d<sup>e</sup>  
cumento.

At vero (ut in hac re aliqua ex parte di-  
cam quod sentio) non omnia hæc docu-  
menta mihi videntur vera. Quicquid e-  
nīm dicendum sit de primo, ac tertio, cer-  
te secundum non videtur probandum.

Nam (ut uno , aut altero exemplo rem  
aperiam)& si ex præscripto primi, ac ter-  
tij documenti non sine ratione aliqua di-  
ci soleat, dictiones Blictri, & Homo, cūm  
dicimus, Blictri nihil significat. Homo est  
nomen substantium, accipi pro se ipsis,  
& pro alijs similibus : tamen quod in his  
enūciationibus: Hæc Dictione Blictri nihil  
significat, Hæc vox Homo est nomen sub-  
stantium, eodem modo accipientur, ut  
secundum documentū tradit, hoc, inquam  
nulla ratione nisi videtur. Etenim in pri-  
oribus duabus enūciationibus nullæ aliæ  
exprimuntur voces, quibus dictiones illæ  
indicentur: vnde necesse videtur, ut ipsæ  
fungantur officio nominum sui, & aliarū  
similium. At in duabus posterioribus pla-  
ne ponuntur huiusmodi voces, Hæc dictio,  
Hæc vox, quibus dictiones illæ indicantur  
quaque pro illis accipiuntur: quod fit ut  
ridi-

ridiculū omnino videatur; afferere, necesse esse ut illæ ipsæ dictiōes iterum se ipsas indicet, & pro seip̄is accipiātur. Itaq; vel hac vna ratione dicerē nullas voces, quæ

**G**alijs vocibus indicātur, indicare se iterum in eadē oratione, aut accipi, siue substitui pro se ipsis, & pro alijs similibus, sed tolli esse res, pro quibus aliæ accipiuntur, ac sufficiuntur. In: o etiam non esse vere partes orationis, sed perinde se habere ad orationem in qua indicantur, vt lapides, aut ligna, cum de ipsis se ipso incidit: nec aliud esse discrimin, quod ad hanc controv̄siam attinet, nisi quod lapides, & ligna non effinguntur gutture, nec interficiuntur inter partes orationis, ut illæ. Verum in re paro momenti non multū refert quicquid dicas, modo rationi alie-  
cui nitaris.

### *Divisio suppositionis.*

*Cap. 22.*

**A** Missa igitur materiali suppositione, de ea, quam nobis tradidit Aristoteles, dicturi, opera pretium fecerimus, si omnia suppositionum genera sub unum aspectum subiiciamus.

|                                            |                             |                                             |                                                                     |                                                              |
|--------------------------------------------|-----------------------------|---------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------|
| <b>Sup-</b><br><b>poli-</b><br><b>tio.</b> | <b>Im-</b><br><b>pria.</b>  | <b>Sim-</b><br><b>plex.</b>                 | <b>Natu-</b><br><b>ralis.</b>                                       | <b>Pro-</b><br><b>singu-</b><br><b>lare-</b><br><b>nerū.</b> |
|                                            |                             |                                             |                                                                     |                                                              |
|                                            |                             | <b>Com-</b><br><b>munis.</b>                | <b>Acci-</b><br><b>dentia-</b><br><b>lis.</b>                       | <b>Pro-</b><br><b>gen-</b><br><b>ibus</b>                    |
|                                            |                             | <b>Perso-</b><br><b>nalis.</b>              | <b>Cōfu-</b><br><b>sa tan-</b>                                      | <b>fin-</b><br><b>gu-</b><br><b>lorū.</b>                    |
|                                            |                             | <b>Absolu-</b><br><b>tua.</b>               | <b>Con-</b><br><b>fusa.</b>                                         | <b>Distrī-</b><br><b>buti-</b><br><b>ua.</b>                 |
|                                            | <b>Pro-</b><br><b>pria.</b> | <b>Deter-</b><br><b>mina-</b><br><b>ta.</b> | <b>Distri-</b><br><b>buti-</b><br><b>ua sim-</b><br><b>pli-ter.</b> |                                                              |
|                                            |                             | <b>Singu-</b><br><b>laris.</b>              | <b>Copu-</b><br><b>lata.</b>                                        | <b>Distri-</b><br><b>buti-</b><br><b>ua cū</b>               |
|                                            |                             |                                             |                                                                     | <b>excep-</b><br><b>tionē.</b>                               |
|                                            |                             |                                             |                                                                     |                                                              |
|                                            |                             |                                             |                                                                     |                                                              |

Hac igitur diuisione ante oculos posita,  
singula diuisionis membra, quo sunt or-  
ordinē descripta explicanda sunt.

De

*De suppositione propria, improppria com  
muni, & singulari. Cap. 23.*

Propria

A Propria suppositio est acceptio nomi <sup>Propria</sup> suppositionis pro re, quam proprie significat.

Quo pacto accipitur vox Leo, in hac pro <sup>a</sup> positione, a Leo fortissimus bestiarū ad prouer <sup>b</sup> 30 nullius pauebit occursum, Improppria sup <sup>c</sup> Improppria positio est acceptio nominis pro re, quam impropriè significat, Quo pacto accipi-  
tur illud idem nomen in hac enūciatione, b Vicit leo de tribu Iuda, Accipitur enim <sup>d</sup> Apoc. 5. per translationem pro Christo seruatore

B nostro. Huius suppositionis tot sunt ge-  
nera, quot sunt modi significationis im-  
propriæ, de quibus non nihil diximus li-  
bro primo. c Qui plura volet Grāmati-  
cos, quorum id muneris est, consulat. Cō-  
munis suppositio est acceptio nominis cō <sup>e</sup> Cap. 9. Suppositio  
e communis

C munis pro suo significato, aut significa-  
tis. Quo pacto accipiuntur harum pro-  
positionum subiecta, Homo est præcipua  
animaliū species, Omnis homo médax.  
Singularis suppositio, seu discreta, est ac-  
ceptio nominis pro vna re tátū singulari,  
individuaué. Quo pacto accipitur subie-  
ctū huius enūciationis, Salomō fuit regū  
sapientissimus. Et quoniā loco nominis

singularis sapissim èst utimur periphrasi ne  
minis communis, & pronominis demon-  
stratiui: interdum etiam ex hypothesi rē  
singularē communi oratione significa-  
mus (ut primo libro diximus) veluti cū  
dicimus, **Hic puer est bona indolis.** Filius  
Ioannis principis est Rex Lusitanie: ea-  
dem eit harum orationum suppositio,  
atque nominum singularium, quorum vi-  
ce ponuntur. Quanquam interdum pro-  
nomen demonstratiuum non ostedit rem  
vnam singularē dūtaxat, sed totam ipse  
cīē, ut si dicas, **Hic liber est optimus.** Hoc  
nomen, **Homo,** est communis generis, a-  
pud Grammaticos. Quo pacto non dubi-  
um est, quin alia sic suppositio non inis

**Dormen** communis præfixo pronomine demonstra-  
tum soppo **tuo,** alia nominis singularis. Suppositionis  
sitiois sui singularis, seu discretae hoc traditur docu-  
guiaris. **mentum.** Omne nomen singulare accipi-  
tur discretè. Subaudiri solet, Modo non  
accipiatur materialiter. Voces enim quæ  
consentur accipi materialiter, dicuntur  
sumi non tatum pro iē, sed etiam pro sibi  
similibus.

**De suppositione simplici. Cap. 24.**

Sim-

- A** Simplex suppositio, est acceptio præcisæ nominis communis pro suo immediate significato. Quo pacto accipitur subiectum huius propositionis, Homo est species animalis. Hæc enim propositione affirmat hunc hominem, aut illum esse speciem animalis, sed hominem communem, quem immediate significat vox homo, præcisè tamen spectatū, hoc est, quantum consideratur, & cogitatur quasi abstractus ab omnibus hominibus singularibus. Ad cognoscendum hoc suppositionis genus tria documenta obseruari possunt.
- B** Primum. Nullum nomen cœnotatum signo aliquo, sive universalis, sive particulari accipitur simpliciter. Nam cum dicimus (exempli causa) Omne animal, vel, Aliquod animal, vel Nullum animal, &c. semper accipimus nomen Animal, pro animalibus, quæ sub animali communis continentur: non igitur pro animali communis præcisæ spectato, abstractum à singulis tum individuis, tum speciebus: atq; ita res habet in cæteris. Secundum.
- C** Omne nomen commune, de quo verè affirmatur aliquod ex his nominibus, Vniuersale, Genus, Species, Diferentia, Proprium.

Primum  
documenta

Secundum.

& Accidens (ut sunt nomina vniuersali-  
um) accipitur simpliciter modò nō note-  
tur signo aliquo vniuersali, aut particula-  
ri. Hoc documēto intelligimus harum pro-  
positionum subiecta, Animal est genus,  
Homo est species, & similiūm, accipi sim-  
pliciter. Intelligimus etiam subiectum hu-  
ius propositionis. Quoddam animal est  
species infima, non accipi simpliciter. Nā  
& si hac oratione significamus quoddam  
animal commune (exempli causa homi-  
nem communem) esse speciem infimam,  
quod verum est, non tamen sumimus ani-  
mal pro suo immediato significato præci-  
se, id est, pro animali communī omnibus

**Tertium.** speciebus animalis. Tertiū. Omne nomē D  
eōe sub quo non licet descendere, accipitur  
simpliciter. Descēdere sub aliquo commu-  
ni ut hoc loco huiusmodi loquēdi formu-  
lam inteliigi volumus (multis enim mo-  
dis sub nomine descendit, ut paulo in-  
ferius a docebimus) nihil est aliud, quam  
sumere aliquid inferius significato imme-  
diato nominis communis cum quo infe-  
riori vere copuletur id, quod cum eodem  
communi nomine vere iūgebatur. Exépi  
causa, si dicā, Homo deambulat, sic licebit  
descen-

descendere sub nomine Homo, Hic homo deambulat, aut ille homo deambulat, &c. Sub verbo autem Deambulat, hoc modo, Homo est hoc deambulans, aut illud deambulans, &c. quod inferius b apertius fiet. Ex hoc documeto plane intelligimus, Cap. 25. b hoc nomen Homo accipi simpliciter in illa propositione, Homo est species animalis: & in hac itidem. Quædam species animalis est homo: quia non licet concludere ex priori, igitur hic homo, aut ille, aut aliquis alius est species animalis: nec ex posteriori, Ergo quædam species animalis est hic homo, aut ille, aut aliquis alius.

*De suppositione personali. Cap. 25.*

**A** PERSONALIS SUPPOSITIONE EST ACCEPTIO NOMINI COMMUNIS PRO SUIS MEDIATIS SIGNIFICATIS. QUO PASTO ACCIPITUR HOC NOME ANIMAL IN HIS PROPOSITIONIBUS, OMNE ANIMAL SENTIT. QUODDAM ANIMAL RATIOCI NATUR: QUODDAM ANIMALE EST SPECIES INFIMA: QUODDAM ANIMAL EST INDIVIDUUM. ACCIPITUR ENIM PRO SPECIEBUS, & INDIVIDUIS ANIMALIS, QUÆ MEDIEATE SIGNIFICAT QUÆQUÆ IN PRIMA COPULATIUE, IN CETERIS DISSECCHIÆ,

**Cur dicitur** ut prōgredientibus patebit. Dicitur hæc  
tur perso<sup>n</sup>alitatis, quia præcipue res  
nalis.

**Primum.** docūmētū suppositionis genere accipitur, sunt  
personæ. **Nec** vero hæc suppositionis forma  
cognoscatur totidem documenta tradi-  
pollunt. **Primum.** Nullum nomen, quod **B**  
accipitur simpliciter, accipitur personaliter. Hoc satis patet ex definitiōibus utriusque suppositionis, simplicis, inquam, &  
personalis.

**Secundum.** Secundum. Omne nomē commune no-  
tatum signo aliquo vniuersali, aut parti-  
culari, accipitur personaliter. Hoc etiam  
satis perspicuum est ex dictis. **Tertium.** Om-  
ne nomē, sub quo licet descendere (ut pau-  
lo ante descensum explicauimus) accipi-  
tur personaliter. Sed & hoc ex dictis aper-  
tum est.

**Tertium.**

### De suppositione absoluta. Cap. 26. A.

**S**uppositione absoluta est acceptio nomi  
nis communis pro suo immediato, sig-  
nificato non præcisa tamen. **Quo** pacto  
accipitur subiectum huius propositionis,  
Homo est animal. **Nec** enim sensus est,  
quod hic, aut ille, aut aliquis alius dunta  
xat,

gat, aut solus homo cōmūnis p̄cīsē sum  
ptus, seu (quod idem eit) ab tractus à sin-  
gulis, sit animal: sed quod homo commū-  
nis absolute acceptus, seu qua ratione in  
singulis etiā hominibus reperitur, sit ani-  
mal. Hoc eodem suppositionis genere ac-  
cipiūtur harum propositionum subiecta,  
Modus differēdī explica utrā Dialectico:  
Res naturalis tractatur à Philosopho na-  
turali: & similiū. Ut igitur hanc supposi-  
tionem cognoscas accipe duo documen-  
ta similia primo, & tertio suppositionis  
personalis. Alterum. Nullū nomen, quod  
accipitur simpliciter, accipitur absolute.

Primum  
documentum

B Alterum. Omne nomen sub quo licet des-  
cēdere, accipitur absolute. Ad de tamen,  
modo nullo notetur signo, præsertim par-  
ticulari: qua ex parte dissimile est hoc do-  
cumentum tertio documento suppositio-  
nis personalis. Addēda verò fuit hæc mo-  
deratio quia si nomen notatum fuerit sig-  
no particulari, fieri potest ut aliquando  
nō accipiatur absolute, ut sī dicas, Quod-  
dam, animal est species infima: Quidam  
homo est individuum. Nam & si sub sub-  
iectis harum enunciationum licet descē-  
dere, neutrum tamen accipitur pro suo

Secundum.

immediato significato, quoniam falsa  
 dixeris absolute loquendo, animal esse spe-  
 ciem infinitam, & hominem esse individuum  
 (ut ex appellatione nominum in-  
 ferius a patebit) cum tamen propositiones  
 illae ut verae concedantur. Aliquando  
 etiam nomen commune notatum signo  
 universalis non accipitur absolute, ut si di-  
 cas: Omne animal per se moritur. Cum e-  
 enim nullum universale intereat per se, sed  
 per accidens (hoc est, interitu suorum sin-  
 gularium) necessario efficitur, ut proposi-  
 ta enunciatio sit falsa, nisi vox Animal ac-  
 cipiatur pro solis individualibus animalibus.  
 Nam si pro homine etiam communi, &  
 pro equo communi, &ceteris speciebus  
 animalis, & pro ipso animali communi  
 capiatur, plane falsa erit, cum huiusmodi  
 animalia non intereat per se, sed per ac-  
 cidens. Quare si enunciatio proposita vera  
 est, non accipitur nomine Animal pro suo  
 immediato significato, quod est animal  
 commune, sive non accipitur abso-  
 lutè. Verum quia ambiguum forte alicui  
 videbitur, sine huiusmodi enunciatio  
 concedenda, & aliae id genus, siccirco di-  
 xi. Præterim particuliari.

Con-

*Conferuntur inter se suppositio simplex,  
personalis, & absoluta.*

*Caput. 27.*

**A**HOC iam loco licet aduertere, supposi<sup>tio absolu</sup>  
tionem simplicem, & personalem es<sup>ta est inc-</sup>  
se contrarias inter se: absolutam vero, esse dia inter  
medium inter veramq;. Simplex namque, simplicem  
est acceptio nominis communis pro im- & persona  
mediato significato præcisè. Personalis,  
pro mediatis. Absoluta vero quatenus est  
acceptio nominis communis pro imme-  
diato significato, conuenit cum simplici,  
quatenus veronon excludit mediata sig-  
nificata, conuenit cum personali. Hac ta-  
men ex parte magis inclinat absoluta ad  
personalem, quam ad simplicem, quod  
semper cum absoluta iugatur personalis,  
nūquam vero simplex. Siquidem nullum  
nomē, quod simpliciter accipitur, potest  
simul accipi absolute, cū illud accipia-  
tur præcisè pro immediato significato,  
hoc autem non præcise. Quod autem ab-  
solutè accipitur, id quidem, quia non præ-  
cise pro immediato significato sumi-  
tur, simul etiam necessario accipitur per-  
sonaliter: cū interim quedā personaliter  
accipiatur, quæ nō accipiuntur absolutè,  
ut sub-

Magis in-  
clinet qua-  
dam ex  
parte ad  
personalē.

ut subiecta huiusmodi propositionū, Aliquod animal est species infima, Aliquod animal est individuum, & aliarum multarum. Hinc ergo primum collige, nullū nomen quod accipitur simpliciter, accipit simul absolute, aut personaliter: deinde, omne, quod accipitur absolute, accipietiam personaliter: postremō, non omne, quod accipitur personaliter, accipi absolute.

Nota hæc

*De suppositione naturali, & accidentalis.*  
Caput. 28.

Naturalis

**S**Vppositio naturalis est acceptio nomi A ris communis pro omnibus suis significatis. Quo pacto accipitur subiectū huius propositionis. Omnis homo est animal: accipitur siquidē pro omnibus, qui sunt, fuerunt, erūt, & esse possunt. Hos autem solos significat nomen homo, non fictitious, vt Satyros, vt Faunos (qui esse in rerum natura non possunt) nisi de improaria significatione sit sermo, quā superius cum suppositione impropria reliquis. Suppositio accidentalis est acceptio nominis communis, non pro omnibus suis significatis. Quo pacto accipitur B idem

Accidenta lis,

idem nomine Homo in his propositionibus,  
 Omnis homo occupat hac hora locum:  
 Omnis homo iustus, est probus. Nam in  
 priori pro solis hominibus, qui nunc vi-  
 uunt accipitur ( alioqui non cōcederetur  
 propositionē cūm ijs, qui modo non viuunt,  
 nullum hoc tempore locum occupent )  
 in posteriori autē restringitur à verbo iu-  
 stus, ut pro ijs tantum, qui iusti sunt, ca-  
 piatur. Documenta nulla tradam hoc lo-  
 co, quia ex ijs, quae de statu, ampliatione,  
 & restrictione dicēda sunt facile inter-  
 nosci poterunt hæ suppositionū formæ..

## De quadruplici descensu. Cap. 29.

**A**ED ut altera diuisio suppositionis perso-  
 nalise explicetur, dicēdum prius est, quid  
 sit descensus, quoque modis in hac suppo-  
 sitionum tractatione à Dialecticis usurpa-  
 ri soleat. Descēsus ergo est explicatio sup-  
 positionis alicuius nominis pro multis  
 rebus accepti, per ea omnia pro quibus  
 actu accipitur. Ut cūm proposita hac  
 enunciatione, Omnis homo est animal,  
 sic explicauimus suppositionē subiecti,  
 Hic homo est animal, & ille homo est ani-  
 mal, & ita ceteri, qui sunt, fuerunt, erunt,

&amp;

& esse possunt: pro his si quidem omnibus actu (hoc est, nunc) accipitur subiectum illius propositionis. Nō sic explicamus suppositionem eiusdem nominis in hac propositione positi, Omnis homo occupat hac hora locum, sed enumeratis tantum ijs hominibus, qui hac eādem horā vixit, pro quibus nimirum solis nunc accipitur hominis vocabulum. Quatuor autem dicuntur esse descensus, Copulatiūs, Copulatus, B  
plex deīcētus, Disiunctiūs, & disiunctus. Copula

tiūs fit per particulam, Et, copulatiūs acceptam, id est, iungentem propositiones: ut si suppositionem subiecti illius propositionis, Omnis homo est animal, sic explicet, Hic homo est animal, & hic homo est animal, & sic in ceteris: & huius, Nullus homo est lapis, hoc modo, Hic homo nō est lapis, & hic homo nō est lapis, & ita in alijs. Copulatus fit per eandem particulā, Et, ceterum copulatiūm acceptam, hoc est, vt iungit, ac necit partes vnius extremitatiū propositionis, non propositiones integras: ut si suppositionem subiecti huius propositionis: Omnia astra errantia sunt septem, hoc pacto exponas, Disiunctiūs, Hoc astrū errās, & illud, atq; illud &c. sunt septem.

**C** septem. Disiunctiuus sit per particulā, Vel,  
disiunctiuē acceptam, id est, nectentē pro  
positiones: ut si suppositionem subiecti hu  
ius propositionis, Aliquis homo est iustus,  
sic explicet, Hic homo est iustus, vel hic  
homo est iustus, vel ille est iustus, & sic  
de ceteris: & huius, Quidam homo non  
est iustus, hoc modo, Hic homo non est iu  
stus, vel ille homo non est iustus, &c. Disi  
unctus deniq; sit per eādem particulam,  
Vel disiunctūm acceptam, hoc est, ut ne  
ctit partes vnius termini propositionis, nō  
diuersas propositiones: ut si suppositionē  
huius nominis Oculus, in hac propo  
sitione positi, Ad videndum necessarius est al  
ter oculus, sic exponas, Ad videndum ne  
cessarius est hic oculus, vel ille, hoc est, dex  
ter, aut sinister. Neque enim expones dis  
iunctiuē hoc modo, Ad videndum neces  
sarius est hic oculus, vel ad spectandum  
necessarius est ille, quia expositio erit fal  
sa, cum vtraque propositio sit falsa. Quod  
autem dixi de particulis, Et, ac Vel, intel  
ligendum est de alijs, quæ idem valeant.

**D** Illud tamen animaduertēdum est hoc lo  
co, sub quounque nomine vere descendi  
tur copulatiuē, posse etiam vere descendи  
dissiun-

disiunctiuē, non autem viceversa. Nam qui verē ait hunc hominem esse animal, & illum hominem esse animal, & ita cætras, vere quoq; dicet, aut hunc hominem esse animal, aut illum esse animal, & ita deinceps, quanquam nō idē valeat uterq; descendens, nec posterior omnino explicet suppositionem, quam prior explicat. Qui autem verē ait, aut hunc esse album, aut illum, &c. non continuo vere dixerint, & huc esse album, & illum, &c. ut patet. Causa huius discriminis est, quia ex omni vera copulativa fieri potest vera disiunctiva, non autē ex omni vera disiunctiva vera copulativa.

*De suppositione confusa, & determinata.*

Caput. 30.

Confusa de  
terminata

SVppositio confusa est, quæ explicatur A  
descensu disiuncto copulativo, aut co-  
pulato. Determinata vero suppositio vo-  
cari solet, quæ disiunctivo descensu expo-  
nitur. Exempla, ex dictis desumi possunt.  
Solet à recentioribus tradidæ regula ad  
cognoscendum suppositionem determi-  
natam, Omne nomine commune, quod ac-  
cipitur personaliter, & nullo notatur sig-  
no, aut

Recentio  
rū regula

Impugna-

gio.

B<sup>o</sup>no, aut notatur, signo particulari, accipi-  
tur determinatè. Sed videtur fallia. Nam  
ex ea sequitur harum enūciationum sub-  
iecta, Nauis necessaria est nauigaturo, Al-  
tera pars contradictionis ex futuro con-  
tingēti est vera, accipi determinatè, quod  
tamen non est dicendum. Siquidem pro-  
positæ enūciationes concedi solent ut ve-  
ræ, & tamen si suppositionem subiectorū  
exponas disiunctiue (quo pacto exponē-  
dam diximus suppositionem determina-  
tam) falsa erit vtraq; oratio. Quod sanè  
perspicuum fiet, si ita dicas exponendo,  
Hæc nauis necessaria est nauigaturo, aut  
illa necessaria est nauigaturo, & ita in cæ-  
teris: Hæc pars contradictionis ex futuro  
contingenti est vera, aut illa pars est vera:  
Est enim vtraque expositio falsa oratio,  
cum omnès partes veriusque sint falsæ, ut  
animaduertenti planum est: Potius ergo

C<sup>o</sup>dignoscēda est hæc suppositionis forma, dō potius  
ex ipsa definitione dūtaxat. Quod enim dignoscē-  
nomen experti fuerimus exponi disiun-  
ctiue illud dicēmus supponi deter-  
minate, quod verò non disiunctiue, nec  
etiam determinatè. Itaque hoc spectan-  
tes dicemus, omnes terminos harum pro-  
positi-

positionum, Homo est iustus, Quidam homo est iustus, Quidam homo non est iustus, accipi determinate. Nam sub subiecto primæ, & secundæ sic licet descendere disiunctiæ: Hic homo est iustus, aut ille homo est iustus, &c. sub subiecto tertiae, hoc modo, Hic homo non est iustus, aut ille homo nō est iustus, &c. sub prædicato primæ, hoc modo, Homo est hic iustus, vel homo est ille iustus, &c. sub prædicato secundæ, hoc modo, Quidam homo est hic iustus, aut quidam homo est ille iustus, &c. sub prædicato denique tertiae hoc modo, Quidam homo non est hic iustus, vel quidam homo non est ille iustus, &c. quanquam hoc prædicatum non solum accipitur determinatè, sed distributiæ etiam, quippe cū sub eo non solum disiunctiæ liceat, sed & copulatiæ oporteat descendere, ut paulò inferius & patebit, Hæ omnes nunc dictæ expositiones veræ sunt quia aliqua pars cuiusque vera est: quod tatis est ad veritatem disiunctiæ enunciationis. Idem quoque spectatæ dicemus subiectū huius propositionis, Omnes cœli sunt decē, non accipi determinatè, & si prædicatū determinatè acci-

accipiatur. Nam & si sub prædicato licet descendere disiunctiuæ, hoc modo, Omnes cœli sunt hæc decem, vel omnes cœli sunt illæ decem, &c. & cetera tamen sub subiecto non licet. Nec enim verè dixeris, hoc cœli sunt decem, vel hoc cœlum est decem, &c. quippe cù omnes partes huius disiunctionis sint falsæ. Si tñ dicas. Aliqui cœli sunt decé, tūm licebit descendere disiunctiuæ sub subiecto in numero plurali, hoc modo, Hi cœli sunt decé, vel hi cœli sunt decem, &c. Quo pâcto non dubium erit quin subiectum sumatur determinatè, non quidem comparatione cœlorum in singulari numero acceptoriū, sed cōparatione omnium cōplicationū, quæ expluribus numero cœlis fieri possunt.

### *De suppōsitione confusa tantum.*

#### *Caput 31.*

**S**Vppositio confusa tantum est, quæ explicatur solo descensu disiuncto. Quod suppositionis genus cernitur in nomine, Oculus, in hac propositione posito, Ut cernas, necessarius tibi est alter oculus. Hoc enim dūtaxat modo licet suppositione eius explicare, Ut cernas necessarius

aa ij tibi

tibi est hic oculus, aut ille: non etiā hoc modo. Ut cernas necessarius tibi est hic oculus, vel necessarij tibi est ille: quandoquidem neuter determinatē acceptus necessarius est, cum tamē alteruter indiferenter sit necessarius. Ut hæc suppositio cognoscatur duo potissimum traduntur B

Prius documentum. Alterum est. Omne nomen, quod mediate attingit virtus alicuius signi vniuersalis affirmatiui, accipitur confusa tantum, hoc est, accipitur solum disiunctum, & ideo eius suppositio solo defensa disiuncto explicāda est. Hoc modo accipitur prædicatum propositionis vniuersalis affirmatiua, ut huius, Omnis homo est animal. Sic enim exponēdum est prædicatū, Omnis homo est hoc animal, aut illud, &c. Nam si disiunctive exponantur, hoc videlicet modo, Omnis homo est hoc animal, vel omnis homo est illud animal, &c. falsa erit oratio, cum omnes similes enūciationes, ex quibus constat, sint falsæ. Dixi Mediate, quia si nomen attingatur immediatē, accipitur distributiue, ut vox, Homo, in eadem illa propositione, quæ nūc posita est. Huius documenti causa, & aliorum, quæ tradentur deinceps,

ceps, notandæ sunt duæ Dialecticorū re-

Prior re-  
gula.

**C**ategoricæ enunciatione non attingit vir-  
tute sua ullum vocabulum alterius. Hinc  
colliges, in hac copulatiua enunciatione,  
Omnis homo est ad malum proclivis, &  
tamen aliquis homo est probus. Signum,  
Omnis, non attingere virtute sua nomē,  
Homo, in posteriori categoricæ positum,  
atq; siccirco nihil signum illud impedire,  
quo minus eiusmodi nomen eo loco ac-  
cipiatur determinatè, ut reuera accipi-  
tur. Prior est.

**D**icitur. Virtus signorum, & ne posterior  
gationum, quæ sunt partes unius extre-  
mi (subiecti nimirum, aut prædicati) non  
attingunt alterum extremum. Tunc au-  
tem signum, & negatio dicitur pars ali-  
cuius extremi, cum non reddit proposi-  
tionem, in qua est, uniuersalem, aut par-  
ticularem, aut negatiuam. Verbi causa si  
dicas, Quidam homo omnem professus  
scientiam est improbus; Quidam Geo-  
metres nullam habes rerum naturalium  
experienciam est doctus; Quidam non Di-  
alecticus optimè differit: si (inquam) ita  
dicas signa illa omnem, Nullam, & ne-  
gatio Non, erunt partes subiectoru, quia  
aa iiij nulla

nulla dictio earum reddit propositionē suam vniuersalem, aut negat uam, cum omnes sint procul dubio particulares, & affirmatiue. Hinc colliges, prædicata illarum trium propositionum non attingi à virtute signorum vniuersalium, aut negationis præcedentis: neq; esse opus, ut harum dictiōnum causa accipientur confusae, quin potius perinde accipi determinatē, ac si eiūmodi signa, & negatio non solum p̄io præcederent. Ex eo documento cuius gra  
tia has duas regulas attulimus, colliges in his propositionibus Socrates, & Plato est philosophus: Conimbricæ, & Eboræ eruditur iuuentus: nomina Philosophus, & Iuuentus accipi confusè tantum: modo particula, Et, efficiat sensum copulatiuum, quasi iungat has propositiones, Socrates est philosophus, & Plato est philosophus: Conimbricæ eruditur iuuentus, & Eboræ eruditur iuuentus. Nam cum particula, Et, hoc modo sumpta suppleat vicē signi vniuersalis affirmatiui (quasi dixeris, Vterq; horum est philosophus: utrāq; in urbe harum eruditur iuuentus) necesse est ex præscripto traditi documēti, ut nomina illa Philosophus, & Iuuentus quæ à virtute

virtute talium quodammodo signorum  
 attinguntur, accipiantur confusè tantū,  
 hoc est, disiunctim duntaxat. Itaque non  
 sic erit explicanda eorū suppositio, uterq;  
 horum est hic philosophus, vel uterq; est  
 ille, &c. utrāq; in urbe eruditur hæc inuen-  
 tus, vel in utrāque eruditur illa, &c. (quā-  
 doquidē falsa esset utraq; expositio) sed  
 hoc modo, Utique horum est hic philoso-  
 phus, aut ille. &c. Verauis in urbe harum  
 eruditur hæc iuuētus, aut illa, &c. Ex eo-  
 dem documento colliges dictiones, quæ  
 regūtur ex verbis determinatis per aduer-  
 bia numeralia, accipi confusè tantū, ut  
 cùm dicimus, Bis feci sacrum: Ter protu-  
 li verbum, & similia. Est enim sensus,  
 Utroq; duorum temporum, feci sacram:  
 Quod liber trium protuli verbum. Un-  
 de fit, ut sub nominibus Sacrum, & Ver-  
 bum, non sit descendendum disiunctivē  
 hoc modo, Bis feci hoc sacrum, aut bis  
 feci illud, &c. et. Ter protuli hoc verbum,  
 aut ter protuli illud, &c. et. (sunt e-  
 nīm huiusmodi expositiones falsæ) sed  
 solum disiunctim hoc modo, Bis feci hoc  
 sacrum, aut illud, aut illud, &c. Ter protu-  
 li hoc verbum, aut illud, aut illud, &c. et.

Aliud con-  
 septerium  
 eiusdem do-  
 cumenti.

Si enim subiecta etiam resoluantur in ea,  
pro quibus accipiuntur, licebit ita dicere,  
Semel feci hoc sacrum, aut illud, aut illud  
&cetera, & secundò feci hoc sacrum, aut  
illud, &c. & iterum feci, hoc, aut illud, &c.  
Semel protuli hoc verbum, aut illud, &c.  
& secundo protuli hoc verbū, aut illud, &c.  
& tertio etiam protuli hoc, aut illud, &c.

Posterius  
documen-  
tum.

quæ orationes apertissime sunt veræ. Alterum documentum est. Omne nomē personaliter acceptum, quod sequitur hæc verba, Requiritur, Necessarium est, Debeo, Polliceor, Desidero, & alia huiusmodi (ad hunc videlicet modum, Ad nauigandum requiritur nauis, Ad degendum necessarius est victus: Debeo aureum coronatum: Polliceor tibi equum: Desidero cibum) accipitur confusè tātum. Nam sub huiusmodi nominibus non licet descendere disiunctiūe, sed solum disiunctim, ut ex-

Racentio. perienti apertissimum sit. Sunt tamen Hæc nonnulli adeò superstitionis, ut dicant, longe aliter rem habere, cum verba, quæ dixi

minus sequuntur nomina hoc modo. Nauis requiritur ad nauigandum: Victus necessarius est ad degendum. &cæt. Afferunt enim descendendū esse sub huiusmo-

di-

di nominibus disiunctiuè, atquè idcirco propositiones esse fallas Verum in hac re, quæ tota pendet ex loquendi vsu, potius <sup>Anima-</sup>  
vulgi sententia audienda est: nec magnopere curandum, sequantur ne verba, an  
præcedant, si utraque verborum colloca-  
tio in eodem sensu usurpetur. Denique po-  
tius ex vsu coligenda sunt documenta,  
quam ad regulas ut libet positas (quod sæ-  
pe fieri solet) accomodatus sit vñs, seu  
potius trahendus.

*De suppositione Distributiva. Cap. 32.*

**A**SUPPOSITIONE distributiva est, quæ explica tur descendit copulatio. Hoc genere suppositionis accipitur subiectum huius enunciationis, Omnis homo est animal, & prædicatum huius, Quidam homo non est iustus, & uterq; terminus huius, Nullus homo est sensus expers. Suppositio enim subiecti primæ sic exponenda est, Hic ho-  
mo est animal, & ille est animal, &c. eo-  
dem modo: prædicati autem secundæ hoc  
pacto, Quidam homo non est hic iustus,  
nec est ille iustus, nec est ullus aliis iustus:  
terminorum deniq; tertiaræ (descendendo  
simul sub utroq;) hoc modo, Hic homo no-

aa v est hoc

est hoc sensus expers, nec est illud sensus expers, nec est vilum aliud, & ille homo non est hoc sensus expers, nec est illud sensus expers nec est vilum aliud, &cæteri homines eodem modo. Ut autem hæc forma suppositionis (quæ omnium est præstantissima) cognoscatur, plura quam in cæteris traduntur documenta. Primum,

**B** Præsumendum, Omne nomen commune, quod immediate attingit virtus signivniuersalis affirmatiui, accipitur distributiue, ut subiecta illius propositionis, Omnis homo est animal, & huius, Vterq; Oculus est in capite. Remouenda tñ sunt quæ impediunt. Nam si dicas, nō omnis homo est animal, impeditur distributio subiecti à particula, Nō,

**C** Secundum, præfici ut mox pateat. Secundū, Omne nomen commune, quod siue immediate siue mediate attingit virtus alicuius signi negatiui, aut negationis negantis, accipitur distributiue, si modo eiusmodi signo, aut negatione non accipitur distributiue. Hoc modo, accipiuntur ambo termini illius propositionis. Nullus homo est sensus expers & predicatu huius, quodam animal non est sensus expers, quia horum suppositio explicatur descessus copularia.

D pulsatio, Dixi, negationis negatis, ut ex- Negatio  
cluderem negationem, quām vocant infi- infinitans  
nitatem, qualis est, quæ in his nominibus  
continetur. Non corpus, Non viuens, &  
in cæteris huiusmodi. Siquidem virtus  
negationis infinitantis non attingit, nisi  
dictionem, cum qua componit unum vo- Negatio  
cabulum: negatio vero negans, quæ vide- negans.  
licet non est pars alicuius nominis, aut  
verbi, negat quicquid post se inuenit nisi  
sit pars alicuius extremi, ut supra dixi- a  
mus, & qua ratione Malignantis naturæ à Cap 31.  
plerisque appellatur. Unde fit ut cum vo-  
ce dicimus, Non corpus est substantia, si  
negatio est negans, sensus sit, Neque hoc  
corpus est substantia, neque hoc aliud cor- Quæ no-  
pus est substantia, neque illud aliud, &c.  
quo pacto enunciatio est vniuersalis, nega- mina di-  
tiua & falsa. Si vero negatio est infinitans  
sensus sit, Quod neque est hoc cor- stribuat:  
pus, nec est illud corpus, &c. et. est sub- negatio.  
stantia, quo pacto enunciatio est indefi-  
nita, affirmativa, & vera. Addidi, Si mo-  
do sine eiusmodi signo, negatione uè non  
accipitur distributiæ, quia negatio, sola  
ea nomina distribuit, quæ non inuenie  
distri-

distributa. Nam quæ inuenit distributa, non solum non distribuit, sed etiam reddit nō distributa. Exemplicausa, quia neuter terminus huius propositionis. Homo est lapis distributiū accipitur, siccirco si negatio initio proponatur, uterque distribuetur; interiecta verò inter subiectum, & verbum, Est, solum prædicatū distribuet. At quia in his propositionibus, Omnis homo est philosophus, Quidam homo non est animal Nullus homo est Grammaticus, subiectum primæ, prædicatum secundæ, & uterque terminus tertiae distributivè accipiuntur: ideo si negationem initio præponas, hi ipsi qui distributiue accipiebantur, amittent eiusmodi distributiua acceptancem reliqui autem qui nō distribuebantur, distribuentur. Siquidem hæ propositiones, Non omnis homo est philosophus: Non quidam homo non est animal: Non nullus homo est grammaticus, idem valent, atque hæ: Quidam homo non est philosophus: Omnis homo est animal: Quidam homo est Grammaticus( ut ex libro tertio b apertum est,) in quibus quidem enunciationibus id, quod diximus, facile perspicies. Tertium documentum, E

b  
Cap. 7.

Tertium.

Omnis

Omnis casus obliquus, ad quem terminatur virtus alicuius dictio[n]is si perlatiuæ, aut comparatiuæ, aut importantis diuer[sitatem] accipitur distributiue: ut in his enunciationibus, Leo est fortissimus bestiarum: Vr[us] est robustior lupo: Miluus differt ab accipitre. Nam sensus primæ est, Leo est fortissimus omnium bestiarum: secundæ verò, Vr[us] est fortior omni lupo: tertiae: Miluus differt ab omni accipitre. Si tamen dictio comparativa, aut quæ diuersitatē importat, terminetur ad obliquum eius nominis à quo incipit comparatio, aut diuersitas (ut si dicas) Homo est fortior homine, homo est alius ab homine) non omnino distribuetur obliquus. Nec enim sensus harum enūciationum est quod aliquis homo sit fortior omni homine, aut alius ab omni homine, sed fortior aliquo homine, & ab aliquo homine diuersus.

**G** Quartum. Omnis casus obliquus, supra quem cadit dictio exceptiva, accipitur distributiue: ut si dicas, Omne animal prater belluā, est rationis particeps. Sēsus erit, Excepta omni bellua. Quintum. Omnis dictio exclusiva præposita subiecto distribuit prædicatu:

Quartum.

Quintum.

vt si dicas, Solū animale est fletus capax;  
 Tātum homo loquitur. Hę siquidē propo  
 sitiones cōvertuntur in vñiternales attri  
 matiuas, in has scilicet, Omne fletus ca  
 pax est animal: Omne, quod loquitur, est  
 homo: nullus autē terminus distribuitur  
 in consequēte formalis consequēcie,  
 qui non fuerit distributus in antecedēte.

*De suppositione copulata. Cap. .* A

S Vppositio copulata est, quę explicatur  
 delcensu copulato. Quo suppositionis  
 genere accipitur subiectum huius propo  
 sitionis, Omnia elementa sunt quatuor,  
 & huius, Omnes co li sunt decem, & simi  
 lium: quoniam eorum suppositio nō ex  
 plicatur, nisi delcensu copulato, vt ex di  
 cētis patet. Perfacile cognoscitur hęc sup  
 positio quo sit, vt non sit opus documen  
 tis. Animaduerte tamē, in solo plurali nu  
 mero posse nomē accipi copulati, vt in  
 ductione patet cum tamen, & in nume  
 ro plurali, & singulari possit accipi confu  
 sētātū, aut distributiue vt ex his proposi  
 tionibus intelliges: Omnes magistratus  
 sunt publici: Omnis magistratus est pu  
 blicus: Quidam magistratus sunt annui:  
 Quidam magistratus est annuus.

Animad  
uerte.

D e

De suppositione distributiva pro singulis  
generum, & pro generibus singulo-

rum. Caput. 34.

Pro singu-  
lis genera-

**A** **S**uppositio distributiva pro singulis ge-  
nerū, est, quæ explicatur descētu copu-  
lativo enumerante oīa ea indiuidua, pro  
quib⁹ nomē accipitur, quod suppositionis  
genus cōuenit subiecto hui⁹ propositionis,

Omne animal moritur. Sic enim descen-  
dendū est sub eo, Hoc indiuiduum anima-

**B** lis moritur, & illud moritur, & sic cæt. Di-  
stributiva pro generibus singulorum est,  
quæ explicatur descensu copulatiuo enu-  
merante omnes species, pro quibus no-  
men accipitur. Quo pacto distribuitur  
nomen Animal in hac propositione, Om-  
ne animal, quod à Physico definitur, est  
species. Sic enim exponenda est eius di-  
stributio, Hoc animal commune, quod  
à Physico definitur, est species, & illud

Pro gene-  
ribus fin-  
gulorum

**C** animal commune, quod à physico defi-

Quid sin-  
gula gene-  
rum.

nitur, est species, &c. enumerando sola  
communia, quia singularia non defi-  
niuntur. Dictione Singulorum, signi-  
ficantur hoc loco indiuidua, verbo autem Generum, significantur speci-  
es. Itaque singula generum sunt que.

Genera fin-  
gulorum,

in di-

individua specierum: genera vero singu  
 lorum sunt species communes individu  
 is. Ex his colliges, has propositiones esse fal  
 fas: Omne animal fuit in arca Noe: Qui  
Discrimē  
prius.
 vna prædictus est virtute, omnes reliquas  
 virtutes habet, si verba illa, Animal, & Vir  
 tutes, intelligantur distribui pro singulis  
 generum: veras autem si pro generibus in D  
 golorum. Duplex vero tradi potest inter  
 hæc duo suppositionum genera, discrimē.  
 Alterum est, Omne nomen, quod potest ac  
 cipi pro generibus singulorum, posse ac  
 cipi aliâs pro singulis generum, non autē  
 contra. Nam omne nomen, quod signifi  
 cat plures species, ut vox Animal, homi  
 nem, leonem, &c. species animalis, signifi  
 cat etiam individua omnia, quæ sub tali  
 bus speciebus continentur: non omne au  
 tem, quod significat plura individua, plu  
 res etiam species significat ut planum est  
 in voce Homo, & alijs nominibus specie  
 rum infimarum. Quanquam non est nega  
 dum posse huiusmodi nomina suo etiam  
 quodam modo accipi pro generibus singu  
 lorum, si sumiantur quatenus significant  
 multas quasi species ut Homo quatenus  
 significant Græcum, Latinum, Hispanum,  
E  
 Gallum,

Gállum, & cæteros aliarum nationum. Si quis enim ita dicat, Omnes Homines proprio sermone vtūtur, peterit verbum. Homines accipi distributiue pro generibus singulorum, vt sic sensus, Grecus proprio sermone vtūtur, Latinus proprio sermone vtūtur, & ita cæteri. Alterum discrimen, quod ex ipsis definitionibus colligitur, est:

Posterior  
discrimen

**S**ub nomine, quod accipitur distributiue, pro singulis generum descendendum esse enumerando omnia individua: sub nomine autem, quod distribuitur pro generibus singulorum descendendum esse enumerā

**F**ido omnes species. Nominales tamen, quia nullam naturam communem agnoscunt; Aliter nō minales. Iubent descendere sub nomine pro generibus singulorum accepto, descenditu quo-dam enumerante singula individua vaga, sub singulis speciebus. Exempli causa, sub huius propositionis subiecto, Omne animal fuit in arca Nœ, sic dicunt esse descendēdum. Aliquod animal huius speciei fuit in arca Noe, & aliquod illius speciei fuit in arca Noe, & sic in reliquis. Verum hoc non est propriè expone ē distributionem, pro generibus singulorum, id est, pro speciebus, sed pro individuis: præ-

impugna-  
tio.

bb terquam

terquam quod nonnunquam, falsus erit  
descensus: ut si eo pacto descendas sub  
nomine, Animal, posito in illa propositio  
ne, Omne animal, quod definitur a Physi  
co, est species, ut ex dictis patet. Hoc tamen  
illis concedendum est, aliquando distri  
butionem pro generibus singulorum pos  
se utroque modo exponi imo etiam faci  
lius ut ab illis exponitur. Facilius enim, &  
magis populariter descenditur sub subje  
cto illius propositionis Omne animal fu  
it in arca Noe, si individua vagi singula  
rum specierum numerentur, quam si nu  
merentur species. Quod idem prope acci  
x.ad.Tim. 2. dit in enunciatione illa. Deus vult omnes  
homines saluos fieri, in qua pleriq; Theolo  
gi volunt Hominum vocabulum pro ge  
neribus singulorum accipi, id est, pro ma  
ribus, pro fœminis, pro iuuenibus, pro se  
nibus, &cæteris hominum statibus. Fami  
liarius enim videbitur alicui exponi enu  
ciatio, si dicas: Deus vult saluos fieri ali  
ques mares, aliquas fœminas, &c. quam  
si dicas, Deus vult saluū fieri statum mari  
um, fœminarum, &cæteros.

De

*De suppositione distributiva simpliciter;*

*& cum exceptione. Cap. 35.*

Distribu-  
tiua sim-  
pliciter.

A **S**uppositio distributiva simpliciter est, in qua nulla exceptio intelligitur: qualis est suppositio nominis Homo in trita illa propositione, Omnis homo est animal, & in hac statutu est omnibus ho-

Distribu-  
tiua cum exce-  
ptione.

B minibus semel mori. Distributiva cum exceptione, quam nonnulli accommodam vocant, ea est, in qua exceptio aliquia intelligitur. Qualis est acceptio subiecti illius propositionis, Omne animal fuit in arca Noe. Facile enim intelligimus exceptionem aquatilium, quae quidem in aquis degebant, & aliorum quorundam terrestrium, quae aliter, quam ex animalibus sue speciei digni poterat. Eadē suppositio cernitur in illis Poetis verbis, *Et quod te git omnia cœlum. Excipiuntur enim ea,*

Ovid. I.  
metam.

*qua regi non possunt. In diuinis quoque literis frequentissima est huius modi distri-  
butio, ut apud Ioannem b cum ait, Omnia per ipsum facta sunt. Excipiuntur eni-  
m ea quae facta non sunt: & apud Paulum  
, cu ait Nouissime autem inimica destrue-  
tur mors, Omnia enim, inquit, subiecit  
sub pedibus eius. Quid autem excipatur*

Cap. I.  
ad Cor.  
15.

bb ij his

his verbis subiungit: **C**um autem dicat,  
**O**mnia subiecta sunt ei, sine dubio præ-  
 ter eum, qui subiecit ei omnia. **Q**ua expo-  
 nendi ratione explanari solent à multis  
 plurima diuinarum scripturarum pronu-  
 ciata, ut illud Ioannis c, illuminat omnem  
 hominem venientem in hunc mundum,  
 & illud Pauli vult omnes homines sal-  
 uos fieri, cuius paulo ante mentionem fe-  
 cimus. Excipiuntur enim in priori, qui  
 non illuminantur, in posteriori, qui non  
 salvantur, ut sensus prioris sic neminem  
 illuminari, nisi à Christo, posterioris ne-  
 minem saluum fieri, nisi quam Deus sal-  
 uum fieri vult. Quanquam huiusmodi ex-  
 positiones non omnino videtur e primæ  
 sententiam illarum enunciationum:  
 quod persequi nō est huius loci. Ac de sup-  
 positione nominū hęc satis sunt. Seque-  
 tur, ut de ipsorum statu, ampliatione, di-  
 strictione, restrictione, & appellatione  
 deinceps dicamus. Scio, distinctionem à  
 Dialeticis tractari non soleat Verum cū  
 ea à ceteris tribus affectionibus planè di-  
 stinguatur, ut patebit, non est cur omnino  
 prætermittēda sit, præsertim cū ad ple-  
 niorem cognitionem aliarum conducat.

De

**V**T igitur de statu primum dicamus,  
animaduertendum est, quatuor pri-  
ores affectiones potius esse affectiones sup-  
positionū quam nominum. Verius enim  
dicimus, Soppositiones habere statum,  
aut ampliari, &c. quā nomina ipsa. **Quia**  
tamen affectiones suppositionum redun-  
dant in nomina, & utraque locutio usur-  
patur à Dialecticis, parum referat utro-  
modo loquamur in progressu.

Affectiones  
suppositio-  
num quoq;

**B** Quod ergo attinet ad statum dicēdum  
est tunc nomina habere statum suæ sup-  
positionis, cum accipiuntur adæquate pro  
his rebus, quæ existunt in tempore, ad signi-  
ficato per principalem copulam enuncia-  
tionis, ut si dicas, Sed ē est dicerēs. Vterq;  
enim terminus accipitur pro solis præsen-  
tibus iuxta differentiam copulae. Idem di-  
cendum est de terminis huius proposicio-  
nis, Sedens dissicit, quia parum refere utrum  
copula ponatur explicitè, ut in pri-  
ori propositione, an vero implicitè ut in  
posteriori. Dixi autem Per principalem  
copulam (ut pote quæ negat prædicatum  
enunciationis cum subiecto) quia minus  
principalis copula, cuiusmodi est, quæ

Habere s-  
tatū quid.

includitur in subiecto huius enunciationis, Sedens, qui stetit, differit, ut non reddit enunciationem affirmatiuam, aut negatiuam, ita non est habenda pro norma,

**Quotuplex** aut regula huiusmodi affectionū. Est autem status.

**C**atem status nominum triplex, praesentis nimirum temporis, præteriti, & futuri, iuxta tres differentias temporum, quæ principali enunciationis verbo ad significari possunt. Primus cernitur in terminis huius propositionis, sedens differit, secundus in terminis huius, Qui sedebat, disserebat, tertius in huius, Qui sedebit differeret.

**Prius do-** Documenta pro huiusmodi affectione **D**  
**cu** lentiū. nominum siue categorematum cognoscenda duo tradi possunt. Prius documentum sit. Omne verbum, quod nec restringitur, nec ampliatur, nec distrahitur habet statum secundum tempus principali copulæ. Ut si dicas. Homo sedet: Homo sedet: Homo sedebit: verbū Seder, accipietur adæquatè pro ijs, qui nunc sedet: Sedit, pro ijs, qui sederūt: Sedebit, pro ijs, qui sedebunt. Nomine verbi, intelligendum est hoc loco verbū propriè dictum, seu, ut à nomine distinguitur. Quod autem dicitur de verbo, intelligendum est etiā de ijs, quæ

ijs, quæ apponuntur verbis dummodo illa significant propriam actionem, aut passionem verborum, aut sequantur eiusmodi actionem passionem, ut si dicas, Grammaticus loquitur emendatum sermonem, Lignum patitur calorem, & similia. Alia ratio est de ceteris adiectionibus, ut si dicas, Historiographus scribit de re præterita, Philosophus differit de tonitruo. Verum hoc documentum ut recte teneatur postulat cognitionem ampliationis, restrictionis, & distractionis, ut patet. Posteriorius documentum. Omne subiectum propositionis affirmatiæ, ac presentis temporis, cuius prædicatum non potest subiecto conuenire, nisi supposita existentia subiecti, habet statum presentis temporis, ut si dicas, omnis homo est albus. Accipitur enim subiectum adæquate pro omnibus, ac solis hominibus, qui nunc existunt, quandoquidem si tantum hi essent albi, concederetur haud dubie propositiones, quod tamen fieret, si prædicatum non supponeret existentiam subiecti, ut in his propositionibus, Omnis homo est animal, Omnis homo est, & similib⁹, quod paulo

Posteriorius  
documentum.

<sup>a</sup> post & dicendum est, Pro pleniori tamen cognitione eorum, quæ dicta sunt, & deinceps dicentur, diligenter attendendum est, aliter explicandum esse statu, ampliationem, & reliquas duas affectiones in nominibus absolutis, aliter in connotatiuis. Prolatiis nanque his duabus enunciationibus, Homo disputat, Dialecticus disputat, sic explicabimus statum subiecti prioris: Homo, qui est, disputat. Posterioris autem hoc modo, Qui est Dialecticus, disputat. Propositis item his duabus, Homo disputauit: Dialecticus disputauit: sic erit explicanda ampliatio verbi Homo: Homo qui est, aut fuit, disputauit verbi autem Dialecticus hoc modo, qui est, aut fuit Dialecticus disputauit. Atque eodem modo in cæteris. Itaque nomen absolutum in explicatione facienda subieciendum est ipsi verbo. Est aut Fuit, &cæt. Nomen autem connotatiuum prædicandum est interpositu verbi, Est, aut Fuit, &cæt. de pronomine relatio rei connotatæ.

## De ampliatione. Cap. 37

Ampliari  
quid.

**Q**uod vero ad ampliationem attinet, dicendum est tunc nomina sive categoriam A

remata ampliari cum accipiūtur pro plurimis rebus, quam contineantur in differentia temporis ad significati per principale copulam enūciationis. Qua ratione dicimus ampliaris subiectum huius propositionis, Sedēs surgebat, eo quod accipiatur dīsūctum pro his, qui nūc sedēt, aut sedērunt, ut ait Aristoteles.

**B**eat enim sensus Qui sedet, aut sedebat, surgebat. Videtur autē ampliatio esse quadruplex. Una, ad præsentia, & præterita, ut patet in proposto exēplo. Altera, ad præsentia, & futura, qualis cernitur in subiecto huius propositionis, Viens morietur. Est enim sensus, Qui viuit, aut viuet, morietur. Tertia, ad præterita præsentia, & futura, qualē experieris in subiectis harum enūciationum, Natus morietur: Moriturus natus est. Sensus enim prioris est, Qui natus est, aut nascitur nūc aut nascetur adhuc, morietur. Nam ratione cuiuslibet horum potest enunciatio esse vera: sensus autem posterioris, hic est, Qui moriturus adhuc est, aut moritur nūc, aut mortuus iam est, natus est. Quarta ad præterita, præsentia, futura, & ad ea, quæ nil repugnat esse, & si nunquam fuerint, nec sint, nec futura sint,

1. Elenc. 3

Quadruplex ampliatio.

sint, quæ quidem possibilia vocantur: quo pacto accipiuntur termini huius propositionis, Omnis homo est animal. Habet enim hunc sensum, Omnis homo, qui est, aut fuit, aut futurus est, aut aliás esse potest, est animal, quod fuit aut est, aut erit, aut certe esse potest. Addunt alij quintam C ad præterita, præsentia, futura, possibilia, & imaginabilia hoc est, quæ solum in me te esse possunt, qao pacto dicunt accipi

**Quintum** hoc nomen Bellua, in hac ipsorum propositione, Homo imaginario est bellua. phationis Sed hoc mihi non videtur necessarium. reiicitur. Nam dictio Bellua in proposita enuncia- tione non accipitur pro bellua fictitia, sed pro vera bellua, quam tñ ita affirmamus de homine, ut non dicamus hominem es se veram belluam, quod falsum esset, sed fingi veram belluam, seu esse ficte veram belluam. Itaque nomina rerum verarum quæ nimirum ab operatione intellectus haud pendent, non videntur ampliari ad res ficticias, quæ re vera non significat, sed onominiū summum ad possibiles. De nominibus au non signi- tem rerum fictarum, cæterarumque qua- flcantium rum existentia nulla est alia, quam quod res veras. D intellectui

intellectui obiectantur, idem proportione quadam dicendum est, quod de nominibus significantibus res veras. Hoc enim eantū interest, quod esse, fuisse, fore, & posse esse non sunt in his accipiēda pro esse, fuisse, &cæteris in rerum natura (quod vocant à parte rei) sed pro eo quod est obiecti intellectui, obiectum esse, obiectum fore, ac posse obiecti. Illud porrò in omnibus ampliationibus obseruandum est, ut nomen, quod ample accipitur, semper accipiatur disiunctim respectu harum differentiarum, esse fuisse, fore, & posse esse, siue ampliatio se extendat ad omnes, siue ad tres, siue ad duas, ut ex supra positis exemplis licet intelligere. Dico autem respectu harum differentiarum, quia respectu rerum pro quibus accipitur, multo aliter accipi potest, ut copulatiuè copulatiuè, disiunctiuè, & alijs modis, ut perspicuum est ex supradictis,

Nomina,  
que am-  
pliantur,  
quo  
modo acci-

*Documenta ad ampliationem nominum cognoscendam.*

*Caput 38.*

A **V**T autē intelligas, quæ nomina quo pacto amplientur permuta, & perutilia tradiri

Primo do-  
cumentum.

tradi possunt documenta. Primū, Omne nomen quod reddit suppositū verbo adiectiuo præteriti temporis, accipitur ample, pro præteritis, & præsentibus. Exempla sunt Tēplum ædificatū est, Adamus mortuus est: Omnis senex fuit puer. Sensus enim primæ hic est, Templum, quod fuit, aut est, ædificatum est. Secundæ, Adamus qui forsitan nuc est (ut poterit cum Christo ē mortuis excitatus) aut saltem aliquando fuit, mortuus est, seu passus interitum. Tertiæ, Omnis, qui est, aut fuit senex, fuit puer. Quod nam vero nomen reddat suppositū verbo, vel prima radimēta Grammatice tradunt. Dixi, Verbo adiectiuo, quia de verbo, Est, quod substantiuū appellatur, alia ratio est. Si enim dicas, Omnis homo fuit, nomen Homo, non accipi-  
et

<sup>2</sup>  
 In 6 do-  
 cumento.  
 cumentis, subiectisue prædicatorum ha-  
 bentium sensum verbi adiectui præteri-  
 ti temporis. Verbi causa, quia idem est  
 dicere, Homo fuit albus, atq; si diceres,  
 Homo albuit: & Senex fuit adolescens,  
 atq; Senex adoleuit: efficitur, ut subiecta  
 perinde amplientur in prioribus, atque

in posterioribus. Pari ratione, si verbum adiectuum acceptum fuerit in significacione substantiui, non erit necesse ut subiectum accipiatur pro praeteritis, & praesentibus duntaxat: ut si dicas, omnis homo extitit: Omnis homo vixit, &c. Si quidem de suppositis horum, atq; de supposito verbi substantiui idem est iudicium.

Addendum tamen est, huic documento, Modera-

**B** Modo remoueatur ea, quae impedire possunt, ut, status, distractio, restrictio, & si quae sunt alia: quae moderatio ceteris etiam documentis adhibenda erit. Secundum. Omne nomen, quod reddit suppositum verbo adiectuo futuri temporis, accipitur ample pro futuris, & præsentibus. Exempla. Templum ædificabitur: Muri corruent: Omnis homo morietur. Senus enim primæ hic est, Templum, quod

**C** est, aut erit, ædificabitur: &c. His duobus documentis expones multas enūciationes veras, quae primo aspectu videntur falsæ, ut puer senuit: Vir adolescat. Quod enim hæ sint veræ, tum ex his, Senex fuit puer: Adolescens erit vir, que in illas conuentuntur, intelliges, tum etiam si inseras in subiectis alia nomina hoc modo, Puer

Vitæ  
quædā ho-  
rum docu-  
mētorum.

Isaæ

Isaac senuit: Vir pessimus Antichristus adolesceret: quæ orationes perspicua m ha-  
bent veritatem. Nil ergo ambiguitat is  
erit, si iuxta primum documentum pri-  
orem enunciatione sic exponas, Qui est,  
vel fuit puer, senuit: posteriorem autem  
iuxta secundum, hoc modo, Qui est, vel  
erit vir, adolesceret. Aliæ multæ sunt pro-  
positiones, quarum obscura, & latens ve-  
ritas his documentis aperitur. Tertium.

Tertium. D

Omne nomen rei, quæ dicitur incipere  
esse, ample accipitur pro præsentibus, &  
futuris: nomen autem rei, quæ dicitur  
desinere esse, accipitur ample pro præsen-  
tibus, & præteritis. Exempla sunt, Ani-  
ma huius pueri nunc incipit esse: Motus  
huius lapidis nunc incipit: Hic homo  
nunc definit esse: Motus huius lapidis  
nunc definit. Prima enunciatio sic intel-  
ligitur, Animæ huius pueri, quæ nunc pri-  
mum est, aut proximè posthac erit, in-  
cipit nunc esse. Secunda sic, Motus hu-  
ijs lapidis, qui motus nunc primum est,  
aut proximè posthac erit, nunc incipit.  
Tertia sic, Hic homo, qui nunc tādem est,  
vel proxime ante hac fuit, nunc esse desi-  
nit. Quarta sic, Motus huius lapidis, qui  
motuè

motus nunc tandem est, aut proxime  
antehac fuit, nunc desinit. Quartum.

**E**Cum oratio afferit aliquid esse, aut fuisset  
prius tempore, quam aliud, cum nomen  
rei, quæ dicitur posterior tempore ample  
accipitur pro ijs omnibus, quæ sunt, aut  
fuerunt in differentia temporis adsignifi-  
cata per verbum, & in sequente, aut leque-  
tibus: cum autem afferit, aliquid esse, aut  
fore posterius tempore, quam aliud, cum  
nomen rei, quæ dicitur prior tempore ac-  
cipitur ample pro ijs omnibus, quæ sunt,  
aut erunt in differentia temporis adsig-  
nificata per verbum, & in præcedente,  
aut præcedentibus. Exempli causa, si di-  
cas, Lutherani sunt priores Antichristia-  
nis, intelligendi sunt hoc nomine ij, qui  
sunt, aut erunt Antichristi sequaces. Sivero  
dicas, Pelagiani fuerunt priores Luthe-  
ranis, intelligendi sunt haec voce, qui fu-  
erunt, aut sunt, aut fuerunt Lutherani.  
Quod si dicas, Luterani sunt posteriores  
Pelagianis accipiēda est hęc dictio pro ijs  
qui sunt, aut fuerunt Pelagiani. Si autem dicas,  
Antichristiani erunt posteriores Lutheranis,  
accipiēdū est hoc vocabulū pro ijs, qui  
erunt, aut sunt, aut fuerunt Lutherani.

Quin-

Quintum. Quintum. Vocabula propositionum necessariarum, nisi quid obstat, amplissimè accipiuntur, hoc est, pro omnibus rebus; etiam possibilibus, quas significant. Ut si dicas, Homo est animal: homo non est lapis. Idem dici solet de terminis impossibiliū, ut harum, Homo est lapis: Homo nō est animal. Quod si dicas, Homo, qui est, est Animal, nomen Homo, nō accipietur, nisi prō hominib[us] qui modo extant. Impedit enim adiectio illa, Qui est, ampliationem. Si etiam dicas, Homo est animal rationale, dictio, Animal, non extendetur ad bruta etiam animantia, ut in illa, Homo est animal extendebatur (disiunctim tamen) quia restringetur à voce Rationale. Sextum. Cum verbum substantiu[m], aut aliud, quod idem valeat, absolute predicatur de subiecto, tum subiectum ampliatur, etiam ad possibilia. Hac de causa negatur hæ propositiones. Omnis homo est: Omnis homo fuit: Omnis homo erit. Poteſt etiā hæ propositione negari, Omnis homo fuit, aut est, aut erit, cum multi homines esse possint, qui nec fuerunt, nec sunt, nec futuri unquam sunt. Nō pugnat autē hoc documentū cum posteriori do-

cumento

cumento status, quia in eo erat sermo de  
prædicatis, quæ ut conueniant subiectis  
supponunt illorum existētiam: at verbum  
est, & quæ idem valent ut subiectis conue-  
niant, non supponunt existentiam subie-  
ctorum, cum illā significent. Septimum.

Septim.  
viii. 38. 1 Subiecta propositum negantium am-  
pliantur ad possibilia etiam. Ut si dicas,  
Quidam homo nō sedet. Quòd enim sub-  
iectum huius enūciationis accipiatur pro  
preteritis etiam, & futuris, ac possibili-  
bus, ita confirmo. Accipio nomē Neronis,  
qui fuit, nec iam est, itemque Antichristi,  
qui futurus adhuc est, item cuiusdam ho-  
minis possibilis, qui nec fuerit, nec sit, nec  
futurus sit, quicque appelletur ( si placet)  
Ioannes. Nonne de quolibet horum falso  
affirmabis quòd sedeat? Planè falso. Igi-  
tur vere dices, quòd non sedeat. Nam igit-  
tur ex qualibet singulari enunciatione re-  
cte colligatur particularis, efficitur, ut illa  
sit vera, Quidam homo non sedet, etiam  
si nullus sit homo eorum, qui modo ex-  
tant, qui non sedeat. Accipitur ergo subie-  
ctum cius non modò pro iis hominibus,  
qui modo extat, sed etiam pro omnibus,  
qui extiterunt, extabunt, & existere pos-

cc sunt,

sunt, etiam si nunquam futuri sint.

**Obiecitio.** Quod si quis obiectat, fore hoc pacto duas contradicentes simul veras, hanc scilicet, Omnis homo sedet, quæ (ut patet, ex posteriori documento status) vera est, posito quod omnes qui nunc extant, sede-

**Solutio.** ant, itemque illam, Quidam homo non sedet, ut probatum est. Occurres, has quidem facta hypothesi, quam diximus, esse simul veras non tamen esse contradicentes. Nā subiectum negatiæ latius exteditur, quam subiectū affirmatiæ. Ut ergo sint contradicentes, necessario subiectum negatiæ contrahendum est ad homines, qui nunc extat, pro quibus adæquate accipitur subiectum affirmatiæ.

### De Distractione. Cap. 39.

**Distractione quid.** **Q**uod verò attinet ad distractionem, A dicendum est, tum nomen, seu categorema distrahi, cum accipitur pro ijs tantum, quæ sunt in aliqua differentia temporis, diuersa ab ea, quæ ad significatur per principalem copulam enunciationis, ut si dicas, Qui surgebat stat. Subiectum nanque huius enunciationis accipitur pro eo solo, qui surgebat in tempore præterito,

terito, cum tamen principalis copula enunciationis adsignificet tempus praesens.

**B** Idem enim valet proposita enunciatio, ac si dicas, Qui surgebat est stans. Potest autem distractio diuidi in sex quasi species.

Distractio  
nis species

Nam si principalis copula enunciationis significauerit tempus praesens, poterit distractio accidere vel ratione praeteriti, vel ratione futuri: ut si dicas, Qui didicit, docet: Qui moriturus est nascitur. Subiectum enim prioris enunciationis accipitur pro solo eo, qui didicit: posterioris autem pro eo solo, qui moriturus est, cum tamen principalis copula utriusque enunciationis adsignificet tempus praesens.

Si vero principalis copula adsignificauerit tempus praeteritum, poterit distractio accidere vel ratione praesentis, vel ratione futuri, ut si dicas, Qui docet, didicit: Qui moriturus est, natus est. Si denique ad signifi- cauerit tempus futurum, poterit distractio accidere, vel ratione praesentis, vel ratione praeteriti, ut si dicas, Qui vivit, morietur, Qui natus est, morietur. Ita fit ut sex sint quasi species distractionum, ut patet in subiectis propositarum enunciationum.

**C** Pro hac ec ij igitur

Quæ di- igitur re illud tantum animaduertédum  
cções di est, Et si nulla dictio apud Dialecticos di-  
strahatur strahi soleat, nisi ratione alicuius differen-  
tiæ téporis in cluse in verbo minus prin-  
cipali, aut in aliquo participio, ut ex pro-  
positis exemplis intelligi poterit; tamen in  
sacris literis nōn unquam oppositum ac-  
<sup>a</sup>  
Matth. 21. cidere, ut cum Dominus ait, a Cæci videt, Claudi ambulant, Surdi audiunt. Sensus enim est, Qui erant cæci, vident: Qui erat claudi ambulant: Qui erant surdi, audiunt: cum tamen nullum sit in huiusmodi enunciationibus verbum minus principale, aut participium, quod efficiat ut subie-  
cta accipientur pro præteritis: nec prædicata sunt ut ita dicam, ampliatio ad præterita, ut patet. Ideo autem hæ locutiones usurpatæ sunt, quia cōnotatiua illa, Cæci, Claudi, Surdi, sumpta sunt ut participia præteriti temporis, quasi dictum sit, qui ante priuati erat videndi facultate, videt, & ita in cæteris.

*De Restrictione. Caput. 40.*

Restrictio R Estrictio nominum tum fit, cum eo A quid. rum status aut ampliatio, aut distra-  
ctio additione alicuius vocis ad pauciora contra-

**B** contrahitur, ut si dicas, Sedens in cathedra differit, vox enim illa In cathedra restringit statum participij Sedens, ad solos sedentes in cathedra. Aduerte autem restrictionem aliquando fieri adiectione caus obliqui, sive cum præpositione, ut in proposito exéplo, sive absque præpositione, ut si dicas, Facies hominis spectat cælum. Aliquando addito nomine adiectivo, ut si dicas, Aristoteles fuit Philosophus eximius. Aliquando appositione Substanti, ut si dicas, Apostolus Petrus fuit primus Christi vicarius. Aliquando adiuncto aduerbio, ut si dicas, Plato disputauit acutissimè. Aliquando interposita oratione, ut si dicas, Omnes res naturales, quæ gignuntur, intereunt. Oratio verò interiecta, cum constat ex pronomine relatiuo, & verbo, Est, vocatur à recentioribus peculiarivocabulo Copula implicationis, ut si dicas, Omnis homo, qui est, morietur. Duo tamen sunt hoc loco notanda. Alterum est, Dictionem, aut orationem, quæ Prior an-

**C** in uno extremo ponitur, non restringere maduersio alteram extrellum, sed eam duntaxat vocem, quæ in eodem extremo est. Verbi causa, hæc vox, Rationale, in hac enunciatio-

406      *INST. DIALCT*  
ciatione, Homo est animal rationale, non  
restringit vocem, Homo, quæ subiicitur  
sed vocem Animal, quæ in eodem prædi-  
catocum ipsa simul cōtinetur, & ita cæt.  
Alterū est, Nullam fieri restrictionem, D

*Posterior  
animad-  
verbia.*      cum additur vox, qua efficitur, ut nomen,  
quod proprio accipiebatur, accipiatur  
impropriæ. Exempli causa, si nomini, Ho-  
mo, in hac enunciatione, Homo est in a-  
trio, addas dictionem, Depictus, dicasque  
Homo depictus est in atrio, aut in hac,  
Homo iacet in via, addas dictionē, Mor-  
tuus, dicasq; ; Homo mortuus iacet in via,  
non restringes sane ius nominis supposi-  
tionē, sed mutabis in impropriam. Nam  
quod penitus tollitur, nec ampliatur, nec  
restringitur. Huiusmodi ergo adiectioni-  
bus nō restringitur suppositio, sed aliena-  
tur, ut recētores dicunt. Hæc facilia sunt,  
nec indigent documentis. Siquis autem E

*Genera &  
Species  
restric-  
tionum.*      curiosius querat quot sint restrictionum  
genera, & species, aut quasi species: ex ip-  
sa restrictionis explicatione responderi  
potest, restrictionem genere quidem tri-  
plicem esse, vnā status, alteram ampliati-  
onis, tertiam distractionis: specie vero tot  
esse

esse restrictiones, quod sunt status, ampliationes, & distractiones, hoc est, tredecim. Quarum omnium exempla cernes in subiectis sequentium enunciationum. Sedens in cathedra disserit: Qui sedebat in cathedra disserebat: Qui sedebit in cathedra differet. Atque haec sunt exempla restrictionum status. Exempla vero restrictionum ampliationis haec sunt, Sedens in cathedra surgebat: Lautè viuens morietur: Morituros in bello natus est: Homo qui existi est animal. Denique exempla restrictionum distractionis haec sunt, Qui diligenter didicit docet: Qui eras moriturus es, nascitur: Qui docet philosophiam, didicit: Qui morietur senex, natus est: Qui viuit securus, aliquando timebit: Qui natus est ex parentibus hereticis, forsitan morietur catholicus. Atque haec de restrictione. Restat ut de appellatione dicamus.

## De Appellatione. Cap. 41.

**A** Appellationis nomen varie à Dialecti cis usurpatum. Qui tamen aptius & melius appellationis voce vtuntur, intel- ce iiii ligunt Quid appella- tionis nomi- ne intelli- gendū sit.

ligunt hoc vocabulo denominationem, quia una dictio aliam denominat. Exempli causa: si dicas, Socrates est bonus citharœdus, dictio Bonus dicitur appellare dictionem Citharœdus, non autem dictionem Socrates, quia non hanc, sed illam denominat. Nec enim sensus est, quod Socrates sit bonus, & citharœdus, sed quod sit pulsandi citharam, & canendi arte peritus. Huius affectionis vocum inter se, ut rei non ignorandæ, nec con-

<sup>a</sup> de inter. temnendæ, saepè meminit Aristoteles, ut

<sup>a</sup> in libris de interpretatione, <sup>a</sup> & Elencho-

<sup>b</sup> rum, <sup>b</sup> nullo tamen eam certo vocabulo

<sup>a</sup> elench. vsquam nominavit, quemadmodum nec

<sup>a</sup> superiores nominum affectiones. Itaque res vetus est, vocabulum recentius. Ap-

<sup>a</sup> Appellatio quid. pellatio igitur est denominatio, qua una dictio aliam denominat. Atque ipsum

<sup>a</sup> Primum denominare, est appellare: & dictio de-

<sup>a</sup> discrimen nominans, dicitur appellans. Notanda B

inter vo sunt tamen duo discrimina inter dicti-

<sup>a</sup> onem appellantem, & appellatam. Al-

<sup>a</sup> Lantem & terum est, dictionem appellantem sem-

<sup>a</sup> appellatam per esse adiectiuam, aut velut adiectiuā:

<sup>a</sup> appellatam vero, esse substantiuam, aut velut substantiuam. De adiectua, &

sub-

